DECISIONES CASVVM CONSCIENTIÆ

EX DOCTRINA CONSILIORVM MARTINI AB AZPILCVETA
Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta librorum iuris Canonici dispositionem
in suos Titulos distributæ,

Cum annotationibus, quibus ob recentiores quasdam Summorum Pontificum Bullas, quando Authoris opinio in multis, vel confirmata, vel refutata est, summo studio, & diligentia explicatur;

Auctore R. P. D. GREGORIO SAYRO Anglo, Ordinis D. Benedicti,
Congregationis Casinensis, aliàs S. Iustinæ de Padua Monacho,
& Sacri Monasterii Casinensis professo.

Propter varias autem Editiones, ad maiorem lectoris vtilitatem, qualiter editio prima, & propria Auctoris cum altera recentiori, & Consilijs penè tercentis auctiori conueniat, & ab ea dissentiat, in principio cuiusque Decisionis ostenditur.

ACCESSERVNT INSVPER SEX INDICES;

Primus Titulorum iuris Canonici cum numero Decisionũ;
Secundus locorum Sacri Concilij Tridentini;
Tertius Bullarum Summorum Pontificum;
Quartus Concordantiarum primæ editionis cum secunda.
Quintus e contra Concordantiarum editionis secundæ cum prima.
Sextus Rerum, & materiarum notatu dignissimarum.

Quorum Tres priores in principio, tres vero posteriores in fine Libri apposuimus.

CVM LICENTIA SVPERIORVM, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCXXVII.
Apud Baretium Baretium.

Digitized by Google

Digitized by Google

PIO, AC BENEVOLO Lectori S.

EDiturus in lucem (Candide Lector) hoc opus, quod ex duobus voluminibus Consiliorum Doctoris Martini Nauarri collegerim, quo gratior, & acceptior hæc industria nostra tibi foret, quid ego studij, & laboris in eo componendo collocauerim, & quam tu ex eius lectione vtilitatem, & voluptatem capere possis, breuiter explicare decreui. Primo igitur cum varijs temporibus, videlicet, annis 1585. & 1596. & diuersis itidem in locis, & Regnis, Romę nimirum primo, postea Cremonæ, deinde Brixiæ, posteà Lugduni, postremò etiam Venetijs, Consilia hæc edita, & impressa sint; adeò vt propter varias eorundem editiones, & impressiones, difficile admodum sit, ne dicam impossibile, certum aliquem in eis ordinem, & numerum inuenire, (quippe, qui non solum eorum numerus auctus, sed ordo etiam immutatus planè est) ex quo id incommodi studiosis omnibus accidit, vt & auctorem ipsum sibi dissimilem, & dissentientem conspiciant, & scriptores alios inertiæ, & falsitatis arguere incipiant, dum alij vnam editionem, & impressionem, alij alteram sequentes, vnusquisque tamen iuxta libri sui impressionem, auctoris sententiam in libris suis imprimendis fideliter recensere studeat; Id mihi ante omnia elaborandum esse statui, vt & Nauarrum ipsum omni contrarietate, & Scriptores recentiores in eius Consilijs referendis falsitate, & denique lectorem studiosum omni in posterum molestia liberarem.

Quæ omnia nos præstitisse confidimus, dum qualiter editio prima Romana, Cremonensis, & Brixiensis, (quæ propria ipsius Nauarri est) cum altera Lugdunensi, & Veneta recentiori, & auctiori conueniat, aut ab ea dissentiat, in principio cuiusque Consilij, seu Decisionis ostenderimus.

Secundò autem; quia post mortem Auctoris, & operis editionem nonnullæ recentiorum Summorum Pontificum Bullæ promulgatæ sunt, post Decisiones ipsas, quoties occasio postulat, annotationes quasdam apposuimus, ex quibus, ob recentiores illas summorum Pontificum Constitutiones; auctoris opinionem in multis, vel confirmatam, vel refutatam esse, vnusquisque facile diiudicare poterit.

Tertiò deinde in ipsis Consilijs, & Decisionibus colligendis, præter textus iuris Canonici, alias quasdam Bullas Pontificias, quæ ad Casus, & quæstionis propositæ confirmationem pertinere videntur, ab Auctore expositas ad maiorem studiosorum vtilitatem adiecimus.

Quartò omnia Concil Trident. loca, & decreta ab auctore explicata, nec non quando, & in quibus doctrina in his Decisionibus tradita, cum ea, quæ in libro illo, cui nomen MANVALE indidit, habetur, conueniat, annotauimus.

Quintò denique ne quid studiosus Lector in tanta Consiliorum additione perturbatum, & confusum inueniret, & qui solum editionem primam, & antiquiorem, vel è contra secundam, & recentiorem tantum haberet, vtramque simul possideret; omnem operam, & industriã adhibuimus, hancq; Methodum, & ordinem in hoc opere nostro imprimendo obseruauimus, vt quę in secunda & recentiori editione, priori de nouo Consilia, & Responsa addita sunt, ad finem, ac numerum Consiliorum editionis primæ, præposita stellula, seu asterisco notarentur.

Reliquum igitur est (Lector optimè) vt immensum hunc laborem, & diligentiam, quam in his Decisionibus, & Consiliorum flosculis colligendis adhibuerim, opusque ipsum, quod in communem omnium vtilitatem edere curauerim, æqui, boniq; consulas; & vbertimos illos fructus ex talis, tantique Doctoris multiplici eruditione, perlecto diligenter opere, tibi comparare contendas. Ego interim si tibi hos meos flosculos gratos, & acceptos fuisse intellexero, dabo operam, vt prope diem insigne illud eiusdem Doct. Nau. opus, & Commentaria de Pęnitentia, in synopsim etiam, & Compendium collectum habere possis. Vale.

Digitized by Google

INDEX PRIMVS

TITVLORVM QVINQVE LIBRORVM DECRETALIVM,

secundum ordinem literarum Alphabeti, qui in his Decisionibus ex duobus Tomis Consiliorum Nauarri collectis explicantur, cum numero Decisionum sub singulis Titulis contentarum.

Peculio

Finis Indicis Primi.

INDEX SECVNDVS
LOCORVM SACRI CONCILII,
qui in his Decisionibus explicantur.

Ex Sessione V.

Ex Sessione VI.

Ex Sessione VII.

Ex Sessione 13.

Ex Sessione 14.

Ex Sessione 21.

Ex Sessione 22.

Ex Sessione 23.

Ex Sessione 24.

Ibid.

Ex Sessione 25.

Finis Indicis Secundi.

Digitized by Google

DECISIONES CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri collectæ, & iuxta Librorum Iuris Canonici dispositionem in suos titulos distributæ.

Authore R.P.D. GREGORIO SAYRO Anglo, Ordinis D. Benedicti Congreg. Casinensis, aliàs S. Iustinæ de Padua Monacho, & Sacri Monasterij Casinensis professo.

LIBER PRIMVS.

TITVLVS I.

De Summa Trinitate, & fide Catholica.

SVMMARIVM.

1 *Professionem fidei Canonici etiam exempti coram Episcopo & Capitulo intra duos menses a die possessionis adeptæ facere omittentes fructus amittunt.*

2 *Fidei professionem Regulares Prælati intra duos menses ab adepta possessione præfecturæ facere tenentur.*

3 *Fidei professionem clericus parochialem adeptus per ignorantiam omittens non peccat.*

4 *Fidei professionem beneficiarius curatus, qui intra duos menses non fecit, post illos, quam primum potest, facere tenetur.*

5 *Fidem confiteri occultus Christianus inter infideles habitans tenetur, quando alias subtraheretur honor Dei, vel vtilitas proximis cessaret.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. in antiquis. alias consil. 7. & 9 de iureiur. in nouis.

1 CAnonici alicuius Ecclesiæ professionem fidei Catholicæ publicè coram Episcopo, & Capitulo, intra duos menses à die possessionis adeptæ facere omittentes, quamuis in foro interiori aliqua ex parte forte ob ignorantiã, & inaduertentiã præcepti Concilij Tridentini sess. 24. c. 12. de reform. excusari possint, si vere prædictum præceptum ignorẽt, ex S. Th. 1. 2. q. 76. ar. 1. & 2. in foro tamen exteriori nõ excusantur, nec fructus faciunt suos, licèt postea pacificè etiam vltra tres annos, dictos Canonicatus possideant, cum ignorantia iuris clari neminem excuset. Reg. ignorantia. de reg. iur. in 6.

Quam etiam fidei professionem modo prædicto facere tenentur Canonici exempti; Quia etiam exempti subiacent Episcopis quod ea, quæ pertinet ad beneficia, quæ obtinent, subiecta illis.

DECISIO II.

Ex consil 2. alias consil. 10. de iureiurando.

2 PRælati Regulares eã tenẽ fidei professionẽ intra duos menses ab adepta possessione suæ præfecturæ, per extensionem, qua Pius IV. capit. 12. de reform. Sess. 24. Concilij Tridentini extendit, facere tenentur, adestq. Bulla eiusdem Pij IV. super forma iuramenti professionis fidei, quæ incip. Iniunctum nobis. edita anno 1564. & est 114. in ordine.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias consil. 12. de iureiurando.

3 CLericus adeptus parochialem, si per ignorantiam, & inaduertentiam fidei professionem non facit vsq. ad sesquianum, & tunc ratione Doctoratus suscepti eam facit, & etiam post septimum mensem vna cum Episcopo ratione Synodi, mortaliter peccare non videtur, cum bona fide legem humanam transgrediens mortale peccatũ non committat, ex S. Th. 1. 2. q. 88. art. 5. & 6. & Nauar. in Man. c. 23. num. 43.

DECISIO IV.

Ex consilio 4 alias consil. 11. de iure iurando.

4 ADeptus beneficium curatum, & infra duos menses a die adeptæ possessionis fidei professionem non faciens, licet ad eam faciendam, quam citò commodè facere poterit, obligatur; professio tamen post prædictos duos menses facta ad fructus temporis præteriti acquirendos illi non prodest, quamuis sic ad quærendos temporis futuri: quia regulariter semel ipso iure perdita ipso iure non quæruntur c. Quam periculosum. 7. q. 2.

DECISIO V.

** Prima & vnica in Nouis. alias conf 3 dub. 11. de clandestina dispensatione: in antiquis.*

5 CVm præceptum de confitendo fidem affirmatiuum sit, vt ait S. Tho. 2. 2. q. 3. art. 2. corp. & ideo obliget semper, non tamen ad semper, sicut obligãt negatiua, vt idem S. Tho. vbi supra & q. 33. art. 2. inde fit, vt fidelis inter infideles habitans non teneatur semper & quolibet loco, aut ex quacunque causa publicè fidem suam confiteri, sed tũc solum quando per omissionem confessionis fidei, aut honor Deo debitus, aut vtilitas proximo impendenda subtrahe-

Digitized by Google

traheretur: scilicet, qoia per taciturnitatem eius, aliqui à fide auerterentur, aut crederent fidem Catholicam nõ esse veram. Siquidem in his casibus fidem confiteri tenetur, nec ob timorẽ excusatur, vt asserit S. Tho. 2.2.q.3.ar.2.

TITVLVS II.
De Constitutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia crassa sea affectata a peccato non excusat, iusta verò seu probabilis excusat.*
2 *Promulgatio est de legis essentia, etiamsi sit facta in Concilio Generali, etiam cum Papę confirmatione, nec antea ligat.*
3 *Ignorantia præsumitur iusta, donec probetur scientia, & vt ea probetur.*
4 *Scientia legis quænam ad ligandum sufficiat.*
5 *Lex ante tempus a Legislatore præscriptum non ligat.*
6 *Lex Principis inferioris a die scientia subditos ligat.*
7 *Lex noua solo intro scripto attento, ante duos menses elapsos non ligat, secus de stilo curiæ & consuetudine.*
8 *Lex antequam recipiatur saltem per maiorem partem ciuitatis, non ligat.*
9 *Lex non recepta, siue ab ignorantibus, siue eam scientibus, non ligat.*
10 *Lex non recepta aut reuocata non obligat.*
11 *Concilij Tridentini decreta mores ad spectantia, vbi recepta non sunt, non obligant.*
12 *Bullæ Romæ publicatæ eum ligant qui scivit eas publicatas.*
13 *Confessarius pænitentem Bullæ Papæ ignarum monere non tenetur.*
14 *Doctor legens non tenetur docere legem, quę Prouinciales suos non ligat.*
15 *Confessarius contra suam opinionem absoluere potest, quem auctoritate, vel ratione contraria niti videt.*
16 *Beneficia plura etiam residentiam requirentia, ex causa iusta haberi possunt sine peccato.*
17 *Beneficia plura tenere ex sua natura non est ita malum, quin ex causa iustificari possit.*
18 *Episcopi ex consuetudine hæreticos, & schismaticos reconciliare possunt.*
19 *Residentia in beneficio curato de iure diuino est, & ideo vbique seruanda.*
20 *Ordinem sacrum sine titulo sumens est suspensus, & episcopus talem scienter ordinans alere tenetur.*
21 *Filius presbiteri in ecclesia vbi pater beneficiarius est, nullo modo, etiam tanquam aduena ministrare potest.*
22 *Filius presbiteri non potest habere beneficium in ecclesia in qua pater, quod si habuit, ipso iure non vacauit ante Conc. Trid. nisi post trimestre.*
23 *Taciturnitas eius, quod iura exprimere iubent, gratiam vitiat.*
24 *Confessor non interroget de beneficiorum pluralitate eos, qui putant ea se iustè retinere.*
25 *Bullas Papæ supprimentes, & illas publicari prohibentes excommunicati sunt, & nisi resipiscant non sunt absoluendi.*
26 *Gabellam exigentes a clericis, & religiosis excommunicati sunt, nisi &c.*
27 *Gabellæ, si per Christianum exigantur, infidelibus locari possunt.*
28 *Catholici cum hæreticis, & schismaticis denunciatis commercia exercere prohibentur.*
29 *Hæretici, & schismatici in Bulla cęnæ excommunicantur.*
30 *Matrimonium cum hæreticis contrahere Catholico non licet, sed contractum tenet.*
31 *Schismaticorum filij ad scholas Catholicorum admitti possunt, sed non econtrario.*
32 *Hæreticorum non denunciatorum oblationes recipere licet.*
33 *Catholici hæreticos non denuntiatos in patrinos admittentes peccant mortaliter, & sic admissi cognationem spiritualẽ contrahunt.*
34 *Absolui nequeunt hæretici etiam in mortis articulo, nisi omnes errores detestentur, saltem implicitè.*
35 *Emptio cum pacto de retrouendendo facta, peccatum est, & vsura.*
36 *Vsura a tutoribus in pupillorum pecunijs accrescẽdis commissa restitui debet, & a quibus.*
37 *Libros prohibitos scienter legentes, etiam studio eorum errores noscendi, excommunicati sunt.*
38 *Episcopus hodie licentiam Missandi apud infirmos dare non potest.*
39 *Pestis tempore curati vel per se ipsos, vel per alios infectis sacramenta ministrare tenentur.*
40 *Eucharistiæ delatio, & processio publica omitti possunt, vbi ab hæreticis dehonestatio timetur.*
41 *Possessorium super Decimis coram iudice laico intentari potest.*
42 *Ecclesia in suos colonos eodem iure, quo laicis, vti licet.*
43 *Clericus iurisdictionem suam criminalem per vicarios exercens, licet sequatur mors, vel mutilatio etiam iniusta non fit irregularis, secus si per seipsum eam exerceat.*
44 *Hæretico, minus quam Iudæo, officium cum præmunitatia commendandum.*
45 *Hæreticus in foro exteriori a solo Papa absoluitur, in interiori etiam ab Episcopo.*
46 *Constitutio noua non extenditur ad præterita nisi cum agitur de effectu futuro, qui sine effectu præterito stare potest.*
47 *Lex in confidentiarios, vt omnis alia in odium alicuius lata, odiosa, & restringenda est.*
48 *Pensiones in confidentiam transferentes, pœnas confidentiariorum non incurrunt.*
49 *Lex Principis secularis de non extrahendis equis in foro conscientiæ non obligat.*
50 *Statutum, vt tot tantum de vna natione eligantur, iustum & rationabile esse potest.*
51 *Papa quando vt Papa, & quando vt Doctor tantum, respondere censeatur.*
52 *Lex puniens procurantem fauorem, non includit impetrantem ad id litteras, si eis non vtatur.*
*53 *Statutum ciuitatis ligat omnes illius ciues, hoc est, habentes in ea domicilium at nibi natos, alibi habentes domicilium, non ligat.*
*54 *Statuta Papalia sunt, quæ Capitulum Generale auctoritate Apostolica condidit; vnde nec ipsum, nec illud repræsentans, potest ea tollere; sed si quid iniustè statuatur, ad Papam cui immediatè subijcitur, recurrendum est.*

DECISIO I.

Ex Consil. 1 tam in nouis quam in antiquis.

1 SIcut ignorantia crassa, qoa quis ignorat id, quod homines sui status, & conditionis communiter sciunt, etsi excuset a tanto, non tamen à toto; aut affectata, qua quis scire nolit quod scire tenetur, qoo liberius absque suæ conscientiæ contradictione, vel alia de causa peccet, neque a toto excusat, neque peccatũ ipsum minuit, sed illud potius ob circunstantiam mali desiderij auget: ita S. Tho. 1.2. qu. 76. art. 8. & Nau. in Man. c. 23. nu. 41. ita econtrariò ignorãtia iusta, quę a Canonistis probabilis, a Theologis vero inuincibilis dicitur, qua quis ignorat, qood vel scire nõ tenetur, vel non potest, adhibita diligentia, quæ ab alijs sui ordinis solet adhiberi. Ex eodem Sanct. Thom. vbi supra ar. 3. & qualis est eius, qui petit consilium a viris doctis, & probis, qui falsò illi consulont Arg. c. capellanus, de ferijs. & S. Ant. 1. part. tit. 3. c. 3. §. 10. omnino à peccato excusat, quando est caosa actus, ita vt actus ille nõ fieret, nisi ignoraretur. ita S. Thom. 1.2. q. 6. art. 8. & q. 76. art. 1.

DECISIO II. *Dub. 1.*

2 AD legem sub peccato transgrediendam non sufficit scire legem aliqoam esse faciendam, aot factam, etiã io Concilio publico, si nondom sit promulgata: cum lex antequã promolgetur, non liget, §. leges. dist. 4. siquidem de legis essentia est promulgatio ex S. Tho. 1.2. q. 90. artic. 4. sed neque satis est quod sit promulgata, si promulgatio eius probabiliter ignoretur: neque constitutio Concilij Generalis etiam promulgata ante specialem Papæ confirmationem subsecutam ligat.

DE-

Digitized by Google

DECISIO III. *Dub.2.*

3 IGnorantia inuincibilis in foro conscientiæ, ex solo dicto rei dicentis se iuste ignoraſſe, constare potest; Arg. cs. Humanæ aures, 22. q. 5. qualis etiã in foro exteriori præsumitur, donec scientia probetur. c. Præsumitur, de reg. iur. in 6. Probari etiã potest ignorãtia iusta vel per iuramentum, c. Pastoralis, de excep. & c. si vero, 2. de sent. excom. cum quæ in animo sunt, aliter probari aliquando nõ possint; ca. Significasti, 1. de homicid. vel probando aliquid quod necessario cõsequitur ignorantiam, quia scilicet infans erat, aut furiosus: c. Indutus, 3. q. 9. c. cum dilectus, de success. ab intest. vel probando aliquid, quod verisimilis ignorantia consequitur, vt probando absentiam. ca. fi. qui matr. accusa. non pos.

DECISIO IV. *Dub.3.*

4 SCientia legis quæ ad ligandum sufficit, non est necesse vt talis sit quæ nascitur ex notitia intuitiua alicuius quinque sensuũ: Neque sufficit quælibet audirio, & relatio, aut credulitas, quod lex illa in Curia promulgata sit; sed requiritur vt sciatur lex illa promulgata in Curia, & scita, & recepta a maiore parte populi, cuius ipse pars est; lex enim iuste promulgata nõ ligat si maior pars eam non recipiat.

DECISIO V. *Dub.4.*

5 LEx ante tempus a legislatore præscriptum neminem ligat, cum lex maiorem virtutem illa non habeat, quã legislator illi tribuit; Ar. 5. c. fi. de reg. iur. in 6. Solet autem exprimere tempus, quo vult vt lex sua ligare incipiat: cap. cum singula, de præb. in 6. Quod si lex dicat, vt liget ex nunc, ab ipso tempore promulgationis ligabit scientes, ex Glo. in Clem. 2. de hæret. & etiam iuste ignorantes, quoad irritationem actus, ex Panor. in cap. 2. de constit. licet non quoad peccatum.

DECISIO VI.

6 LEx Principis inferioris a die scientiæ subditos ligat, cũ nullo iure cautum sit, vt legis Principis inferioris vinculum differatur; Ad præsumendum autem scientiam, quoad forum externum, tempus videtur arbitrarium. Pan. in d. c. 2. nu. 8.

DECISIO VII.

7 QVamuis solo iure scripto attento, princeps non videatur ligare ante lapsum duorum mensium, & scientes eam factam & promulgatam. Glos. in data sexti; ita tamẽ, vt lex promulgata in Curia Principis non ligat Prouinciales, hoc est, subditos extra Prouinciam, vbi est Curia, degentes etiam post duos menses a publicatione facta in Curia, donec per Gubernatores Prouinciarum in earum Metropolibus promulgetur; Ioan. Andr. in glo. datæ Sexti, & Caie. 1. 2. q. 90. ar. 4. De stylo tamen, & consuetudine non solum Curiæ Romanæ, sed etiam Imperatoris, & aliorum Regum seruari videtur, vt lex liget omnes etiam Prouinciales post duos mẽses a publicatione legis in Curia facta, & locis ad id præstitutis, attenta tamen distantia prouinciarum, & qualitate legum, & frequentia hominum illarum prouinciarum habitantium in Curia, & ad eam venientium, & redeuntium ab ea, vt indicari probabiliter possit legis promulgationem ad eorum notitiam peruenisse, Ita S. Tho. 1. 2. q. 90. art. 4.

DECISIO VIII. *Dub.5.*

8 LEx, antequam recipiatur, saltem per maiorem partẽ ciuitatis, cuius pars est transgressor, non ligat, cum legislator illam sub conditione ferre præsumatur, si recipiatur saltem per maiorem partem: §. Leges. d. 4. & l. de quib. ff. de legi. Fel. in cap. 1. de treuga & pace & Nau. in Manual. cap. 23. nume. 41. quia enim lex communem respicit vtilitatem, c. erit autem lex, dist. 4. non videtur legislator velle vnum, vel alterum ligare ad seruandum, quod alij consubditi non seruant, nec seruare incipiunt: Ita S. Tho. 1. 2. q. 96. ar. 6. & 2. 2. q. 147. art. 3. Neque peccãt primi non seruantes, & non recipientes legem iuste promulgatam, si sciente id superiore, & potente cogere, & non cogente seruare, non seruant: eo quod videtur superior eam suspendere, vel tollere. Glo. in c. 1. de treuga, & pace, & Panor. & Felin. ibi.

DECISIO IX. *Dub.6.*

9 SIcut lex non recepta ab eam scientibus non ligat, ita etiam & lex non recepta ab eam ignorantibus eneruatur, cum iustior sit causa non obseruantium legẽ, eo quod eam ignorant, quam eorum, qui scientes eam nolunt recipere, nec illa vti: vnde cum lex non recepta ideo obliget, quia non est vsu recepta, sic ignorata etiam non ligabit, cum ab istis nulla ratione recipi possit. l. de quibus, ff. de legibus.

DECISIO X. *Dub.7.*

10 TAm lex a subditis nõ recepta, quam a Legislatore reuocata, in eo pares sunt, quod neutra vim obligandi habet; in alijs autem differunt, quod in casu priore extat lex, quamuis non liget donec recipiatur; in posteriore vero non extat lex, nec recipi potest: & lex iã lata, & promulgata, nondũ reuocata, quamuis a principio nõ recipiatur a subditis, potest tamen postea mutata volũtate eorum recipi, quia substantia eius durat: reuocata vero minimẽ nisi denuo a Legislatore feratur, eo quod iam substantia eius perijt, quod autem est extinctum, reuiuiscere non potest, nisi author potens illud denuo producat. l. Quæ res, §. aream, ff. de solut. c. Quam periculosum, 7. q. 1.

DECISIO XI. *Dub.8.*

11 COncilij Tridentini decreta, quæ ad mores, & reformationem spectant, & quæ nouum ius inducunt, nõ eos obligant, qui probabiliter ea ignorant: sed nec eos, qui ea sciunt, non quidẽ ea ratione, quod illa non sint promulgata, cum nullibi cautum sit ea promulgari debere in Prouincijs ad hoc, vt vim habeant obligandi, excepto solo decreto illo de Matrimonio contrahendo posito a Concil. Trid. sess. 24. ca. 1. de ref. Matrim. sed ea, quod in aliquibus Prouincijs, aut Regnis, neque a principio, neque postea sunt recepta; vnde nec illorum Regnorum homines obligant.

DECISIO. XII. *Dub.9.*

12 BVllæ diuersorum summorum Pontificum de pœnis in non recitantes officium diuinum, de non habẽdo officio B. Virginis lingua vernacula, de Confidẽtijs, de Cambijs, Bulla etiam Cœnę Domini, & aliæ, dummodo Romę publicatæ sint, ligant omnes etiam longissimẽ distantes, scientes eas esse Romæ publicatas; adeo, vt non excusentur ex defectu promulgationis, quamuis ex defectu receptionis excusari possint.

DECISIO XIII. *Dub.10.*

13 POenitentem contra Bullam ex ignorantia probabili peccantem Confessarius, qui eam scit, nec admonere, nec instituere tenetur, cum talis pœnitens nec peccet eam probabiliter ignorando, nec transgrediendo: ca. Quia circa de consang. Adr. 4. de confess. q. 7. post 5 q. vnde absoluere potest confitentem, quem videt ignorantia iuris humani probabili a peccato excusari, & præsertim, si suspicaretur eum de veritate monitum, illam non amplexurum. Sicut etiam Prælatus cum ignorantibus matrimonium suum inualidẽ contractum, dissimulare potest, immo & debet, quando scandalum ex contrario facto nasci probabiliter timetur.

DECISIO XIV. *Dub.11.*

14 DOctor legens siue ex officio, siue sponte, non tenetur docere legem quæ non ligat illos incolentes Prouinciam, in qua legit, potest tamen si velit, simul docendo rationem, qua eos ibi non ligat: quia nulla lege tenetur ad primum, nec alicubi a secundo prohibetur. Arg. c. consuluisti, 2. q. 4. & cap. 2. de translat. prelat.

DECISIO XV. *Dub.12.*

15 COnfessarius confitentem tenentem opinionem, de qua ipse dubitat, immo si credat contrariam opinio

A a nem,

né, cui ipse adhæret, esse veram, absoluere potest, quoties pœnitentem vel auctoritate, vel ratione contraria probabili, non videt; vel etiam si probabiliter credit, quod illa sua admonitione nihil aliud efficiet, quam quod odiosam apud doctos confessionem reddet, aut quod pœnités non emendabitur.

DECISIO XVI. *Dub.* 13.

16 QVi multa beneficia diuisa in titulum, quorum vnum suo statui decenti sufficit, sine dispensatione, vel consuetudine, possidet, mortaliter peccat. ca. Cumquerentem, de cler. non resid. & glos. in c. dudum 2. de elect. S. Thom. Quodl. 8. art. 19. & Quodl. 9. art. 19. & Nau. in Man. c. 25. nu. 125. Quamuis enim multa habere possit si legitime vnita, aut annexa fuerint, c. Vnio. 10. q. 3. & c. extirpandæ, § qui vero. de præben. non tamen si sint diuisa sicut etiam vnum in titulum, & aliud ad tempus commendatum ad sex menses tantum, si sit ecclesia parochialis, habere potest; c. Nemo, de elec. in 6. non tamen retinere potest vnũ in titulum, & aliud commendatum in perpetuum, cum huius eadem ratio sit, quę de dato ad titulum est. Cardin. Alex. in c. cum autem, distinct. 44 Io. Maior 4. d. 24. q. 13. Nec tamen semper illicitum est duo beneficia habere, nã iuste quis duo beneficia retinere potest residentiam personalem non requirentia, quorum alterum non sufficit ad honestam sustentationem, etiam absque vlla dispensatione ex Conc. Tri. sess. 24. c. 17. de reform. Ex dispensatione autem & consuetudine iusta (quæ non minus valet quam dispensatio) etiam plura beneficia personalem residẽtiam requirentia, iusta ex causa sine peccato haberi possunt.

DECISIO XVII.

17 PLura beneficia tenere sua natura non adeo malũ est, vt per circunstantiam aliquam iustificari non possit; nec etiam adeo indifferens est, vt sine aliqua circunstantia iustificari liceat, sed omnino necessaria est aliqua circunstantia, quæ sufficit ad tollendũ deformitatem, quã ipsa multitudo beneficiorũ præ se fert; ex S. Tho. Quodl. 9. ar. 15. Talis autem est circũstantia eius, cui attenta personæ suæ qualitate, non sufficit vnum beneficium ad honestè, decenterque viuendum talibus, puta, quia in eo est notabilis animi virtus, Nobilitas, aut scientia c. de multa. de præben. Item tanta prudentia, sagacitas, & industria alicuius, vt speretur pluribus, quibus præest, profuturus, etiam absens, quam communiter alius præsens, & potius illa sumit propter vtilitatem beneficiorum aut subditorum quã propriam. Innoc. in cap. iam dudum. de præb. Talis etiam circunstantia est defectus aliorum idoneorum. Host. in c. graue, de præb.

DECISIO XVIII. *Dub.* 14.

18 EPiscopus in locis, in quibus habetur cõsuetudo præscripta, vt lapsi etiam ob hęresim, vel schisma, per Episcopos reconcilientur, non obstantibus iuribus illa consuetudine antiquioribus, c. si lapsis. & c. miror. d. 50. & c. de lapsis, 16. q. 6. sic peccantes, reconciliare possũt; cum iura humana, consuetudine contraria, legitime præscripta tolli possint c. fin. de consuetud. Sin vero canones noui, vel Bullę denegantes Episcopis huiusmodi facultatem reconciliandi, illis in locis recepti sint, nec per consuetudinem legitimè abrogati, necessario seruãdi sunt; vnde in excommunicationes, & irregularitates reseruatas Papæ ab ipsomet, vel eius Legato, vel in id delegato, postea incurrentes, non obstante difficultate, aut itineris longitudine, absolutionem, & dispensationem a Papa petere tenentur, nec ab Episcopis absolui possunt; quamuis ob impedimentum veniendi ad Vrbem ab excommunicatione aliquando absolui queant, ex Nau. in Manua. c. 27. nu. 46.

DECISIO XIX. *Dub.* 15.

19 CVm residentia in beneficio curato de iure diuino sit, nemo nisi iusta de causa, & modo a Concilio Tridentino sess. 6. c. 1. de reform. & sess. 23. c. 1. de reform. præscripto a residentia excusari potest; ita, vt nec in locis vbi præfatum Concilium nondum est receptum, nec aliqua consuetudine induci poterit, vt quis in beneficio curato non resideat, nisi iusta causa adsit; iustam autem causam non residendi perpensis circunstantijs personæ loci, temporis, & alijs, iudex arbitrari potest; c. de causis de offic. deleg. nec opus erit scripta licentia in eis regnis, in quibus Concilium Tridentinum nondum receptum est, quia nec iure diuino, nec aliquo humano anteriori ea requiritur.

DECISIO XX. *Dub.* 16.

20 ORdinatus ordine sacro absolutè, id est, sine titulo beneficij, vel patrimonij, non solum secundum Canones antiquos, cap. Neminem. & ca. sanctorum. dist. 70 sed etiam secundum Concil. Trid. sess. 21. c. 2. de reform. renouans illos Canones, ipso iure suspensus est, donec cum eo dispensetur. c. Per tuas. 3. de simonia. Et Episcopus sciens vel scire debens, talem ordinans ordinatum alere tenetur c. cum secundum. de presb. secus tamẽ si per mendacia, & fraudem ordinandus fingendo titulum decepit Episcopũ: tunc enim ordinatus est suspensus, sed ordinans eum alere non tenetur: cum fraus, & dolus nemini patrocinari debeant. cap. Sedes Apostolica. de rescrip.

Quicquid sit de veritate rei, an scilicet, Concilium Tridentinum sess. 21 de reform. cap. 2. per illa verba, *Antiquorum Canonum pœnas innouando*, renouauerit solum *caput Neminem, & cap. Sanctorum dist.* 70. ita vt ordinatus sine titulo beneficij, aut patrimonij, si secularis sit, suspensionem incurrat, vel solum innouauerit *cap. Cum secundum de præbend.* ita vt episcopus talem ordinans, ordinatum alere teneatur, & aliqui referunt Sacram Congregationem censere innouatam tantum pœnam *cap. cum secundum* alij vero dicunt, eandem Congregationem censere innouatam solum pœnam *cap. Neminem, & cap. Sanctorum*, Hoc vnum modo certũ est post Bullam Sixti V. quæ incipit, *Sanctum, & salutare*, editam anno 1588. Episcopũ sic malè promouentem aliquem secularem ad sacros ordines sine titulo sufficientis beneficij, vel patrimonij, siue id scienter, siue ignoranter fecerit, nisi debita diligentia adhibita iustus error, & probabilis facti Ignorantia eum excuset, a collatione primę tonsurę ac omnium ordinum, & ab executione omnium munerum Põtificalium, eo ipso suspensus est & ab ingressu ecclesię interdicitur: sic vero ordinatus, ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuò suspensus est, & obtentis beneficijs quibuscũque ipso facto priuatur, & ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda, in perpetuum inhabilis efficitur.

DECISIO XXI. *Dub.* 17.

21 FIlios illegitimos in ecclesia, in qua pater eius beneficiũ aliquod habuerit, vel habet, non solum sacrum solemniter facere, aut Euangelium, vel Epistolam solemniter cantare prohibetur, sed neque Missam tanquam externus, & peregrinus priuatim celebrare, nec Sacristã, vel Cantorem in eadem ecclesia agere potest; cum negari non possit, eum aliqua illorum faciendo, ministrare aliquo modo in illa ecclesia; Arg. rubri. de cleri. non ordin. minist. & Clem. 1. de reg. & ca. perlectis. dist. 25. Quod tamen omnino prohibitum est ratione fugandi memoriã incontinentiæ paternæ.

DECISIO XXII. *Dub.* 18.

22 FIlius presbiteri in eadem ecclesia, in qua pater, beneficium habere non potest, quod si de facto habuit ante Tridentinum, non vacauit ipso iure, donec laberetur trimestre, datum ad permutandum pro altero alterius ecclesię vt patet sess. 25. cap. 15. de reform. Sin vero illum post Concilium quæsiuit, nihil in illo consecutus fuit, cum factus sit inhabilis ad illud: & collatio inhabili facta non valeat. c. cum in cunctis, §. fin. de elec. & c. inter cęteras, de rescrip.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XXII. *Dub. 19.*

23 HAbens duo impedimenta essentialia, quorum vnũ est publicum, & alterum secretum, vt si quis contraxerit cum consanguinea in quarto gradu, cuius sororem carnaliter prius cognouerat, si obtenta sit dispensatio super vno impedimento Matrimonij publico, non facta mentione de altero occulto, scilicet incæstu, & postea impetretur gratia ab aliquo, qui eam concedere potest pro occulto, etiam non narrando publicum impedimentum, valida erit dispensatio, cum nullo iure cautum sit, quod in impetratione dispensationis super vno impedimento Matrimonij fieri debeat mentio de alijs, ad hoc, vt valeat dispensatio quoad impedimẽtum, ad quod illa impetratur; & obligatio non inducta ipso iure, non est inducenda: Arg. c. consuluisti, 2. q. 4. & cap. 2. de translat. prælat. cum sola taciturnitas eius, quod iura exprimere iubeat, gratiam vitiat. Rota de rescr. 31. in nouis. Nau. in Man. c. 22. num. 86. maxime cum incæstus magna ex parte sint occulti, cognatio autem vt plurimum publica; & si in impetratione impedimenti publici consanguinitatis & cognationis exprimendus esset incæstus, cogeretur impetrans seipsum infamare, & etiam alium frequenter prodere, contra ius naturale, quo vetamur nos, & alios infamare; cap. Quis aliquando, §. non tibi dico, de pœnit. dist. 1. vnde etiam & absolutio ab vna excommunicatione, alia tacita valet. Gloss. recep. in c. ex parte, de offi. ordin. Et collatio beneficij facta criminoso, crimine irregularitatem non inducente, aut inhabilitatem, non facta mentione de illo crimine, valida censetur.

DECISIO XLIV. *Dub. 20.*

24 COnfessarius absolutionem ob peccata, quæ sibi non est confessus, pœnitenti negare non potest, sed neque interrogare pœnitentem tenetur, nisi quando probabiliter credit eum per obliuionem, verecundiam, vel aliam causam iniustam aliquid taciturum, quod est de necessitate confitendum: vnde nec tenetur confessarius interrogare Episcopos, vel alios habentes dignitates, de beneficiorum pluralitate quia credunt se iusta dispensatione, vel ratione vel auctoritate probabili a peccato excusari; quandoquidem confessarius absoluere potest confessum nitentem, opinione contraria ei, quam ipse habet. Si autem se accusarent de huiusmodi pluralitate, vel consilium ab eo peterent, teneretur eis suam opinionem dicere, & si absque vlla ratione, vel opinione contraria ei obedire renuant, absolutionem eis iuste denegare poterit, cum ad absolutionem conferendam necesse sit a statu peccati confessi discedere. Nau. in Manu. c. 21. nu. 55.

DECISIO XXV. *Dub. 21.*

25 BVllas & Diplomata Papæ supprimentes, & illa publicari prohibentes, nisi ex priuilegio id faciant, excõmunicationem incurrunt, a qua nisi resipiscant, absolui non debent. Nau. in Man. cap. 27. nu. 55.

DECISIO XXVI. *Dub. 22.*

26 EXigentes gabellas, & pedagia indifferenter a clericis & religiosis commissione suorum dominorum, vel propria auctoritate, quocunque prætextu probabili, vel necessario, non habendo ad eam rem Priuilegium a Sede Apostolica, vel proprio Principe sed solum id ex deprauata consuetudine faciunt, excommunicationem incurrũt; c. Quamquam, de censib. in 6. & Cle. pen. in eo. nisi ignorantia probabilis talis excommunicationis eos excuset.

DECISIO XXVII. *Dub. 23.*

27 CHristiani reditus &, Gabellas Iudæis, & alijs infidelibus locare possunt, dummodo Rex, vel dominus terræ Christianum aliquem ad illas exigendum deputet. & non permittat, vt ipse Iudæus per se, vel alium a se deputatum illas exigat, cap. ex speciali, de Iudæis. Nec cum Iudæis, paganis, aut Saracenis Christiani mercimonia exercere vetantur; Argum. capitul. Cum sit nimis. de Iudæis, exceptis armis, & alijs, quę ad eos deferri prohibentur capit. Ita quorundam tit. eod.

DECISIO. XXVIII. *Dub. 24. 30. 31.*

28 CAtholici cum hæreticis, & schismaticis, qui non sunt denunciati excommunicati, licet sint notorie hæretici, cõtrahere, & commerciũ habere sine peccato possunt: secus autem si sint excommunicati denunciati, ca. cum ex communicato, 11. q. 3. & Extrauag. Ad euitanda. Nauar. in Man. c. 22. nu. 35. cum sæpe multitudo hæreticorum, & necessitas communicandi, & negotiãdi facit licitum, quod alias non esset c. Quod non est licitum de reg. iur. vitanda est tamen nimia familiaritas siue cum hęreticis, siue cum alijs infidelibus c. Nullus. c. omnes, 28. q. 1. & c. cum sit nimis, & c. fin. de Iudæis. & Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 57.

DECISIO XXIX. *Dub. 25.*

29 SChismatici, & hæretici, cum in Bulla cœnæ Domini excommunicati sint, ad ecclesiam redire volentes, reconciliari non possunt nisi per habentem auctoritatẽ absoluendi eos a censura, sed neque ab habente talem potestatem absoluendi sunt nisi suum schisma abiurent, si sit tale quod hæresim implicat.

DECISIO XXX. *Dub. 26.*

30 MAtrimonium cum hæreticis contrahere Catholico non licet, cap. caue. 28. quęst. 1. & Nau. in Manu. ca. 22. num. 48. contractum tamen tenet. Pacta vero quæ solent ab huiusmodi fieri, puta, si masculus nascatur, baptizetur in ea fide, cuius est pater; si femella, in matris fide, turpia sunt, & non valent. cap. fina. de condit. apposit.

DECISIO XXXI. *Dub. 27.*

31 SChismaticorum filij ad scholas Catholicorum venire permitti possunt, sum hęc sit via, & gradus aptus ad eorum conuersionem: Argu. cap. cum in cunctis, de elect. E contra vero Catholicis scholas hęreticorũ adire non licet.

DECISIO XXXII. *Dub 28.*

32 SChismaticorum, & hęreticorum non denunciatorum oblationes accipere, & offerentes, ad sacras conciones, & alia officia sacra, quibus interesse voluerint, admittere licet: eo quod hæc admissio ad sacra gradus quidam est & medium ad persuadendum eis conuersionem, & fidem Catholicam; & in his quæ pertinent ad salutem animæ, etiam cum excommunicatis denunciatis colloqui possumus. cap. cum voluntate, de sentent. excom.

DECISIO XXXIII. *Dub. 29.*

33 QVamuis Catholici cum hęreticis, & schismaticis notorijs communicare possunt, si non fuerint denũciati excommunicati, eos tamen in patrinos admittere non licet: quia id esset eis cooperari ad peccatum: c. 1. de offic. deleg. si tamen admissi fuerint, cognationem spiritualem contrahunt ex S. Tho. 4. d. 42. q. 1. art. 3. & Sylu. verb. Matrimonium. 8. q. 7.

DECISIO XXXIV. *Dub. 32.*

34 ABsolui non possunt hæretici. & schismatici in articulo mortis, nec ad sepulturã sacram admitti, nec aliorum sacramentorum participes fieri, qui explicite in specie, vel saltem implicite in genere non recedunt ab omnibus erroribus suis, licet recedant a bona parte eorum & fere ab omnibus, cum impium sit dimidiam a Deo quem sperare salutem. capit. Sunt plures, de pœn. dist. 3. Quamuis si morbus, vel periculum mortis adeo vrget, vt non possit omnes errores detestari, nec de veritate contraria specialiter instrui, sufficit detestatio generalis cum proposito specialem detestandi post quam fuerit instructus; quia licet teneamur aliqua explicite credere, non tamen omnia, ita S. Tho. 2. 2. quæst. 2. ar. 8. & Nau. in Man. prælud. 4. nu. 19. & c. 11. nu. 18.

DECISIO XXXV. *Dub.33.*

35 QVi aliquid emit pacto de retrouendendo simulate, animo magis mutuandi, quam emendi, & mortaliter peccat, & vsuram committit. Qui autem minoris iusto pretio, etiam dempta parte, qua illud pactum pretium diminuit, peccat quidem peccato iniustitię, sed non vsuræ coram Deo: licet aliquando coram hominibus præsumatur vsura ex Nau. in Mau. c. 17. nu. 247.

DECISIO XXXVI. *Dub.34.*

36 VSura à tutoribus in pupillorum peccunijs accrescendis commissa, a pupillis, quamuis ipsi non peccauerint, restitui debet, postquam scuerint per eum modum iniquum bona sua creuisse, nec absolui potest qui sic quęsita restituere noluerit. Ita Nau. in Man. c. 17. nu. 253.

DECISIO XXXVII. *Dub.35.36.*

37 Libros prohibitos etiam suæ arti vtiles, & libros hæreticos scienter legētes, etiam studio eorum errores cognoscendi, vt eos lucidius populo explicare, ac refellere valeant, excommunicationem Bullę cęnæ Domini incurrunt a qua non nisi a Papa extra articulum mortis absolui possunt. Nec eos legendi facultatem Episcopus, nisi ex speciali delegatione Papæ dare valet.

Aduertendum quantum ad libros prohibitos, qui nihil de religione tractant, non teneri authoris sententia na Quia licet legentes huiusmodi libros peccati mortalis reatum in currant, & Episcoporum arbitrio seuere puniri possint, iuxta Bullam Pij Papæ IV. quæ incipit, Dominici gregis. editam anno Dominicę incarnationis Millesimo quingentesimo sexagesimoquarto, die vigesima quarta Martij, Pontificatus sui anno Quinto, quę in Bullario habetur, & est 99. eiusdem in ordine, quam etiam Bullam, eiusque pœnas Clemens Papa VIII. confirmauit in Bulla sua, quæ incipit *Sacrosanctum* edita anno Millesimo quingentesimo nonagesimo quinto, die decima septima Octobris Pontificatus sui anno quarto: tamen in excommunicationem Bullæ Cęnæ non incurrunt, eo quòd modo Bulla Cęnæ non comprehendit nisi hæreticorum libros, *heresim continentes, vel de religione tractantes*, vt constat ex Bulla Cęnæ Clementis Papæ VIII. anno Millesimo quingentesimo nonagesimo octauo.

DECISIO XXXVIII. *Dub.37.*

38 EPiscopus post Concilium Tridentinum ses. 22. in decreto de obseru in celeb. Miss. licentiam dare non potest Missas celebrandi apud infidelios, quamuis ante Concilium illam dare potuisset.

DECISIO XXXIX. *Dub.38.& 39.*

39 FEstis tempore Curati prius infectis Sacramenta ministrare debent, ne eos sine necessarijs remedijs ad salutem mori patiantur: postea vero sanis eadem ministrēt si non sit periculum infectionis, quod si adsit, illis licentiā sumendi Sacramenta ab alijs dare debent. Arg. ca. vbi periculum maius de elec. in 6. & cap. duo mala, dist. 13. Quo tempore pestis Sacerdotes simplices cum merito magno in ciuitate manere, & cum licentia Sacramenta illis ministrare possunt: Parochi autem illa vel per seipsos, vel per alios idoneos ministros, etiam infectis ministrare tenentur. c. Aduersitas, 7. q. 1. & S. Th. 2. 2. q. 26. art. 5.

DECISIO XL. *Dub.40.*

40 EVcharistiæ delatio, & processio publica iuste omitti possunt, vbi ab hęreticis, & infidelibus dehonestatio aliqua probabiliter boni & prudentis viri arbitrio timetur; Quia huiusmodi processiones, & deportationes publicę iure humano institutæ sunt, & iusta ex causa legi humanæ contrauenire sine peccato licet, vt ait S. Th. 1. 2. qu. 96. art. 9. & 2. 2. qu. 147. art. 3. Archid. in c. vnicam dist. 76. & Nau. in Man. c. 23. nu. 69.

DECISIO XLI. *Du.41.42.& 43.*

41 ECclesiasticus super Decimis per viam possessorij seu interdictis retinendæ, vel restituendæ possessionis, vel innouationis secularem adire potest; via tamen directa petitorij, Iudices seculares super huiusmodi decimis, & alijs spiritualibus quatenus spiritualia sunt, adire nequit. Arg. c. Bene quidem, dist. 96. & cap. decernimus, & ca. Quanto, de iudic. Et si de suo consensu, vel fauore, ad eundem iudicem laicum pro decimis se trahi patiatur, excōmunicationem decimam quartam Bullæ Cęnæ Domini incurrit: secus tamen si inuitus traheretur, siue pro decimis, siue pro causis beneficialibus, vel alijs causis spiritualibus.

DECISIO XLII. *Dub.44.& 45.*

42 SIcut Domini seculares colonos suos adscriptitios, seu adscriptos glebę terræ, quam vel ipsi, vel eorum maiores colendam acceperunt, ex eo quòd cum in principio quando ad eos migrarunt, præfati Domini domos, boues & alia ad vitam necessaria colonis illis ea lege donarūt, vt ipsi & eorum filij seu successores ad mansionem obligarētur, nec eam inuitis Dominis relinquerent, l. cum satis. & l. cum scimus, & glo. in rub. C. de agri. & censi. lib. 11. cum ex eorum pagis alio habitandi gratia transmigrant, iuste persequi, & vendicare possunt; Ita etiam ecclesiæ, & ecclesiastici viri, similes colonos & seruos adscriptitios habentes, bona conscientia eodem rigore vti, & similiter se gerere circa suos subditos possunt, nec ijsdem emigrandi alio, vel alterius vitę suscipiendæ facultatem concedere, præsertim quod etiam monasteria, & religiosi vbique gētium habeant donatos, & oblatos, qui licet vere religiosi non sint, Clem. 1. de decim. & gl. ibid. cap. in præsentia, de probat. & ibi Panor. & inc. vl. de success. ab intest. a monasterijs tamen iuste recedere nequeunt. d. cap. in præsentia, & c. vt priuilegia, de priuileg.

DECISIO. XLIII. *Dub.46.*

43 CLericus iurisdictionem criminalem habens, & per semetipsum cognoscens de criminibus, ob quę imponēda erit pœna mortis, vel mutilationis secuta morte, vel mēbri mutilatione sit irregularis c. Sententiam. Ne clerici vel monachi per alios tamen vicarios suos generales, vel speciales delegatos prædictam iurisdictionem exercens licet sequatur mors, vel mutilatio iusta, vel iniusta, irregularitatem non incurrit c. Episcopus, eo. tit. in 6.

DECISIO XLIV. *Dub.47.*

44 SIcut Iudæis offitium, cui aliqua præeminentia est annexa dare, vel concedere non licet: ita multo minus hęretico notorio illud concedere fas est, cum longe peior infidelitas sit hæresis, quam Iudaismus, vel Paganismus, vt ait S. Th. 2. 2. q. 10. art. 6.

DECISIO XLV. *Dub.48.*

45 HAereticus quamuis in foro exteriori a solo Papa, vel eius speciali delegato absolui possit, in foro tamen interiori, seu conscientię Episcopus eum vel per se, vel per alium suum subditum absoluere valet ex Conc. Trid. sess. 24. ca. 6. de reformat. cum omnis potestatem ordinariam absoluendi ex officio habens, eam alteri delegare potest cap. fin. de offic. ord. Hanc tamen potestatem generalem absoluendi hæreticos concedere, seu vicarium, vel generalem delegatum ad eos absoluendum constituere non potest Episcopus, sed tantum in casibus particularibus, cum illi occurrerint. Potest autem pænitens, qui ob verecundiam, vel aliud impedimentum Episcopum personaliter adire non potest, per confessarium, vel aliquem alium eum adire, vt sit de mandato eius, per alium absoluatur.

DECISIO XLVI. *Ex consi. 2. aliàs 5.*

46 QVi ante Concilium Tridentinum impetrauit rescriptum a Papa assumendi primam tonsuram, & quatuor ordines minores, a quo mallet antistite, & post quā assumpsi primam tonsuram superuenit Concilium statuens, sess. 23. c. 8. de reform. ne quis nisi a proprio Episcopo, vel de consensu eius, etiā virtute rescripti generalis, vel specialis ordinaretur, non potest virtute præfati rescripti, sine licentia, vel consensu sui Episcopi, quatuor minores accipere: quia licet noua cōstitutio ad præscripta regula-

titer

Digitized by Google

riter non extendatur, capit. fin. de constitut. fallit tamen quoties de effectu futuro, agit, qui fine effectu præterito stare,& consistere potest Glos. in Clemen. vt hi quiuer.in posterum.de ætat.& qualit.

DECISIO XLVII.
Ex consil. 4 alias 11.

47 Bulla Pij IV. quæ incip. *Romanum*, & est 109. in ordine eiusdem, edita 1564. & Bulla Pij V. incip. *intolerabilis*, & est 87. in ordine eiusdem, edita 1569. in beneficiarios confidentiarios late,ad excludendum,& arcendum dolos,& fraudes,& vota captandæ mortis alienæ, quæ per huiusmodi confidentias beneficiales illicitas induci solent odiosæ censendæ sunt,& restringendæ;eo quod lex omnis facta in odium aliquorum, vel alicuius rei censeri debet odiosa, & restringenda.l. Qui exceptionem ff. de condit. indeb.

DECISIO XLVIII.

48 Cum constitutio odiosa, non extendi, sed potius restringi debet;capit. Odia,de reg.iu.in 6.pensionem per confidentiam transferens, pœnas Bullæ contra confidentiam beneficialem latæ non incurrit,cum pensio nec beneficium sit,nec res spiritualis, sed temporalis, nec obligat ad dicendas horas Canonicas, nec habet perpetuam durationem, nec residentiam requirit, quæ tamen omnia beneficia de iure communi requirunt, c.Conquesente,& cap.fin.de cle.non resi & renunciari potest,& remitti gratuitò sine vlla superioris auctoritate, ex Card. Alex.in cap.Agathosæ.dist.63.immo cum Papæ auctoritate pecunia redimi potest.

DECISIO XLIX.
Ex consil. 4. alias 9.

49 Lex Principis secularis prohibens equos extra regnum suum asportari, cum sit præiudicialis, pœnalis, odiosa, & in odium delicti inducta, in foro conscientiæ clericos extrahentes equos suos in suis equitijs genitos non obligat,præsertim cum lex Imperatoria etiam generaliter loquens, & nullam de clericis specialem faciens mentionem,Clericos non includat,si sit præiudicialis: Arg.cap.1. de noui oper.nunc.& cap.Si in adulterium dist.10.sed neque lex hæc laicos in conscientia obligat, cum recepta solum sit quoad pœnam externam, non autem quoad pœnam æternam;lex autem recepta,quoad pœnam temporalem,nō obligat quoad pœnam æternam,si non sit recepta etiam quoad illam. Neque confessarij,neque pœnitentes eruditi consueuerunt huiusmodi legis obseruantiam iniungere, aut in foro interiori accipere, reputantes legi satisfieri soluendo pœnam temporariam, cum deprehenderetur eorum transgressio.Ita Nauarr.in Manu. cap.23. num.62.

DECISIO L.
Ex consil 5. alias 7.

50 In Capitulis Generalibus Religiosorum, vbi multæ nationes concurrunt, legitimè fieri potest constitutio, ne in Priores,aut Abbates Monasteriorum plures, quam tres de vna natione eligātur, cum statutum hoc multis de causis rationabile esse possit, scilicet, ne alijs detur causa superbiendi, alijs murmurandi, aut alijs nimium suæ genti,vel nationi tribuendi. Quando autem eligi nō possent omnes digni de omnibus nationibus, nisi plures quā tres eligerentur de vna, tunc plures de illa eligi possent; quia nunquam eligendus est indignus ex S. Thom.2.2.q. 63.artic.2.

DECISIO LI.
Ex consil.6. alias 2.

51 Quod respondet Papa de iure respondendo alicui quærenti,vel interroganti etiam super aliquo dubio iuris, censetur velle, vt in similibus casibus idem respondeatur; quia vero Papa, aliquando vt Papa loquitur, aliquando vero vt Doctor, ex circunstantijs temporis, loci, modi & causa respondendi,& interrogandi,& scribendi, & dictandi, colligi potest in dubio, an vt Papa, vel vt Doctor in tali materia respondere censeatur.

DECISIO LII.
Ex consil. 7. alias 10. de sententia excommunicationis.

52 Extrauagans Pij Quinti de electione superiorum ordinis Minorum excommunicans suspendēs, & per mensem carceri mancipans eū,qui ad officium obtinendum, quorumuis fauorem extra religionem procurat; non punit fratrem procurantem literas ad quosdam electores,vt ei fauerent,si postea dictis literis non vtatur: lex enim pœnalis restringenda est,capitul. Pœnæ.de pœnit. dist. 1. nec vltra finem a legislatore intentum ligat, cum actus agentium nō operentur vltra intentionem eorum, capit.fin.de præbend.Et intentio Pontificis est,ne electores propter fauores indignos dignis,vel minus dignos dignioribus præferant;qui finis & intentio cessat, si procurans literis non vtatur; talis enim verè fauorem non procurat,cum literæ alicui fauori non sint,donec ad eum,ad quem dantur, perueniant.

DECISIO LIII.
Quarta de consti.in Nouis deest in antiquis.

53 Quamuis domicilium originis firmius, & immutabilius sit,l.1. & l.fi. ad municip. quia tamen domicilium habitationis principalius est Glos. in capitulo.statutum, ver. vnam diætam, de rescrip.in 6. adeo vt diœcesis appellatione in dubio venit illa, quæ est domicilij habitationis,immo & stylus Curiæ habet, vt orator exprimēs diœcesim; cuius est, exprimat diœcesim habitationis, non Natiuitatis: Hinc fit quòd licet statutum alicubi esset, puta Spoleti, atiā a Papa sub pœna excommunicationis latæ sententiæ cōfirmatum,vt pro nulla muliere ciuitatis Spoleti, vel eam habitante dari, aut recipi possit dos maioris summæ mille florenorum, nihilominus tamen si Spoletanus origine,etiam cum Spoletana origine,in alio loco,puta Romæ,Matrimonium contrahat,ibique domicilio cōstituat, cum proposito ibi habitandi, licitè potest sponsæ parēs dotem filiæ augere,& sponsus illud auctarium recipere, absque eo quod excommunicationem incurrant;siquidem statutum ciuitatis Spoletanæ quamuis omnes illius ciues,hoc est, habentes in ea domicilium, liget: attamen ibi natos,sed alibi habitantes non ligat. Statutum.n. ciuitatis non nisi suæ iurisdictioni subiectos obligare potest,eo quod cum statuere iurisdictionis sit, solum eos cōprehendit,qui ei subiacent,l.fin.de iurisf. omn.iud.& cap. 2.de constit.in 6.Ibi vero nati, sed alibi extra territorium habitantes,iurisdictioni illius non sunt subiecti.

DECISIO LIV.
Octaua de consti.in Nouis deest in antiquis.

54 Cum statuta Papalia sint, quæ Capitulum Generale auctoritate Apostolica condit,& inferior statuta sui superioris tollere nequeat ex Felin.in capitulo.cum accessissent, de Constitut. Capitulum non Generale repræsentatiuum Capituli Generalis, statuta in huiusmodi Capitulo Generali per definitiuam sententiam tollere non potest, eo quod sententia definitiua irreuocabilis est etiā ab eodem iudice,seu Capitulo Generali sententiam illam ferente capit.cum in literis, de offic.deleg. & l.iudex ff. de re iudic. vnde si quid iniuste in Capitulo Generali statutum esset,ad solum Papam, cui Capitulum illud Generale immediate subijcitur, per appellationem recurrendum est.

TITVLVS III.

De Rescriptis.

SVMMARIVM.

1 *Parochus sine vlla monitione infra annum cessante impedimento presbyter ordinari debet, alias parochialem perdit, nec eum ignorantia excusat.*

2 *Exemptio per possessionem quadraginta annorum præscribitur.*

*3 Subre-

*3 *Subreptitia non est petitio puella, qua vt dispensationem obtineret contrahendi cum affine, narrauit se pauperem, si tunc pauper erat, licet spem haberet patrimonij magni.*

*4 *Delegatus ecclesiasticus, nec pro labore potest aliquid extra esculentum, & poculentum, licite accipere.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 12. in Nouis, & in antiquis.

1 PArochialem ecclesiam adeptus, & infra annum non ordinatus, cessante legitimo impedimento, perdit illam: cap. licet canon. & capitulo, commissa, de elect. in 6. nec ad constituendum eum in mora & negligentia suscipiendi presbiteratũ requiritur monitio vlla superioris vltra illam, quæ iure cõmuni fit: In d. capitulo, licet canoni & capitulo. commissa. Neque ignorantia iuris excusari potest, cum parochialem ecclesiam accipiens id scire teneretur, in iure autem noto, paria iudicantur scire, & scire debere leg. quod te, ff. si cer. pet. Et fructus post primum annum male perceptos, & etiam quos intra illum percepit, si receperit, & possedit ecclesiam intendendo non se promoueri facere intra illum, d. cap. commissa, §. cæterum. restituere tenetur ei, cui ecclesia illa postea confertur; eo q fructus Ecclesiæ vacantis conuerti debet in vtilitatẽ eius illa vacante, vel tradi primo successori. cap. cum vos, de offic. ordin. & cap. Quia sæpe. de elect. in 6.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 8.

2 COngregatio clericorum, & laicorum ad educandos, & regendos orphanos instituta, religiosa est, & regularis sub regula Sancti Augustini, & à Sede Apostolica, approbata, Ita Pius V. in sua Bulla, quam ad supplicationem Congregationis concessit, quæ non est ex motu proprio, vnde nec in Bullario habetur, & clerici, & aliæ personæ in ea professæ, religiosi, & regulares ipsius cõgregationis, à iurisdictione, & auctoritate ordinariorum, tam legitima præscriptione exemptionis per quadraginta, & amplius annos, capitu. de quarta, de præscr. quam Apostolica concessione Pauli Tertij in sua Bulla, quæ incipit, Altitudo, edita 1540. constit. 30. exempti censentur.

DECISIO III.

XIX. *de rescriptis in Nouis, deest in antiq.*

*3 DOtem tantam habere dicitur puella, quantum valet id, quod nunc habet, & reliquit pater, ac quod a matre, seu alijs ẽt inuitis iure extorquere põt: Illud autem quod certò sperat titulo voluntariu habere patrimonium eius non auget, nec facit vt pauper esse desinat: vnde nec subreptitia puellæ talis petitio censenda est, quæ vt obtineret dispensationem contrahendi cum affine, narrauit se incompetenter dotatam, quæ verè tunc erat talis, etiam si ipsa, & sponsus hanc confidentiam haberet, quod mater aut alij vltra partem debitam, titulo donationis, aut alio voluntario magnum patrimonium postea daturi essent.

DECISIO IV.

XXI. *De rescript. in Nouis, deest in antiquis.*

4 DElegati, vt sunt Episcopus, & Vicarius, quibus committuntur dispensationes matrimoniales cum clausula (Per Apostolica scripta mandamus, quatenus tu frater Episcope, seu fili Vicari, deposita per te omni spe cuiuscunque muneris, aut præmij etiam sponte oblati, a quo te omninò abstinere debere volumus, de præmissis diligenter te informes) nihil pro labore, & occupatione accipiendi informationem testium, etiam sponte oblatum, præter esculentum & poculentum, accipere possunt. c. statutum §. insuper, de rescrip. in 6.

TITVLVS IV.

De Consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *Consuetudo, qua solum prudentiores vocem in Capitulo habeant, mala est, & contra ius commune.*

2 *Capitulum vocem, illam non habentibus, aliquo discrepante communicare non potest.*

3 *Lex quoad vnam partem per non vsum & desuetudinem tolli potest, & non quoad aliam.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 2.

1 COnsuetudo quorundam Religiosorum, qua solum prudentiores re, & ætate maturiores, vocem & suffragium in Capitulo habeant, & admittantur in electionibus superiorum, & mala est, & contra ius commune, mala quidem, quia licet illa ratione bona niti videatur, quod docet, vt prudentiorum, eruditorum, ac maturiorum suffragia pluris æstimentur, quam aliorum: alia tamen ratione mala est, quia pauciores facilius subornantur, quàm plures, & alijs superbiendi, alijs inuidendi, & omnibus dissidendi occasio non parua datur: Contra ius etiam commune est, quod regularis professus, & Subdiaconus non habeant vocem in Capitulo, etiam in electionibus prælatorum. cap. Ex eo, §. 1. de ele. in 6. & Cle. vt ij qui. de æta. & qualit.

DECISIO II.

2 CApitulum vocem, quæ competit ei in eligendo, alijs quibus ea non competit, communicare non potest nisi concors fuerit, & nemo discrepauerit.

DECISIO III.

Ex consil. 2. alias 1.

3 LEx. & statutum quodcunque, quoad vnam partem tolli, & quoad alteram validum manere potest; l. Derogatur, ff. de verb. sign. vt proinde quoad illam solum obliget, & non quoad alteram, quæ per non vsum, & desuetudinem tollitur. §. leges, dist. 4.

TITVLVS V.

De Electione, & Electi potestate.

SVMMARIVM.

1 *Electionis confirmator, de ea agnoscere, supplere, & inquirere potest.*

2 *Electio facta post tenebras iure antiquo valida, sed non iure nono.*

3 *Electio post suffragiorum collationem statim facienda, & quando ex interuallo facta valeat.*

4 *Electio, vbi vnus suffragium suum socio detegit, valet.*

5 *Electionem à maiori parte factam non admittens, peccat.*

6 *Voce actiua, & passiua priuatus, quibus censeatur priuatus.*

7 *Scrutatores in electione falsum miscendo, grauiter peccãt, & illa nulla est, & ipsi arbitrarie puniendi.*

8 *Voce actiua, & passiua suspensus, per alios modos, quam electionis, beneficia assequi potest.*

9 *Suspensio irregularitatem inducens appellatione non suspenditur, & quæ illa sit.*

10 *Generalis Minimorum quare immediate fieri non possit Vicarius, vel Procurator Generalis.*

11 *Electio facta, præsente excommunicato denunciato, non valet.*

12 *Prælatus, & Conuentus diuersa, adeo vt proprie prælatus non est de Conuentu.*

13 *Generalis & Definitores tum maiori parte Capituli modum eligendi iuri communi conformem, nec in toto, nec in parte tollere possunt, absque Papæ licentia.*

*14 *Electio, vt valeat, a maiori parte fieri debet.*

DE

DECISIO I.

Ex consil. 1. in antiquis alias 2. in Nouis.

1 IVdex habens ius, & potestatem confirmandi, vel infirmandi electionem alicuius a Capitulo factam, ad instantiam partium, vel ex officio suo per se, vel commissarios iudices potest, & debet cognoscere, & inquirere de modo electionis, an sit canonice facta, c. Cũ nobis, de electio. & de persona etiam electi, an sit idonea, c. Venerabilem, tit. eod. & c. oblatæ, de appel. & alia facere quæ ad publicam vtilitatem spectant, etiam compellendo Capitulum, & arbitros commissarios eius, & Notarios ad edenda instrumenta, & acta publica coram eis gesta, quæ ad causæ illius iustam & breuem expeditionem pertinent. c. Quoniam contra. de probat.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 8.

2 ELectio superioris facta a Definitorio alicuius Capituli, seruatis alijs seruandis, si post tenebras, & quando iam sine candela non posset cerni, nec discerni, facta sit, quamuis quoad forum conscientiæ, cessante fraude, valida sit, & etiam quoad forum exterius, secundum iura antiqua c. Consuluit, de offic. del. & Felin. ibi. quæ non requirebant formam eligendi secrete; post Concilium tamen Tridentinum sess. 25. c. 6. de reg. & c. quia propter, de electio. & constitutionem ordinis super eius executione factam, secundum quam requiritur forma secrete suffragandi per schedulas, quæ commodè fieri non potest sine lumine diei, nocte fieri non potest.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 7.

3 ELectio post suffragiorum collatione ex incontinenti facienda est, & aliter ex interuallo, vel ex ignorantia, vel ignauia quadam eligentium, vel fraude electi facta, non valet, cum de forma substantiali electionis sit, quod statim post collationẽ suffragiorum fiat: c. Quia propter, & c. cum post petitam, de elect. secus tamen si post moram interpositam per malitiam, vel dolum eligentium, vel aliam iustam causam sine fraude electi fiat, tunc enim valida iudicari debet, quia non debet alteri per alterum iniqua conditio inferri. c. Denique. 14. q. 5. & l. Non debet, ff. de reg. iur. Nec quisquam sine culpa iure suo priuãdus est. cap. sine culpa, de reg. iur. in 6. Publicato autem scrutinio, non possunt variare, qui suffragati sunt, sed ad eum eligendum, qui secundum suffragia publicata eligi debet, compelli possunt. c. Publicato. de electio.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. alias 9

4 ELectio, in qua vnus electorum sine fraude, & malitia suffragium suum socio detegit, reliquis omnib. secretò suffragantibus, non obstante Concilio Tridentino Sess. 25. c. 6. de regular. valida censeri debet, cum defectus occultus vnius de Capitulo nocere non debeat Capitulo id ignoranti, neque actoi ab eo àliàs legitimè facto. c. fin. de procur. Præsertim cum ostensio præfata suffragij non sit facta fraudulenter, nec causa est, vt alij pro tali suffragarentur.

DECISIO V.

Ex consil. 5. alias 5.

5 ELectionem a maiori parte factam nõ admittens, grauiter peccat c. Indemnitatibus §. 1. de ele. in 6. & talis electus ius repetendi Abbatiam, ad quam est electus acquirit; quod si alter minis, aut metu eligatur, electio inualida & nulla efficitur; cum omnis electio metu facta, ipso iure nulla sit. c. Vbi periculum, §. cæterum, tit. eod. & Nau. in Man. c. 17. nu. 29. & c. 22. num. 51.

DECISIO VI.

Ex consil 6. alias 6. de verb. signif.

6 REligiosus priuatus voce actiua, & passiua iuxta Concilij Tridentini decretum, sess. 25. c. 2. de regular. omni iure dandi vocem ad aliquem actum faciendum in Capitulo, & iure pauendi vocem datam de ipso a Capitulo, Conuentu, vel Collegio, quoad ea, quæ sibi sunt oneri, & pœnæ, priuatus censetur, Glossa Cle. 1. de regul.

DECISIO VII.

Ex cons. 7. aliàs 4.

7 SCrutatores electi ad faciendum electionem, si in electione falsum aliquid misceant, non dicentes quot suffragia habeatis, in quem maior pars consensit, mortaliter peccant, & electio nulla est; & ipsi vltra priuationem potestatis eligendi, arbitrio iudicis puniẽdi sunt. c. Quia propter. de elect.

DECISIO VIII.

Ex cons. 8. aliàs 6. de appellat.

8 SVspensus voce actiua & passiua beneficium alia via, quam electionis acquirere, illudque administrare potest. Quia cum suspensio contra limites suos non operetur, quamuis voce actiua & passiua priuatus beneficium per electionem, (in qua sola habet locum vox actiua & passiua) consequi non poterit; ad consequutionem tamen beneficij via collationis, vel institutionis non extenditur, cum hæc diuersa sint. c. Cum in illis, §. 1. de elect. in 6. & Nau. in Manual. c. 27. nu. 163.

DECISIO IX.

9 SVspensio ab officio, & ingressu ecclesiæ, cuius solius violatio irregularitatem inducit, appellatione suspendi non potest, c. Is cui. § final. de sen. exc. in 6. suspẽsio autem a beneficio, vel eius administratione, vel a Pontificalibus, vel vsu pallij, vel a voce actiua, & passiua, per appellationem legitimam subsequentem suspenditur, nec aliqua illatum violatione irregularitas incurritur. Arg. c. 1. §. fi. de senten. exc. in 6. & c. 1. de sent. & re iud. in 6.

DECISIO X.

Ex cons. 9. & alias 10. & 11.

10 GEneralis Minimorum finito triennio sui officij; durante sequente triennio Vicarius Generalis, vel Procurator Generalis constitui non potest, eo quod Generalis, & Vicarij Generalis eadem sit iurisdictio, & tribunalis c. Non putamus, de consuet. in 6. cum tamẽ illius ordinis Superiores tanto tempore subesse debent, quãto præfuerunt, nisi fortè gradum superiorem assumant. Quia verò Procuratoris officium minus est Generalatu; & durante triennio sequenti non potest deligi ad minora officia Generalatu, immo correctori subiectus esse debet: Procurator autem Generalis nulli alij, quam Generali subditus sit, proinde neque Procurator Generalis immediate fieri potest.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 1.

11 ELectio propter concursum excommunicati non denunciati, si alios legitime de sufficientia aliorum electorũ constet, non sit irrita; secus tamen si excõmunicatus denunciatus erat, & constat illis, qui simul eligũt. c. Illa, de elect. & c. solet. de sen. exc. in 6.

DECISIO XII.

Ex cons. 12. alias 12.

12 CVm prælatus, & conuentus diuersa sint, adeo quod propriè prælatus de capitulo, & conuentu non sit Glos. recep. in Cle. vt ij qui, de æta. & quali. & conuentus in ijs, quæ ad eum separatim pertinent, sine prælati consensu agere potest; Inno. in c. edoceri, nu. 6. de rescrip. conuẽtus cum Vicario qui solet appellari Superior in Monasterijs, quæ p Priores reguntur, & Prior claustralis in Monasterijs quæ reguntur per Abbates, c. Cum ad monasterium, §. prior. de stat. monach. cuius officium per mortem Abbatis, vel Prioris non vacat Cle. Ne in agro, §. abbate, de statu monac. neque a Priore, vel Abbate, sed a iure communi potestatem suam recipit; Procuratores ad electionem promouendam cum facultate suffragandi, &

pio

Digitized by Google

pro conseruatione rerum Monasterij, ad obligandum res & reditus eiusdem Monasterij constituere valet; Nec Prouincialis dictos Procuratores a conuentu legitimè constitutos reuocare, nec Prælati electionem Procuratoribus illis non vocatis facere potest.

DECISIO XIII.

Ex conf. 12. alias 3.

13 GEneralis, & Definitores cum maiori parte Capituli modum eligendi iure communi conformem, neque in toto neque in parte, absque expressa Papæ facultate, tollere possunt; quia nulli ei inferiori legem iuri communi contrariam edere licet, c. Quod super his, de maior, & obed. c. inferior, d. 21. Clem. Ne Romani, de elect.

DECISIO XIV.

• VI. In Nouis, deest in antiquis.

•14 QVamuis Collegium ex duobus saltem constare debet, c. Cum inter Canonicos, de elect. in tali tamen euentu exterum solum eligere possunt; siquidem vt electio valeat, a maiori parte fieri debet, c. Cum inter canonicos, & c. quia propter, de elect. vbi autem duo tantum essent in Collegio, quia nec quis seipsum eligere valet, nec suffragando alteri maior pars suffragiorum adesset, vt electio ab eis validè fiat, extraneus idoneus eligi debet.

TITVLVS VI.

De Renunciatione.

SVMMARIVM.

1 *Renunciatio beneficij facta coram Notario sine prælati auctoritate est nulla.*
2 *Confidentia præsumitur, si quid renuncians post collationem ex beneficio percipiet.*
3 *Beneficium in manibus Papæ resignatum, per eius prouisionem subsecutam fit resignatarij.*
4 *Publicationis omissio, quando resignationem annullet.*
5 *Episcopus renuncians, qui vegetus est, & vsui esse potest, peccat.*
6 *Renunciatio reciproca, & illicita, quæ censeatur?*
7 *Renunciatio beneficij facta virtute mandati reuocati, sed non intimati procuratori, valida est.*
• 8 *Renunciatio episcopatus sine licentia Papæ petita, sed non obtenta, non valet.*
• 9 *Beneficium resignatum Episcopus propinquo resignantis conferens, a collatione beneficiorum suspensus est.*
10 *Resignatio beneficij per procuratorem absentis facta in manibus Papæ admittentis, quidnam operetur?*

DECISIO I.

Ex consil. 1. in antiquis. alias 5. in Nouis.

1 REnunciatio beneficij coram Notario, & testibus sine superioris licentia, facta, ipso iure nulla, & inualida est c. Quod in dubijs, & c. admonet. de renunciat.

DECISIO II.

2 REnuncians beneficium coram Ordinatio nulla facta confidentia expressa, & aliquos fructus beneficij a renunciatario postea ob paupertatem accipiens, quamuis in foro conscientiæ nō sit peccati arguendus si nulla fraus interuenerit, in foro tamen exteriori interuenisse confidentiam præsumitur. Ita Pius V. in Bulla contra confidentiarios, quæ incipit. intolerabilis. edita anno 1569. Constit. 87.

DECISIO III.

Ex conf. 2. alias 7.

3 REsignatio beneficij a sano facta in manibus Papæ, per eius prouisionem subsecutam fit resignatarij, nec illud alteri conferre potest ordinarius, etiamsi resignans infra 20. dies in mense ordinarij moriatur; cum per talem resignationem, & prouisionem verè vacauerit beneficiū, & collatum fuerit resignatario; Et Reg. 18. Cancellariæ de infirmo resignante, non de sano intelligenda est.

DECISIO IV.

Ex consil 3. alias 8.

4 OBtinēs a Papa beneficium per resignationem, & expeditis literis ad imperium patris, & ad euitandam discordiam inter cognatos eius, & resignantis, vltra sex menses resignationem publicare, & possessionem capere omittens, nec beneficium obtentum perdit, nec fructus perceptos restituere tenetur; eo quod lapsus sex mensium præstitorum ad publicādas resignationes, & beneficij resignati apprehensionem, saluo iusto impedimento intelligi debet, cum agere iustè impedito non currat tempus c. Quia diuersitatem, de concess. præb. & capit. Ex transmissa de præscr. Et patris obedientia ad euitandam discordiam ex publicatione euidenter secuturam, iustum censetur esse filio impedimentum, maximè cum ex ea dilatione nulli fiat præiudicium.

Quoad modum & formam publicandi beneficiorum resignationes, legenda est Bulla Gregor. XIII. quæ incip. *Humano vix.* & est 87. in ordine eiusdem, edita anno 1583. Nonis Ianuarij.

DECISIO V.

Ex consil. 4. alias 2.

5 EPiscopo renunciare Episcopatui, & dignitati, qui corporis, & animi viribus satis adhuc vegetus est, & magno cum fructu, concionando, prælegendo, & consulendo, & Sacramenta administrādo prodesse potest, sine peccato, non licet, vt contemplationi quietius dare se possit. c. 1. & c. Nisi cum pridem, de renoc.

DECISIO VI.

Ex conf. 5. aliàs 10.

6 REctor resignans sine vlla reseruatione rectoriam suā in fauorem alterius, qui est filius alterius Rectoris, qui post aliquot annos renuntiat aliam suam Rectoriam in fauorem filij primi Rectoris reseruata pensione medietatis fructuum, non censetur renuntiationem reciprocā, & a Concilio Tridentino sess. 25. cap. 15. de refor. damnatam admisisse; eo quod nullum ibi interuenit pactum aut conuentio tacita vel expressa resignationis vnius in fauorem alterius, & è contrario; sed solum pater renuntiatarij resignauit, vt iure naturali gratitudinem suadente, & obligationem antidotalem inducente, amico suo benemerito ostenderet. Ita Nau. in Manu. c. 23. no. 107. & 116.

DECISIO VII.

Ex consil. 7. alias 11.

7 REnunciatio beneficij virtute mandati reuocati, dūmodo reuocatio procuratori ipsius renunciantis ad renunciandum non sit intimata, neque ei, in cuius manibus erat facienda renunciatio, valida est; nec sufficit illius reuocationis notitiam ad eum, in cuius fauorem renunciatio facienda erat, venisse, sed requiritur, vt reuocatio illa procuratori renunciantis intimata sit, ad hoc vt renunciatio per Procuratorem facienda nulla censeatur. Clem. 1. de renunc. & gl. ibi.

DECISIO VIII.

• II De renunciat. in Nouis deest in antiquis.

• 8 EPiscopatus sine licentia Papæ etiam petita, sed nō obtenta renunciatio non tenet. Arg. c. fi. de renūcia. & c. licet, de reg. iur. etiamsi in manibus Capituli fiat, ad quod electio spectat, nec causat vacationem, nec etiā aperit, vt ad electionem procedi possit; si tamen ob talem renunciationem inualidam, & nullam, Capitulum ad vlteriorem electionem procedat, ipso facto eligendi potestate non priuatur, cum id nullibi expressum in iure sit; priuationis autem pœna, non nisi in casibus a iure expressis incurritur. Glo. in c. fin. de iur. pat. Quia tamen crimen in admittendo est, a summo Pontifice priuari potest. Sicut a simili, licet simoniacus conuentionalis tantum, & non realis, nō per-

Digitized by Google

perdit ipso iure ius sibi quæsitum per collationem, eo tamen propter tale delictum iuste priuari poterit, ex Nau. in Man.c.23.nu.101.& 102.

DECISIO IX.

De Renunciat.in Nouis, deest in antiquis.

*9 EPiscopus beneficium resignatum propinquo alicuius resignantis conferens a collatione beneficiorum suspensus est ex Extrau. Quanta.& Pij V.constito.58. anno 1568.edita.Q io.i si sic suspensus cōferat, excommunicationem incurrit; immo etiam si sic ligatus in Pontificalibus, vel minoribus ministret, irregularis efficitur, nec ab alio, quam a Summo Pontifice ab huiusmodi excommunicatione,& suspensione absolui, vel ab irregularitate dispensari potest. Sed & sic secundo prouisus, quāuis in foro interiori a peccato mortali suscipiendi beneficium, & retentionis illius, necnon perceptionis, & restitutionis fructuum excusari possit, si verè Extrauagantem illam ignorauerit, ita vt nec illud prætextu ignorantiæ huiusmodi constitutionis a præfatis peccatis non excusatur; quia in hoc foro semper scientia illius Constitutionis præsumitur, Arg.c.ignoranti.de reg.iur.in 6.

DECISIO X.

** De Renunciat. in Nouis, & in antiquis.*

*10 REsignatio beneficij per procuratorem absentis facta in manibus Papæ admittentis, etsi id regulariter operetur, vt iure communi attento beneficium illud a solo Papa, & non ab ordinario resignātis conferri possit; si tamen antequam resignatio ea facta fuerit in manibus Papæ, ipsemet beneficiarius beneficium illud in manibus ordinarij admittentis resignat, valida erit resignatio hæc in manibus ordinarij facta, nec collatio postea a Papa facta valebit, quippe qui iam per priorem resignationem in manibus ordinarij factam beneficium suum & ius omne, quod in eo habuit, amiserat: sicut econtra, si resignatio prius in manibus Papę facta fuisset, & ab eo admissa, quā in manibus ordinarij, renunciatio postea in manibus ordinarij facta non valebit: eo quod beneficium illud sic per procuratorem in Curia resignatum Papę reseruatum fuit c. 2. de præb.in 6. ordinarius autem beneficia in Curia vacantia, seu Papæ reseruata, conferre nequit.

TITVLVS VII.

De Temporibus ordinationum, & qualitate ordinandorum.

SVMMARIVM.

1 *Parochus ad sumendos ordines impeditus, vt restituendus.*
2 *Prædicare non est actus sacri ordinis.*
3 *Prælatus Collegiatæ nullo iure, nisi monitus, ordinari tenetur.*
4 *Prælatus Collegiatæ inseruiendo episcopo a residentia excusatur.*
5 *Episcopus quoscunque ad curam animarum exercendam constitutos, de eorum inhabilitate examinare, & visitare potest.*
6 *Episcopus in dubio ordinare voluisse præsumitur.*
7 *Intentio Ministri in Sacramentis conficiendis est necessaria.*
8 *Intentio contraria protestationi in ordinibus conferendis præualet.*
9 *Characteris ordinis impressionem duo tantum defectus impediunt, & qui nam illi sint.*
10 *Hæreticorum liberi qui promoueri nequeant.*
11 *Ordines qui male sumpsit quomodo resumere debeat.*
12 *Ordinari vt possit quis in loco domicilij quid requiratur.*
13 *Filius familias pubes domicilium sibi constituere potest.*
14 *Prima tonsura non est ordo, & ea insignitus quid medium est inter laicum, & clericum.*
15 *Titulus, ad quem quis ordinatus est, alienari non potest.*
16 *Ordinatus sacris sine titulo, quando est suspensus, & quando ab Episcopo alendus.*
17 *Ordinati sine titulo quæ pœna.*
18 *Diaconus ad titulum patrimonij ordinatus, & eo renunciato presbyter factus, non est suspensus, cum renunciatio illa nulla fuerit.*
19 *Ordines accipiens intentione illos accipiendi, licet cum aliquo etiam scrupulo non accipiendi, verum ordinem accipit.*
20 *Ordinatus ad titulum patrimonij, quod mentitus est habere sufficiens, si defectus sit notabilis, est suspensus.*
21 *Capitulum Sede vacante infra annum Reuerendas dare non potest.*
22 *Ordinatus Minoribus de licentia Capituli Sede vacante, nullo priuilegio gaudet.*
23 *Ordinare non potest Episcopus sibi non subditos, nisi de consensu episcopi loci.*
24 *Ordinarius religiosorum est prælatus, & ad ordines suscipiendos dimissorias dat.*
25 *Abbas dans dimissorias non suo subdito est suspensus.*
26 *Episcopus familiarem ordinans, statim ei beneficium conferre tenetur.*
27 *Ordinatus sine licentia Minoribus, non est suspensus, nec beneficiis priuatus.*
28 *Episcopus in ordinando familiarem triennalem, super interstitijs dispensare nequit.*
29 *Episcopus licet ordinare possit suum familiarem triennalem, non potest tamen cum eo illegitimo dispensare.*
30 *Episcopus dimissorias concessas reuocasse non censetur, ex eo quod postea dixerit ordinando, ne ab alio ordinaretur, quia ipse volebat ordines tenere, & eum ordinare.*
31 *Patrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, licet debeat esse in immobilibus, & non in mobilibus, non tamen ob id incurritur pœna.*
32 *Episcopus laicum alienum ordinare non potest, sine licentia proprij ordinis tamen collatio facta valet.*
33 *Concilij Trid. confirmatio quo anno facta sit.*
31 *Capitulum Sede vacante cum illegitimis ad ordines Minores dispensare potest, sicut episcopus poterat.*
35 *Episcopo consentientis vt quis ab alio ordinetur, non fit præiudicium.*
36 *Beneficij collatio post irregularitatem facta, est nulla, nec per Cruciatam, aut Iubilæum talis irregularitas tolli potest.*
37 *Ordinis sacri iteratio, irregularitatem inducit.*
38 *Missæ celebrandæ cum duo de iure interesse debeant, sur dafter vix sine peccato presbyterio insignitur.*
39 *Homicida sine dispensatione ordinandus non est.*
40 *Commissio ad dispensandum, nisi ea secuta, nihil operatur.*
41 *Irregularis celebrando peccat, sed non fit noue irregularis.*
42 *Illegitimus irregularis est, sed non suspensus, & quare.*
43 *Ordinatus metu conditionali, vere ordinatus est.*
44 *Renunciatio tituli ab ordinato facta ipso iure est nulla.*
45 *Episcopus ab omni suspensione a iure lata, & Papæ non reseruata, absoluere potest.*
46 *Ordinatus ad titulum parochialis ante ætate obtentæ, nec suspensus, nec irregularis est.*
47 *Suspensus, vel irregularis licet ad beneficia obtinenda inhabilis sit, antea tamen obtenta per censuram, vel irregularitatem superuenientem non perdit.*
48 *Concilium Trid. cap. 4. Sess. 22 de reform. qualitates in beneficiario potentia, & non actu requirit.*
49 *Collatio beneficij requirentis actu ordinem, facta non habenti illum est nulla.*
50 *Pœna ordinati sine titulo in pœnam ordinantis mutata, quando habeat locum.*
51 *Ordines suscipere, interstitijs non seruatis, de licentia episcopi licet.*
52 *Licentia assumendi ordines morte concedentis non expirat.*
53 *Suspensus non est, ante iustam ætatem bona fide ordinatus.*
54 *Irregularitas ex mala ordinatione non potest dici ex occulto delicto nata nec super ea episcopus dispensat.*
* 55 *Gallus sacris ante legitimam ætatem ordinatus, an suspensus sit?*
* 56 *Ordinatus interstitijs non seruatis, nec suspensus, nec irregularis est.*
* 57 *Ordines duos sacros eodem die assumens, suspensus & irregularis est.*
* 58 *Ordinatus sacris sine legitimis dimissorijs suspensus est, &*

si sic

Digitized by Google

si sic suspensus presbyteratus ordinem suscipiat, irregularis efficitur.

* 59 *Capellaniam in Capella Papæ obtinens, ad illius titulum, qui morte concedentis extingui non solet, ordinari potest.*

* 60 *Promotus ad presbyterium titulo sui patrimonij, illud postea renuncians in censuram non incidit.*

* 61 *Ordinatus ad ordines Minores per falsas dimissorias, & postea per veras ad Subdiaconatum, censuram aliquam non incurrit.*

* 62 *Ignorantia probabilis episcopum ordinantem subditum alienum a suspensione excusat.*

* 63 *Occultum ob crimen clericus secularis non potest ab episcopo impediri ab ordinum susceptione secus in clerico regulari.*

* 64 *Notorius talis in vno loco, puta excommunicatus, & concubinarius, est vbique talis, & sine peccato potest, vt talis alijs ignorantibus reuelari.*

* 65 *Capitulum intra annum a die vacationis sedis episcopalis literas dimissorias, seu Reuerendas dare non potest, sed bene post illum.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. & 17. alias 1. de in integ. rest. 6. de Sac. non iter.

1 PArochus intra tempus, quo promoueri tenetur, legitime impeditus, cessante impedimento, quoad vtrumque forum, non alium annum integrum, sed tantum complementum partis anni, in qua legitimè impeditus fuit, ad promouendum acquirit. Arg. c. 1. de rest. in integ.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias. 7. de offic. iud. deleg.

2 PRedicare sacri alicuius ordinis actus non est, vnde & laicus ex licentia Episcopi, aut parochi publicè munus concionandi exercere potest, & sine eorum licentia, nec Diaconus, nec Sacerdos simplex ecclesiam curatam non habens, prædicare valet. ca. Adijcimus, 16. qu. 1. & Naua. in Man. c. 25. nu. 145.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 5. de ætat. & qualit. ord.

3 PRelatus Ecclesiæ collegiatæ curatæ, quamuis aliquo iure, intra certum tempus Sacerdotium suscipere, sub pœna priuationis ipso iure incurrenda, non teneatur: a Superiore tamen monitus, proximis a iure statutis temporibus promoueri debet, cap. Cum in cunctis. §. inferiora, de elec. & Panor. ibid.

DECISIO. IV.

4 PRælatus Collegiatæ iusta de causa Episcopo suo inseruiens, a residentia excusatur, & tuta conscientia fructus percipere potest. cap. Ad audientiam. de cle. non resid. & Pan. ibi.

DECISIO V.

Ex conf. 4 alias 8. de priuileg.

5 EPiscopus quoscunque Canonicos & dignitates, & alios Clericos exemptos, & non exemptos, ad curã animarum exercendam constitutos, quoad inhabilitatem eorum, non obstante quocunque priuilegio, aut consuetudine in contrarium examinare, & visitare potest, Ita Conc. Trid. ses. 14. ca. 3. de ref. & sess. 24 cap. 18. de ref. & sess. 25. c. 11. de regul. & illiteratos, & imperitos ecclesiarum rectores, vt coadiutores accipiant, cogere potest, ex eodem Concil. Trid. sess. 25. c. 3. de refor.

DECISIO VI.

Ex Consil. 5. deest in Nouis.

6 EPiscopus aliquos ordinari prohibens propter aliquos defectus, si postea eos ordinet, nesciens an patiantur illos, quos frõte per mendacium celauerũt, in foro exteriori intentionem eos ordinandi habuisse, præsumitur ca. 1. de eo qui furt. ord. suscip. cum in dubijs pars benignior amplectenda, & credenda sit, c. In pœnis, de reg. iur. & occulte indignos ordinare non intendens, peccaret, cum ad ipsum occulta crimina, quæ nesciꝫ, nec scire tenetur, nec probare potest, punire non pertineat. Arg. c. si tantum, & c. placuit, 6. q. 2. & c. erubescant. dist. 32.

DECISIO VII.

Ex consil. 6. alias 2. de eo qui furtiue ord. suscepit.

7 ORdinatus ad ordines sacros ante legitimam ætatem, mentitus illam Episcopo interroganti, an ætatem legitimam haberet, si postea Episcopus ordines collaturus protestetur ore, & mente se non intẽdere aliquem huiusmodi defectum patientem ordinare, vere ordinatus non est, sed denuò ordinari debet, cum intentio ministri in Sacramentis conficiendis omnino sit necessaria ex Conc. Tri. sess. 7 can. 11. de Sacram. in genere, & S. Thom. 3. p. q. 64. art. 8. & 10. Secus autem si protestatio huiusmodi ore tantum facta sit, ad arcendum audaciam accedentium illegitime ad ordines accipiendos; & in dubio præsumendum est, habuisse intentionem ordinandi accedentem cum tali defectu, etiamsi mentitus fuerit se habere legitimam ætatem, c. 1. de eo qui furt. ordin. suscep.

DECISIO VIII.

Ex consi. 7. deest in Nouis.

8 EPiscopus vetans ordinari aliquos patientes defectus Natalium, ætatis, vel excessum censuratum, ex cõmunicationis, interdicti, suspensionis, irregularitatis, vel alterius inhabilitatis, aut cuiuscunque peccati mortalis, eo animo tantum, vt abstineãt se ab ordinibus suscipiẽdis propter obedientiam, non autem animo nullatenus ordinandi, si non obstante prohibitione eius accedant ad ordines suscipiendos, vere ordinati sunt, c. Si quid inuenisti. 14. q. 5.

DECISIO IX.

9 NVllus defectus bonitatis, ætatis, vsus rationis, aut sciẽtiæ, sed neque aliquis alius præterquam sexus virilis & baptismi, impedit characteris ordinis impressionẽ in anima eius, si Episcopus intentionẽ ordinandi habeat, vt ait S. Th. 4. d. 25. q. 2. ar. 6. adeò vt infans in cunis existẽs coniugatus, & illiteratus modo sit masculus, & baptizatus characterem ordinis accipit tam sacri, quam non sacri etiamsi præpostere maiores, priusquam minores ei conferantur. Arg. c. 1. de cler. per salt. prom. & c. solicitudo dist. 52. nec amplius ordinandus est.

DECISIO X.

Ex conf. 8. alias 2. de eo qui furtiuè ordines suscep.

10 EPiscopus generalem ordinationem facturus, & prius edicto statuens, ne qui ab hæreticis originem ducerẽt ad ordinationem accedere præsumerent, si eo non obstãte quispiam auos hæreticos habens ordines accipiat, verè ordinatus censetur, eo quod infidelitas præcedens etiam eiusdem ordinandi vel beneficio donandi, regulariter promotionem eius nõ impediat, c. 1. cùm sequ. de rescrip. nec in ordinante defectus intentionis præsumi debet, non solum quia aliud est, quod Episcopus aliquos indignos ordinari prohibeat, & aliud quod ei desit intentio ordinandi tales, si se illi eorum indignitatem ignorãti ordinandos offerant, & a separatis non fit illatio, c. Ad audientiam, de decim, sed etiam quia per talem præsumptionem præsumeretur Episcopum deliquisse, cum non possit ipse iure repellere ordinandum ex eo, quod à talibus parẽtibus descenderet, cap. statutum, de hær. in 6. & in dubio non est de aliquo, maximè de Episcopo, præsumendum delictum. c. 2. de reg. iur.

DECISIO XI.

Ex conf. 9. alias 8. de Sacramen non iterand.

11 ORdinatus ad quatuor Minores ab aliquo presbytero, dicente se habere facultatem id faciendi a Papa credente id populo quadraginta circiter annis, quibus id publicè faciebat, & antequam sacros ordines ab Episcopo postea susceperat, beneficium obtinuit, ab Episcopo tollerari potest, nec dispensatione indiget, cum per ma ĩ ordinum Minorum assumptionem non incurrat quis ipso iure suspensionem, licèt suspendi mereatur, capit. vel non est compos. de tempor. ordin. si scienter id faceret;

debet

Digitized by Google

debet tamen ordines Minores cum conditione resumere, si, & quatenus antea nõ sint suscepti: arg.c.2.de baptis.& c.Solemnitates, de consecr.dist.1. & argu.cap.quanto, de consuetud.& collatio beneficij facta illi, antequam sacris ordinibus ab episcopo ordinaretur, nulla fuit & inualida, cum collatarius fuerit laicus, & laici beneficij ecclesiastici incapaces sunt.cap.ex literis, de transact.& ca. cum adeo, de rescript.

DECISIO XII.

Ex cons. 10 alias 2.

12 ORdinatus ritè ad Minores ordines in vno loco, & postea locum mutans, & episcopo loci tribus annis seruiens, ab eodem episcopo, vel ab alio, virtute dimissorialium ab eo illi concessarum, ad ordines sacros promoueri potest; ita Concil. Trid.sess.23.cap.9. de ref.cum per huiusmodi mansionem videatur quæsisse domicilium, & eiusdem episcopi subditus effectus.l.ciues, C. de incol.lib. 10.& c.cum nulla, de temp.ord.in 6.

DECISIO XIII.

Ex cons. 11 alias 3.

13 FIlius, qui natus, & educatus in vna diœcesi, ad diœcesim vbi pater habitat, & domicilium habet, venit animo perpetuo cum eo habitandi, & post annum missus est causa studẽdi ad ciuitatem, vbi natus erat, & post aliquot annos reuersus, ab episcopo, vbi pater habitat, legitimè ad ordines promoueri potest: quia filius pubes cum esset, qui sibi domicilium eligere potest, l.placet, cum l.seq.ff.ad municipalem, adiuit domum patris animo perpetuo ibi viuendi, & diu ibi mansit; & quamuis postea alibi studuerit, ibique multis annis degerit, semper tamen animum habuit redeundi domum, & ad ciuitatem vbi pater domicilium obtinuit & proinde idem cum patre domicilium habuisse censendus est l.1.& 2.C.de incol.lib.10.Et quilibet laicus sine licentia episcopi, non solum quoad temporalia, l.nihil.& l.incola, ff.ad municip. sed etiam quoad spiritualia, domicilium de vno episcopatu ad alium transferre potest, c.fi. de paroch.

DECISIO XIV.

Ex consil. 11 alias 4. de Sacram. non iterand. in Nouis.

14 PRima tonsura non est proprie ordo, prout testantur Doctores, in 4.d.24. nec ad suam essentiam requirit, vt eam assumens dicat illa verba *Dominus pars hereditatis meæ &c.* sed satis est, vt Episcopus ea faciat, quæ suscipientem a populo laico segregat, & clero aggreget, & ea insignitus est medius quidam inter vtrumque, vt est Cathecumenus inter baptizatũ, & baptizari volentem, & nouitius inter omnino secularem, & religiosum professum. Ita Sotus, 4.d.24.q.1.ar.1.& Nau.in Man.c.22.nu.18.

DECISIO XV.

Ex cons. 13 alias 18.

15 ACcipiens iustum patrimonium a patre, vt ordines sacros accipiat, quod multo tempore possidet, sed antequam se ordinari faciat, obligat se ad soluendam certam pecuniam alteri, si postea cum dimissorijs literis Ordinarij ad titulum donationis præfati patrimonij dati omnes ordines suscipiat; nec suspensionem aliquam incurrit, nec celebrando irregularis efficitur; nec Episcopum decepisse censetur, quia verum titulum ei ostendit, & satis est ordinando, quod habeat patrimonium sufficiens ad se honestè sustentandum, nec requiritur; quod non debeat aliquid creditoribus, maximè cum præfata pecunia deberi cœperat post patrimonium quæsitum, de quo nec debuit, nec potuit solui ex Concil. Trid.sess.25.c.2. de reform. & ita tacitè promissa censetur sub conditione tacita, si post ordinationem habuerit vnde soluat: Nam patrimonium illud ante ordinationem peti non poterat, quia donatum ei fuit a patre ad causam ordinationis faciendæ; l.1.& 2.C. de don.quæ sub modo fiunt.nec post ordinationem, si nõ fuerit adeptus beneficium, vel aliud æquipollens, patrimonium illud ad ordinandum sibi donatum alienare, renunciare, aut vendere potest, ita Conc. Trid. vbi supra.

DECISIO XVI.

Ex consi. 14 in antiquis, & Nouis.

16 ORdinatus sacris ordinibus sine patrimonio, vel titulo iusto beneficiali ecclesiastico, vel pensione sufficiẽti ad honestam sui sustentationem, ipso iure suspensus est, c.neminem, & c.Sanctorum.d.70.& episcopus sciens, vel scire debens talem ordinans ordinatum alere tenetur, ca. cũ secundum, de præbend.& ordinatus Sacris cum pensione, vel patrimonio, pẽsionem illam, vel patrimonium postea donare, vel renunciare sine licentia episcopi non posest, & aliter facta donatio, vel renunciatio inualida, & nulla censetur. Ita Concil. Trident.sess.21.c.2.de reform.

DECISIO XVI.

Ex consil. 15 in vtriusque.

7 LEgitimè prouisus de beneficio ecclesiastico, ad cuius titulum antequam illius possessionem adipisci posset, a seculari potestate, vel aliunde impeditur, bona fide, & cum legitimis literis dimissorijs, ac Papæ dispensatione ad omnes, etiam sacros, & presbyteratus ordines, extra tempora a Catholico antistite promoueri se faciens, nec suspensionem, nec irregularitatem in foro interiori, aut exteriori incurrit; eo quod iura antiqua c.Neminem, cap. Sanctorum, d.70.c.cum secundis, de præb.c.per tuas.3.de simon. de eo solum loquũtur, qui absolutè, hoc est, sine titulo & patrimonio, vel subreptitie per patrimonium, vel mendacium ordinatur non autem de habente titulum & beneficium, & ius in eo quæsitum sine possessione ab alio iniuste detenta & ius nouum Concilij Tridentini sess.21. c.2.de ref. solum innouat pœnas antiquis iuribus impositas, de nouo statuens ius pacificæ possessionis; ob cuius tamen defectum sicut nec iura antiqua suspensionis pęnam imponunt; ita neque ius nouum, cum solum pœnas antiquas quoad hoc innouet.

DECISIO XVIII.

Ex cons. 16 alias 21.

18 SVbdiaconus sine beneficio ad titulum patrimonij ordinatus, & illud in fauorem parentum, vel aliorum renuncians, si postea se ad ordines superiores ordinari faciat ab ordinario, cui facta fuerit fides, de titulo patrimonij, cum ad Subdiaconatum ordinaretur, qui ignorabat prædictam renunciationem, & celebret; licet sic renunciando, & ordines superiores assumendo peccet, & ab ordinario pœna extraordinaria puniri possit, nullam tamen censuram, aut irregularitatem incurrit; non solum quia iustè possit quis iure antiquo, cap.episcopus, cap.tuis, de præben.& nouo, Concil. Trident.sess.21.cap.2.de reform. ad titulum patrimonij ordinari, si id visum fuerit episcopo; sed etiam quia renunciatio illa sine licentia episcopi facta nulla fuit, & proinde sic ordinatus presbyter nõ caruit titulo illo, impedimentum autem non præstat, quod iure non sortitur effectum capit. Non præstat. de regulis iuris in sexto, vnde sicut si renunciatio illa facta non fuisset, ordinatio fuisset iusta; ita etiam & illa facta talis erit, eo quod renunciatio illa nulla est: præsertim cum lex pęnalis, qualis est lex suspendens ordinatum sine titulo, Extrau. Cum ex sacrorum. extra casum proprium extendenda non sit, c.Pænæ.de pęnit.dist.1.ad illum scilicet qui vere titulum habet, & inualidè renunciando non perdidit illum.

DECISIO XIX.

Ex consil. 17 alias 6. de Sacramentis non iterand. in Nouis.

19 ACcedens cum intentione ad ordines accipiendos, & antequam eos accipit, habet scrupulos volendi & nolẽdi accipere illos, licet in partem affirmatiuam potius

Digitized by Google

incliner, verum ordinem accipit, & sufficientem intentionem ordines recipiendi habuisse censetur, nõ solum quia magis in partem affirmatiuam inclinat; sed etiam quia sufficit, vt habeat intentionem benè, vel in aiè ordinati, immo quod velit accipere etiam metu mortis affectus. Innocen. in c. maiores. §. Item quæritur. de Baptis.

DECISIO XX.
Ex conf. 18. alias 23.

20 OBtinens literas dimissorias ad quoscunque ordines assumendos sub titulo patrimonij, quod mẽtitur habere sufficiens ad honestè viuendum, quarum testimonio ordinatur, si defectus ille sit notabiliter insufficiens, malè ordinatus censeri debet, & suspensionem inductã per Piũ II. in extrauag. cum ex sacrorũ. contra eos, qui se ordinari faciunt sine literis dimissorijs, incurrit, cum antiqua etiam iura requirant, vt sacris ordinandus habeat bona, vnde commode sustentari possit; c. episcopus c. nuis, ca. cum secundum. de præben. nec sufficit præstari simplex, vbi quid qualificatum requiritur, cap. ronificasti, 33. quæst. 5.

DECISIO XXI.
Ex conf. 19. alias 27.

21 CApitulum licet, Sede vacante literas dimissorias dare non possit, ex Concil. Trid. sess. 23. c. 10. de ref. literas tamen testimoniales idoneitatis dare potest; quæ tamẽ non sufficiunt, vt quis ab alieno episcopo ordinari possit, cum ordinari iuste nullus valeat, nisi probitas, & mores eius ordinarij sui testimonio commendentur, vt ait Concil. Trid. sess. 23. c. 8. de ref. Quod si quis sine literis sui ordinarij, vel ante ætatem, minores tantum ordines suscipit, non incurrit suspensionem ipso iure extrauag. cum ex Sacrorum, c. quod translationem, ca. vel non est compos. de temp. ord. cum illud solum ordinatos ad ordines sacros, sine literis dimissorijs, vel ante ętatem, suspendit, potest tamen talis per iudicem suspendi.

DECISIO XXII.
Ex conf. 29. alias 28.

20 ORdinatus ad Minores ordines de licentia Capituli Sede vacante, nollo priuilegio gaudere debet, vt asserit Concil. Trid. sess. 7. c. 10. de ref. non tamen ipso iure incapax redditur beneficij ecclesiastici, sed per sententiam inhabilis effici potest, cum verba futuri temporis (quale est verbum gaudeat) pęnam ipso iure non infligant. Gl. in reg. in pœnis de reg. iur. in 6.

DECISIO XXIII.
Ex conf. 21. alias 41.

23 EPiscopus quamuis ratione priuilegij ante Conciliũ Tridentinum obtenti a Sede Apostolica ordinandi extra suas diœceses etiam sine licentia Episcopi loci ordines extra territorium suum conferre non potest; ex Concil. Trid. sess. 6. ca. 5. de ref. cum licentia tamen & consensu episcopi loci illius, non solum subditos suos, sed etiã subditos episcopi loci, & alios quoscunque literas dimissorias suorum episcoporum afferentes, iustè ordinare potest, sicut & episcopus loci illius ordinare potuisset, c. Pontifi. 7. q. 1. cum iurisdictio omnis nõ solum voluntaria, sed etiam contentiosa, in alieno territorio, de consensu iudicis illius, & partium quas tangit, exerceri possit, ca. 2. de const. in 6. nec alicui exinde præiudicium fit.

DECISIO XXIV.
Ex conf. 22. alias 36.

24 ORdinarius religiosorum est Prælatus, seu superior eorum, & ad ordines suscipiendos literas dimissorias dare potest. Ita Conc. Trid. sess. 23. c. 8. de ref. c. cum ab ecclesiarum, de off. ord. cum in eos iurisdictionem ordinariam habeat, & quasi episcopalem, nec sine literis eius religiosus ordinandus est.

DECISIO XXV.
Ex consil. 23. alias 37.

25 ABbas exemptus quamuis Regularibus suis ad ordines suscipiendos literas dimissoriales dare possit, ex Concil. Trid. sess. 23. c. 10 de ref. illas tamen famulo suo seculari ad assumendum ordines Sacros ab alieno episcopo dare non potest, etiamsi famulus iurisdictioni eius temporali, & ecclesiæ subditus sit, & dando illas, per annum ab officio, & beneficio ipso iure suspensus est, vt ait Concil. Trid. vbi sup. & celebrando infra annum fit irregularis, c. 1. de re iud. in 6. & fructus illo anno perceptos, saltem illos, qui sibi ad vitam sustentandam non fuerunt necessarij, ecclesiæ restituere tenetur. Panor. cap. pastoralis, §. verum. de appell.

DECISIO XXVI.
Ex conf. 24. alias 11.

26 EPiscopus familiarem suum alienum etiam triennalẽ prima tonsura ordinare non potest, nisi ei statim beneficium conferat, prout asserit Conc. Trid. sess. 23. c. 9. de refor. cum prima tonsura sit ordo simpliciter secundum communem vsum loquendi, secundum quem dicitur ordo clericalis, qui seruãdus est in vsu verborum, arg. cap. cum contingat, de ætat. & qualit. vnde & Concilium præfatum prohibens Episcopis alienum familiarem ordinare, illis etiam primam tonsuram conferre censetur prohibere, nisi ei statim beneficium tribuat. Et licet sic ordinatus ab alieno episcopo sine veris literis dimissorijs, & ordinans peccet, & puniri possit, non sunt tamen ipso iure excommunicati, aut suspensi, sed suspendendi, cum hoc nullo iure probetur; nulla autem censura, vel irregularitas ipso iure incurritur, nisi id aliquo iure exprimatur.

DECISIO XXVII.

25 } alias { 31 *de cler. excom. minist.*
26 } alias { 5
32 } alias { 30
33 } alias { 29
in Antiq. in Nouis.

27 LAicus sine literis dimissorijs, vel cum falsis a seipso effictis ab alieno prima tonsura, & minoribus ordinatus, & ab eo beneficium accipiens, nec ipso iure suspensus est, nec ordinis executione caret, c. Quod translationẽ, & ca. vel non est compos de temp. ord. neque beneficio adepto priuatus censetur, quamuis suspendi potest, & post talem suspensionem inhabilis erit ad beneficia, donec episcopus eius ordinarius ratam habeat ordinationem male ab alieno factam, qua ratificatione habita, remanebit habilis tam quoad ordines alios suscipiendos, quam quoad alia beneficia, c. Lugdunensis, 9. q. 2. & c. Nullus, de tempo. ord. in 6.

[Quamuis olim vera fuerit Doctoris sententia, nũn tamen ex Bulla Sixti V. quę incipit, *Sanctum & salutare*. edita anno Dominicæ incarnationis Millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, Nonis Ianuarij, Pontificatus sui anno quarto, ordinatus prima tõsura, aut maioribus, absque veris dimissorijs sui ordinarij literis, ab executione, ministerio, & exercitio ordinum susceptorum, & ab omni spe, & facultate ascendendi ad alios superiores perpetuo suspensus est, & si in illis ministrare pręsumpserit, irregularis efficitur, & omnibus, & quibuscunque per eum in titulum, commendam, aut alias obtentis dignitatibus, officijs, & beneficijs ecclesiasticis cum cura, & sine cura, secularibus, aut regularibus, priuatus est atque ad illa, & alia similia, vel dissimilia in posterum obtinenda in perpetuum inhabilis est, & insuper si clericus regularis fuerit, etiam voce actiua, & passiua, ipso facto priuatus est, nec ab alio quam a summo Pontifice ab irregularitate sic contracta, etiamsi crimen penitus occultum fuerit, dispensari, aut a suspensione illa absolui valet.

Sed

Sed quia constitutio hæc Sixti V. nimis rigida multis visa fuit, & scrupulos varios tam promouentibus, quam in eis, qui promoti fuerunt, ingenerauit, eam postea Clemens Papa VIII. noua quadam constitutione, quæ incipit. *Romanum Pontificem*, edita anno Domini 1595. pridi. Kal. Martii, ad terminos Sacrorum Canonum, ac Constitutionis fælicis record. Pij Papæ II. quæ incipit. *Cum ex Sacrorum ordinum*, & ad dispositionem decretorum Sacri Tridentini Concilij restrinxit, & reduxit, nec non censuras & pœnas in eisdem Sixti literis moderatur & tollit.

Circa hanc tamen Bullam moderatoriam Clem. VIII. Notandum est, quod qui in pœnam præfatæ Bullæ Sixti V. antequam hæc Clementis VIII. constitutio edita, & promulgata fuerat, inciderunt, a pœnis illius Bullæ, virtute cōstitutionis Clementis VIII. non liberantur, sed earum absolutionem, & dispensationem a Summo Pontifice petere, & obtinere tenentur, haud secus ac si Bulla hæc Clemētis VIII. edita non fuisset. Quamuis enim censuras & pœnas in eisdem Sixti literis contra sic delinquentes, inflictas, moderetur, & aboleat in futurum, antea tamen incursas non tollit, neque earum absolutionem, aut dispensationem moderatur, vt ex ipsius Bullæ verbis manifestum est.

DECISIO XXVIII.

Ex consilio 27. alias 12.

28 EPiscopus licet familiarem suum triennalem, alias sibi non subditum (conferendo ei statim beneficium) ordinare, & illi literas dimissorias ad ordinandum a quocunque dare possit, ex Concil. Trid. sess. 23. c. 9. de ref. super interstitijs tamen temporum præsertim inter Diaconatum & Subdiaconatum, aut Diaconatum & presbyteratum, vt non seruatis illis ordinari possit, dispensare nequit, ex eodem Concil. Triden. sess. 23. c. 11. 13. & 14. quia cum id Episcopus etiam suus superior, & ordinarius facere non valeat; nisi pro vtilitate, ac necessitate Ecclesiæ suæ multo minus huiusmodi Episcopus extraneus, cui non est subditus familiaris triennalis, videtur iudicare posse de necessitate, & vtilitate ecclesiæ non suæ; præsertim cum potestas ordinandi familiarem suum triennalem non subditum, & dādi literas dimissorias, exorbitans sit a iure communi, & differens a potestate dispensandi super interstitijs, vt proinde ad illam non sit extendenda, c. Quæ a iure, de regu. iur.

[Hæc doctrina authoris multo magis certa est post Bullam Sixti V. quæ incipit, *Sanctum & salutare*: relatum supra, vt dispensare valeat super interstitijs temporum; alias non poterit sine licentia Papę dispensare.]

DECISIO XXIX.

Ex cons. 28 alias 13.

29 EPiscopus etsi familiarem suum triennalem ordinare possit, conferendo ei statim beneficium, vt habetur in Conc. Triden. sess. 24. c. 9. de ref. si alias habilis sit, cum eo tamen si sit illegitimus, aut alio modo inhabilis dispensare non potest aut ad minores ordines, aut ad beneficium etiam simplex habilem facere, cum potestas ordinandi, & potestas dispensandi seu habilitandi ad ordines diuersa sint, & a separatis ab vna ad alteram non sit illatio, ca. Ad audientiam, de decim. nec priuilegia extra casum expressum extendi debent c. Porro, de priuil. c. priuilegia, dist. 3. præsertim cum Concilium Trid. in d. c. 9. non faciat familiarem triennalem subditum Episcopi, cui seruit, nisi quoad collationem ordinum, nec aliam dat ei super illum iurisdictionem, vt ex tenore ipsius constat.

DECISIO XXX.

Ex cons. 29. alias 34.

30 OBtinens a suo Ordinatio literas dimissorias vt a quocunque Episcopo communionem Sedis Apostolicæ habente ad Subdiaconatus ordinem se promoueri facere posset; si, quoniam in dictis dimissorijs nulla fiat mentio tituli, ad quem esset ordinandus pro eius supplemento eundem ordinarium ordinandus adeat, qui ei responderi iubet, ne ordines ab alio Episcopo acciperet, eo quod ipse in secundis proximis ordinationum temporibus eos tenere vellet, & cum ordinare; ipse verò dilationis impatiens cum dictis dimissorijs alium Episcopum adeat, qui eum patrimonium habere, & parentes eius diuites esse sciens, ordinem Subdiaconatus ei confert, nec per surreptionem ordinatus est nec suspensus, cum per huiusmodi verba Episcopus eius ordinarius literas dimissoris concessas nequaquam reuocasse censetur. vnde consequenter sine legitima sui ordinarij licentia non est ordinatus.

DECISIO XXXI.

31 PAtrimonium, ad cuius titulum quis ordinatur, licet in rebus immobilibus esse debet, & non in mobilibus, non tamen ob id incurritur pœna, si quis ordinetur ad patrimonium in mobilibus; curare tamen debet sic ordinatus, vt quam primum titulus ille bonorum mobilium in bona immobilia ad mentem Concilij Tridentini sess. 21. c. 2. de ref. conuertatur.

DECISIO XXXII.

Ex cons. 30. alias 39.

32 EPiscopus laicum alterius diœcesis, qui sibi ratione beneficij, vel domicilij non subest, iustè sine licentia Episcopi loci illius ordinare non potest, cum Episcopus non nisi in subditos suos iurisdictionem spiritualem habeat, collatio tamen ordinis ab aliquo Episcopo facta, tenet, nec sic ordinatus ad primam tonsuram, vel minores, ipso iure suspensus est, quamuis suspendi potest, cap. 2. de temp. ord. in 6. sic autem ad sacros ordines ordinatus ipso iure suspensionem incurrit, Extrau. cum ex Sacrorum, Pij II. & celebrādo ante absolutionem fit irregularis.

DECISIO XXXIII.

Ex cons. 31. alias 7. de filij. pra. byt. in Nouis.

33 LIcet ante Concilij Tridentini confirmationem anno 1564. factam Bulla Pij IV quæ incipit, *sicut ad Sacrorum*. 1564. constit. 106. Capitulum Sede vacante absolutè literas dimissorias ad ordines ab alieno Episcopo suscipiēdos dare poterat c. cum nullus, §. Episcopi, de tempo. ord. in 6. post eiusdem tamen Concilij confirmationem eas amplius concedere non potest, vt apparet ex eodē Conc. Trid. sess. 7. c. 10. de ref.

DECISIO XXXIV.

34 SIcut Episcopus ex iurisdictione ordinaria cum illegitimo ad ordinas minores, & beneficium simplex dispensare potest, c. 1. de fil. presb. in 6. ita etiam & Capitulum Sede vacante, cum eodem ad eosdem effectus dispensare valide potest, cum Capitulum Episcopo regulariter in omnibus, quæ sunt iurisdictionis ordinariæ, exceptis casibus expressis, succedat, vt ait Pan. in c. cum olim, de maior. & obed. nec in vlla parte iuris casus dispensandi cum illegitimo a Capitulo excipitur.

DECISIO XXXV.

Ex cons. 34. alias 25.

35 HAbens literas dimissorias a suo Ordinario, vt a quocunque malit Episcopo ordines assumere possit, etiam extra tempora iuris, si Papa id sibi concederet, & etiam si Papa totum negotium sibi remitteret, & Papa concedat, vt possit ordinari extra tempora ab ordinario tantum; talis etiam ab alio, quam a suo ordinario extra tempora ordinari potest; Nam in casu proposito, verba illa *Tantum ab ordinario*, intelligenda sunt, vel ab ordinario, vel ab alio de consensu, & approbatione, & cum dimissorijs eius; eo quod ordinari quem ab ordinario suo, vel ab alio cum dimissorijs, vel de licentia eius, quod propositum simila, & æquipollentia, & in iure communi æquiparata sunt;

Digitized by Google

e.1.& 2.de temp.ord.in 6.& c.Lugdunensis 9.q.2.& Cōc. Trid.ses.23.c.8. de ref. præsertim cum causa, cur Papa suā gratiam limitauit, vt impetrans ab ordinario suo tantum ordinaretur, fuit ne ordinario præiudicium fieret; aut Concilio Tridentino vbi supra, statuenti, vt ordines a proprijs Episcopis assumerentur, derogaretur: Nihil autem Episcopo consentienti, vt ab alio ordinetur, præiudicatur, cum scienti, & consentienti non fit iniuria, aut dolus cap. Scienti. de regu. iur. in 6. Sed neque Concilio derogatur, cum expresse permittat, vt per rescriptum quis ab altero Episcopo promoueri possit, dummodo probitas, & mores eius a suo Episcopo commendentur.

DECISIO XXXVI.

Ex conf.35.aliàs 7.

36 ORdinatus ante legitimam ætatem ad subdiaconatum, Diaconatum, & presbyteratum, illisque vsus ordinibus ante vllam dispensationem, ter suspensus est, & toties irregularitatem incurrit, quoties ordinibus illis vsus fit, ante obtentam dispensationem, & absolutionem. Extra.cum ex Sacrarum;& ex Nau.in Man.c.27.nu.70.& cap.27. nu. 141.a quibus irregularitatibus nec per Bullam Cruciatæ, nec per alia Iubilæa absolui, aut liberari potest, & si beneficium aliquod post incursam irregularitatem, ante eius sublationem ei conferatur, collatio illa propter irregolaritatem præcedentem nulla est. Innoc.in c.cum nostris, de concess.præb.

DECISIO XXXVII.

Ex consil.36.aliàs 1.de sacram non itinerand.

37 SVscipiens ordines sacros, antequam minores suscepisset, & postea minores suscipiens, & iterum maiores, & tandem beneficium, per priorem promotionem ad sacros per saltum, solum est suspensus, ita Nau.in Man.c.25.num. 71.& c.27.nu. 242.propter iteratam vero sacri ordinis susceptionem, irregularitatem incurrit, c.1. dist.68. propter quam incapax etiam ad beneficium accipiendum effectus est ex Nau.in Man.c.27.nu.246.

DECISIO XXXVIII.

Ex conf.37 aliàs 6. de corp. vitiat.

38 QVamuis surdaster, seu difficulter audiens, presbyter ordinari potest, qui tamen omnino surdus est, presbyter sine peccato ordinari non potest; talis autem ordinatus sine dispensatione, & licentia Papæ Missam solus & sine Ministro respondente celebrare non potest, cum de iure Missæ celebrandæ duo saltem interesse debent, cap. Hoc quoque, de consecr.d.1.& glo.in c.cum nostris, de cōcess.præb.cum licentia vero Papæ, solus sine Ministro respondente, cum illum audire nequeat, in loco priuato, & secreto celebrare potest.

DECISIO XXXIX.

Ex conf.38.aliàs 40.de Homicid.

39 QVi cum alijs multis auctoritate publica Bannitos insequendo, aliquem illorum occidit irregularis efficitur, nec sine Papæ dispensatione ad ordines promoueri potest, c fin.de temp.ord.

DECISIO XL.

Ex conf.39.aliàs 3.de filijs presbyt.

40 ILlegitimus obtinens dispensationem a Papa ad Episcopum suum, vt secum dispenset, & antequam dictus Episcopus commissionem exequitur, prima tonsura insitiatus Canonicatum a Papa impetrat, & tonsuram accipiē do peccat.& canonicatus obtentio inualida redditur; eo quod commissio ad dispensandum, ea non secuta, nihil operatur, & prouisio canonicatus facta illi a Papa non valet, quia in eius collatione supponitur cum eo dispēsatum esse super defectu Natalium, cum tamen dispensatum non sit, sed solum mandatum, vt cum eo ab Episcopo dispensetur.

DECISIO XLI.

Ex conf.40. aliàs 7.de cler.excom min str.

41 QVamuis olim ordinatus extra tempora ipso iure suspensus non erat, sicut nec ante legitimam ætatem ordinatus, sed solum suspendendus sit; c.cum quidam, c.vel non est compos, de temp.ord.hodie tamen vterque ipso iure suspensionem incurrit, Extr.cum ex sacrorum, & Nau.in Man.c.25.nu.71. & c.27.nu.242. & etiam per saltum promotus, & si antequam absoluantur a suspēsione actu aliquo proprio ordinis accepti vtantur, irregularitatem incurrunt, d.Extr.cum ex sacrorum, & c.1. de re iud.in 6.& c.1. de sent.excom.in 6.super qua irregularitate sic per violationem censuræ incursa, solus Papa dispensat, si non sit occulta; Nam dispensandi facultas, per Concilium sess.24.c.6.de ref.Episcopis data, æque ad irregularitates incursas ob violationem suspensionum, ac ob alias causas extenditur; Semel autem irregularis licet grauiter peccet celebrando, nouam tamen irregularitatem non incurrit, ex eo solo quod existens irregularis celebret, ex Innoc.in cap.si celebret, de cler.exc.minist.& Nauar.in Man. ca.24.nu.194.

DECISIO XLII.

42 ILlegitimos licet irregularis sit, c.1.& fi. de fil.presb.non tamen est suspensus, quia nemo suspenditur sine propria culpa, sicut nec aliquis sine propria culpa excommunicatur; interdictum, autem etiam propter alienā culpam ferri potest.

DECISIO XLIII.

Ex consil.41.aliàs 1.de his qua vi met.causa fiunt.

43 QVi ob reuerentiam patris, vel Regis, aut alicuius alterius ordine sacro initiari se consentit, aliàs non consensurus, vere ordinatus est; Arg.c. maiores, §. item quæritur, de Baptis.cum facta per metum simpliciter voluntaria sint; licet secundum quid inuoluntaria; ex S.Tho.2.2.qu.6. art.6.& Nau.in Man.prælud.6.nu.4. & coacta voluntas, voluntas est c.Merito, 15.q.1. vnde vt quis ordinetur satis est consensus non solum absolutus, sed etiam conditionalis illius, qui consentire potest: quamuis non in eo qui non potest consentire, cum & infans incunabulis existens, & amens, sine vllo eorum consensu characterem ordinis suscipere possint; Quoniam aliud est consentire, & aliud dissentire, sicut aliud est velle, & aliud nolle; solus autem dissensus absolutus omninò ordinis assumptionem impedit.

DECISIO XLIV.

Ex consil.42.aliàs 17.

44 ORdinatus vsque ad Diaconatum inclusiue ad titulum patrimonij donati sibi a fratre, & ad preces eiusdem renuncians postea illud eidem fratri suo, & postea sine alia donatione fratris assumens presbyteratum virtute prioris donationis, nec censuram aliquam, nec irregularitatem incurrit, cum id nullo iure cautum sit, renunciatio autem tituli ab ordinato ad Diaconatum ipso iure nulla est, vt ait Concil. Trident.sess.21.cap.2.de ref.nec præstat impedimētum, quod iure non sortitur effectum, c. non præstat, de regul.iur.in 6.

DECISIO XLV.

Ex conf.43.alias 38.

45 EPiscopus ab omni suspensione a iure lata, & Papæ non reseruata absoluere potest: & consequenter clericum ab alieno sine literis dimissorijs ordinatum a suspensione sic incursa absoluere valet, c. Lugdunensis, 9.qu.2.& comprobat Concil.Trid.sess.23.c.8.de ref. illamque ordinationem in suam iniuriam factam approbare potest.

DECISIO XLVI.

Ex consil.44.aliàs 24.

46 ANte legitimam ætatem ecclesiam parochialem obtinens, & post eam adeptam in legitima ætate, & temporibus statutis, cum literis dimissorijs sui ordinarij ordinatus ad ordines sacros ad titulum illius, peccat,

cat, c. cum in cunctis, §. fi. de elect. Suspensionem tamē non incurrit, cum illa propter susceptionem beneficij curati ante ætatem non incurritur; quamuis sic propter sacros ante legitimam ætatem susceptos. Extr. cum ex sacrorum.

DECISIO XLVII.

Ex consilio 45. alias 10.

47 Ante legitimam ætatem ad aliquem sacrum ordinē promotus ipso iure suspensus est, vt colligitur ex Extraua. Cum ex Sacrorum, & ex Nau. in Man. c. 27. nu. 155 & proinde inhabilis ad beneficium obtinendum, Arg. c. si celebrat. de cler. excom. minist. & si dorante suspensione beneficiū accipiat, collatio est nulla, nec fructus facit suos; beneficium vero antea legitimè adeptum, per censuram vel irregularitatem superuenientem non perdilur; vt ait c. cum nostris, de concess. præb. fructibus tamen eius vti non potest, durante censura, nisi solum ad honestam sui sustentationem glo. in c. cum vuintoniensis, de elec. & Pan. ibi.

DECISIO XLVIII.

Ex cons. 47 deest in Nouis.

48 Collatio dignitatum, personatuum, & aliorum beneficiorum ecclesiarum Cathedralium, & Collegiatarum secundum Concilium Tridentinum sess. 22. ca. 4. de refor. facienda habentibus iustam ætatem, & alias habilitates ad id requisitas, non requirit, vt valida sit, vt collatarius actu habeat ordines, & alias qualitates, sed sufficit, vt iustā ætatem habeat ad ordines illos suscipiendos, quos Concilium requirit, & habilis sit ad eos habendum, prout praxis Curiæ obseruat.

DECISIO XLIX.

49 Collatio beneficij requirentis ex constitutione ordinem actu facta non habenti illum inualida est, & omnes fructus, & distributiones quotidianas ab ipso perceptas restituere tenetur, cum beneficium illud fine vllo titulo canonico teneat; c. 1. de reg. iur. in 6. facta autem carenti ordine requisito in potentia solum, modo iustam ætatem habeat, & alias ad id habilis sit, valida est, vocem tamen in Capitulo non habet, & dimidium distributionum quotidianarum etiam diebus, quibus interest Diuinis officijs, & horas Canonicas recitat, amittit. Clement. vt ij qui, §. 2. de æta. & qualit.

DECISIO L.

Ex cons. 47. alias 46.

50 Ordinatus suum ordinatorem decipiens dicendo se habere titulum patrimonij sufficientem, ita vt ordinator probabiliter credidit, & crederе debuit, illum non solum habere patrimonium, sed etiam sufficiens ad honestam sustentationem, suspensionem incurrit, cap. Neminem, c. Sanctorum, dist. 70. & Concil. Trid. sess. 21. ca. 2. de ref. & celebrando irregularis efficitur, ordinator vero eū alere non tenetur, cum ob solam culpam ordinandi, non sit puniendus ordinans. Econtra, si ordinatus non decepit ordinatorem, sed ordinans probabiliter scire potuit eum vel titulum patrimonij non habere, vel si titulum habeat, non tamen sufficientem ad honestam sustentationem, ordinatus nec suspensus est, nec ordine accepto vtens irregularitatem incurrit, cum ob solam ordinantis culpam, ordinatus puniri non debeat; & ordinator ad eum alendum est obligatus, c. cum secundum, de præb. & Concil. Trid. vbi supra. Quando ergo solus ordinatus est in culpa, ipse suspensus est, sed ordinator eum alere non tenetur; Sin verò solus ordinans in culpa sit, ipse ordinatum alere tenetur, ordinatus autem immunis est a Suspensione; quando autem vterque tam ordinans quam ordinatus sunt in culpa, vterque puniendus erit, ita vt ordinatus maneat suspensus secundum antiquiores canones, d. c. Neminem, & c. Sanctorum donec cum eo dispensetur, ordinans autem secundum canones recentiores, d. c. cum secundum eum alere tenetur; quos omnes canones Concilium Triden. sess. 21. cap. 2. de ref. pro ratione culpæ ordinantis, vel ordinatiiuxta limitationem prædictam innouat: cum peccata suos authores tenere debeāt, nec pœna vlterius protrahenda est, quam delictum fuerit in excedente repertum. cap. Quæsiuit, de his quæ fiunt a maior. parte.

DECISIO LI.

Ex cons. 48. alias 6.

51 Duos ordines Minores in die veneris vnius hebdomadę, & die Sabbathi quatuor temporum alterius immediatè sequētis ordinem Subdiaconatus cum legitimis literis dimissorijs sui ordinarii, derogantibus necessitati seruandi interstitia temporum in accipiendis ordinibus minoribus, & maioribus, ab alieno Episcopo suscipiens, neque suspensionem, neque dictis ordinibus vtendo irregularitatem incurrit, cum in interstitijs seruandis ordinarius dispensare possit, vt patet per Concil. Tri. sess. 23. ca. 11 de ref.

Videtur author sibi contrarius in hoc consilio, cum in conc. 27. auctoritatem hanc dispensandi in interstitijs, Episcopo denegare visus sit.

DECISIO LII.

Ex cons. 46. alias 5. de rescrip.

52 Obtinens ab Episcopo suo ordinario literas dimissorias vt possit a quocunque Catholico antistite, ad quoscūque etiā Sacros, & Presbyterij ordines promoueri, si antequam ordinetur, moriatur Episcopus, virtute illarum dimissoriarum ordinari potest, cum licentia assumendi ordines ab Episcopo concessa, non moriatur, nec desinit valere mortuo, vel remoto, siue translato Episcopo eam concedente, Card. in Clem. fin. de elect. q. 5.

DECISIO LIII.

Ex cons. 50. alias 2.

53 Ante legitimam ætatem sacris bona fide ordinatus, parentum testimonio credendo eam habere, suspensionem non incurrit, neque celebrando irregularis efficitur, cum lex puniens ordines sacros suscipere præsumentem ante legitimam ætatem, Extrau. Cum ex Sacrorum. bona fide eos sumentem non includat.

DECISIO LIV.

Ex cons. 51. alias 26.

54 Ordinem sacrum ab alieno Episcopo siue legitimis literis dimissorijs suscipiens, suspensus est, Extra. Cum ex Sacrorum, & ipse eam ordinibus sacris durante suspensione vtens fit irregularis; d. Extr. & c. 1. de re iud. in 6. & c. 1. de senten. exc. in 6. nec ab Episcopo virtute Concilij Tridentini sess. 24. cap. 6. de refor. dispensari potest, cum irregularitas ex malæ ordinationis vsu incursa ex delicto occulto nata dici nequeat; præsertim cum ordinationes in formam publicam redigi soleant; vnde taliter ordinatus publica dispensatione per Datarium impetranda indiget, vt ei quoad vtrumque forum prosit.

DECISIO LV.

Ex cons. 1. in Nouis deest in antiquis.

55 Ordinatus sacris ante ætatem legitimam Gallus in Gallia, si Bulla Pij II. Cum ex sacrorum, quæ est 6. in ordine in Bullario, ibi promulgata in Metropolitanis non fuerit, nec recepta, neque suspensus est, nec ministrando irregularis efficitur, neque vlla dispensatione indiget, sed solum vt de peccato pœniteat.

DECISIO LVI.

Ex cons. 4. in Nouis deest in antiquis.

56 Qui alias canonicè ordinatus est, non seruatis tamen temporum interstitijs, quæ Concilium Tridentinū sess. 23. de ref. c. 11. requirit, quamuis ab Episcopo suspendi, & alijs pœnis ob canonis transgressionem puniri possit, ipso tamen iure nec suspensus, nec irregularis est; Cum neque a Concilio Tridenti. neque a iure, aliqua talis pœna ei imposita sit, qui non seruatis temporum interstitijs ordinatur.

DECISIO LVII.

Ex cons. 5 in Nouis deest in antiquis.

57 QVi eodem die duos ordines sacros suscipit, aut qui furtiuè ordinatus est, non solum suspensus est, sed etiam irregularis efficitur. c. literas, & c. dilectus, de temp. ord. & Nau. Man. in c. 25. nu. 71. & c. 27. nu. 241.

DECISIO LVIII.

Ex cons. 16. in Nouis deest in antiq.

58 ORdinatus sine legitimis sui ordinarij literis ad omnes ordines sacros ab alieno Episcopo, duplicem suspensionem, suscipiēdo Subdiaconatum, & Diaconatum, incurrit, etiamsi in eis non ministrauerit. Extrau. Pij II. cū ex Sacrorum. Qui verò sic suspensus ordinem presbyteratus accipit, quia in eius assumptione Missam celebrat, consecrando cum Episcopo irregularis efficitur. Arg. cap. 1. de sent. & re iud. c. 2. de sent. exc. in 6. in qua irregularitate solus Papa dispensare potest; A præfata vero suspensione, necnon prædictam ordinationem approbare, Episcopus, vel Capitulum Sede vacante post annum absoluere valet. Arg. c. Lugdunensis, 9. q. 2.

DECISIO LIX.

Ex cons. 20. in Nouis deest in antiquis.

59 CApellaniam in Capella Papæ obtinens, ad illius titulum legitimè ad ordines Sacros ordinati potest, non solum quando a Papa, qui est super omne ius humanum positiuum, ca. Proposuit. de concess. præb. sed etiam quando ab alio ad eam præsentatur; eo quod capellaniæ præfatæ perpetuæ sunt, nec per mortem Papæ vacant; quam tamen Capellaniam sic ordinatus renunciare prius nequit, quam aliud beneficium; aut patrimonium, vnde viuere possit, consequatur. Arg. Concil. Trid. sess. 21. cap. 2. de ref.

DECISIO LX.

Ex cons. 22. in Nouis deest in antiquis.

60 PRomotus ad presbiteratum titulo sui patrimonij, patrimonium illud sine licentia Episcopi renunciare validè non potest, & renunciando peccat; vt per Conc. Trid. sess. 21. de ref. c. 2. & per Nau. in Man. c. 27. num. 138. in aliquam tamen censuram, aut irregularitatem non incurrit, si ante ordinationem patrimonium illud remittere, vel renunciare non promiserit.

DECISIO LXI.

Ex cons. 32. & 33 in Nouis desunt in antiquis.

61 ORdinatus per falsas literas dimissorias ab alieno ad omnes ordines Minores, & postea per veras ad subdiaconatum, quamuis mortaliter in susceptione ordinum minorum peccet, nullam tamen censuram, aut per primā aut per secundam promotionem incurrit; siquidem ad sacros per legitimas dimissorias ordinatus est; ob Minorum autem ordinum susceptionem per falsas literas censura bullæ incurritur; cum Extrauagans Pij II. Cum ex sacrorū de solis sacris loquatur, vt patet ex Nau. in Man. c. 75. nu. 70. & c. 27. nu. 155. & 241.

Hodie ob Bullam Sixti V. quæ incipit, *Sanctum & salutare* idem dicendum est de suscipiente Minores ordines per falsas dimissorias, quem Pontifex suspensum esse statuit, sicut qui sacros suscipit. Quam tamen constitutionem Clemens Papa VIII. alia sua constitutione, quæ incipit, *Romanum Pontificem*, edita 1595. ad terminos Sacrorum Canonum, & constitutionis Papæ Pij II. incip. *Cum ex sacrorum ordinum*. reduxit, & restrinxit.

DECISIO LXII.

Ex cons. 40. in Nouis deest in antiquis.

62 EPiscopus ex ignorantia probabili subditum alterius sine proprij licentia ordinans, suspensionem non incurrit; cum ius canonicum, c. Eos, de tempore ordi. in 6. pœnam suspensionis imponens ordinati alienum sine superioris licentia, requirat, vt scienter, vel ignorantia affectata id faciat.

Hodie consulenda est in hac re Bulla Sixti V. quæ incip. *Sanctum & salutare*. vbi ordinans Minoribus, vel Maioribus, scienter, aut ignoranter, nisi debita diligentia adhibita, iustus error, & probabilis facti ignorantia eum excuset a collatione quorumcunque ordinum, atque adeo ipsius tonsuræ, & ab executione omnium munerum Pontificalium eo ipso suspensus est, & ab ingressu Ecclesiæ interdictus, cuius tamen Bullæ rigorem Clemens Papa VIII. postea temperauit.

DECISIO LXIII.

Ex consil. 42. in Nouis deest in antiquis.

63 OCcultum ob crimen etiam enorme non incurritur irregularitas, nisi ob homicidium, & alia crimina in iure expressa; sed neque ob crimen occultum clericus secularis ab Episcopo ab ordinum susceptione impediri valet. c. fin. de temp. ord. secus autem in clerico Regulari, qui ob crimen occultū ab ordinario suo impediri potest, ex Conc. Trid. sess. 14. de refor. c. 1.

Aduertendum. Congregationem Cardinalium cēsuisse caput primum Concilij Trid. sess. 14. de reform. locum habere etiam in clericis secularibus, ita vt cap. Ex tenore. per cap. Ad aures, de temp. ord. corrigatur, quicquid Nauarrus contrarium hic docuerit.

DECISIO LXIV.

Ex consil. 43 in Nouis deest in antiquis.

64 QVi vno in loco notorius est excommunicatus, Cōcubinarius; vel per iudicis sententiam factus infamis, vbique talis est, & sine peccato vt talis potest alijs reuelari: Nec Episcopus etiam vbi hoc ignoratur, potest cū tali, virtute Concilij Trid. sess. 24. c. 6. de refor. dispensare; cū tale crimen non sit occultum, sed notorium, quoad forum exterius. Si quis tamen in loco remotissimo esset, vbi hoc ignoratur, posset antea ordinatus, in susceptis ordinibus ministrare, absque eo quod censuram aliquam, vel irregularitatem incurrat.

DECISIO LXV.

Ex consil. 44 in Nouis deest in antiquis.

65 QVamuis Capitulum intra annum a die vacationis sedis Episcopalis literas dare nequeat, vt apparet per Concil. Trid. sess. 7. de ref. c. 10. post annum tamen non solum huiusmodi literas dare, sed etiam Episcopum alienum ad ordines in Ecclesia vacante celebrādum inuitare valet, sicut & Episcopus viuens id facere poterat; Cum Capitulum Sede vacante in omnem iurisdictionem Episcopalem per se, vel per alium ad id idoneum exercendam succedat, cap. His quæ, & c. cum olim, de maio. & obed. Potestque episcopus sic inuitatus, & clericos illius diœcesis, & alios etiam cum sui ordinarij licentia ordinare, non obstante Concilio Trid. ses. 6. c. 5. de refor. quod solum Episcopis prohibet, ne virtute alicuius priuilegij, aliquos sine licentia ordinarij loci in aliena diœcesi, aut alios quoam illi ordinario subiectos, ordinare præsumant.

TITVLVS VIII.

De Ætate, & qualitate, & ordine præficiendorum.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatus ad ordines sacros suscipiendos creditur is, pro quo superior Papam supplicauit, & ad Minores ordines suscipiendum misit.*

2 *Sacerdotio probato, quando ordines inferiores probari censentur.*

3 *Illegitimus bona fide credens se cum dispēsatum, ordinatus sacris non censetur suspensus.*

4 *Dignitas iurisdictionem spiritualem habens, & ecclesia parrochialis minori 25. annorum non conferuntur.*

5 *Obsessus a dæmone sacris non ordinatus, sine Papæ dispensatione non est ordinandus.*

Præ-

6 *Presbiterium 24. annos completos requirit.*

7 *Suspensus, actus iure particulari sacerdotio ascriptos exercens peccat, non tamen est irregularis.*

8 *Professionis Hermaphroditi valor, vt metiendus.*

9 *Episcopus originis Regularem electum quando licite promouere poterit.*

10 *Horas canonicas recitare non tenetur, qui possidet beneficium, de quo nulliter est prouisus.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. aliàs 45. de temp. ord.

1 PRælatos obtinens verbo a Papa, vt religiosum suum ad omnes ordines habilitaret, si adueniente tempore ordinationis, prælatus subditum suum cum literis dimissorijs ad quatuor Minores, & Subdiaconatum suscipiendum mittat, & illis susceptis moritur prælatus, potest sic ordinatus de licentia alterius successoris dicti prælati, alios maiores ordines sine noua dispensatione Papæ suscipere; cum probabiliter credendum sit, quod prælatus suus antecessor ex concessione Papæ non solum illum habilem fecerat ad eos ordines quos ipso viuête suscepit; sed etiam ad omnes simul: cum præsumendum non sit quid stultum & malum, de bono & prudenti prælato, c. 1. de scrutin. ab ordin. faciend. & boni, & prudentis prælatis non fuit id facere cum periculo, quod ipso mortuo opotteret iterū ad Papam refugere, maximè cum communis stylus commissariorum ad habilitandum quem ad omnes ordines sit, vt vnico actu id faciant. Quæ autem communiter accidunt, & non insolita, credenda sunt, ca. Quia non est verisimile, de præsumptio.

DECISIO II.

Ex consil. 2. aliàs 4. de præsumpt.

2 SAcerdotio probato, cum de antiqua ordinatione probanda agitur, & ordinatorem virum probum fuisse constat, alij etiam omnes ordines probati censentur. Pan. in c. nisi, de præben. & Fel. in c. super his, de accus.

DECISIO III.

Ex consil. 3. aliàs 5. de filijs presbyt.

3 ILlegitimus bona fide credens se habere dispēsationē Papæ ad ordines sacros suscipiendos, cum tamen non haberet nisi commissionem de dispensando missam ordinatio, & bona fide accipiens Subdiaconatum ab alio Episcopo, cum literis dimissorijs sui ordinarij suspensionem, & irregularitatem Extrauagantis Pij II. incip. Cum ex Sacrorum non incurrit, cum hæc solum puniat suscipientem ordinem sacrum ante legitimam ætatem, vel sine dimissorijs, vel extra tempora, & præsumentem suscipere non autem bona fide, sine dolo id facientem, ex Nau. in Man. ca. 25. num. 70. & cap. 27. num. 162. & 241. & licet suspensionem incurrisset, eo quod ordinem Subdiaconatus nō præmissa dispensatione accepit, cum eo tamen Episcopus originis dispensare potest, c. Lugdunensis & gl. in c. non inuitati, 9. q. 2. & sic a suspensione absolutus ad alios ordines superiores ascendere potest. Nunc constitutio noua Sixti V. & eius declaratio circa illegitimos attendenda est.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. in vtrisque.

4 DIgnitas iurisdictionem spiritualem habens, & ecclesia parochialis, ei qui vigesimum quintum annum non attigerit, conferri non potest, c. cum in cunctis, de elect. & Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de refor. & Extrauag. Execrabilis, de præb. Non curata autem olim habenti viginti annos completos, c. 1. de ætat. & qualit. lib. 6. nunc autem habenti viginti duos annos conferri debet. ex Con. Trid. vbi sup.

DECISIO V.

Ex consil. 5. aliàs 35. de temp. ord.

5 ARreptus vel obsessus a dæmone antequam ad sacros ordines ordinetur ad illos sine Papæ dispensatione promoueri non debet: cap. communiter, dist. 33. post ordinationem vero obsessus, ordine ante illam arreptionem suscepto vti potest.

DECISIO VI.

Ex consil. 6. aliàs 9. de temp. ord.

6 REgularis nondum habens viginti quatuor annos cōpletos, sed desunt illi quadraginta dies, si tutius a prælato dicente parum pro nihilo habendum, presbyterium assumat, suspensus est, & celebrando irregularis efficitur: eo quod ordo presbyteratus requirit viginti quatuor annos completos, cum oporteat vt attingat vigesimum quintum, Cle. generalem, de ætat. & qualitate, & Conc. Trid. sess. 23. c. 12. de refor. quem non attingit, qui constitutus est etiam in vltimo die vigesimi quarti anni, quamuis talis diceretur esse viginti quatuor annorum. Et licet dies cęptus pro completo regulariter habetur, l. Qua ætate, ff. de testa. annus tamen cęptus non habetur regulariter pro cōpleto. Glo. in d. cle. generalem.

DECISIO VII.

Ex consil. 7. alias 9. de cler. excom. minist.

7 REgularis ante legitimam ætatem Sacerdotium suscipiens, & electionibus tam actiuis, quam passiuis ad solos Sacerdotes pertinentibus, & statione, & Sessione inter Sacerdotes & alijs actibus solis Sacerdotibus deputatis vtens, quamuis ob Sacerdotium ante legitimam ætatem susceptum ipso iure suspensionem ab officio incurrit, Extra. cum ex Sacrorum. & si aliquem actum specialiter deputatum actui ordinis exerceat, irregularis efficitur, ex Innoc. & Panor. in c. fin. de excess. pręlat. faciens tamen aliquem trium præfatorum actuum, nullo modo irregularitatem incurrit; quia licet sint actus ordini sacerdotali per statuta ordinis, seu religionis deputati; non tamen sunt officia Diuina; Cum tamen ad hoc vt ordinatus, excommunicatus, vel suspensus irregularitatem incurrat, duo necessaria sint; vnum est, vt sit officium Diuinum; & alterum, vt alicui certo ordini sit deputatum, ita Nau. in Man. cap. 27. nu. 244. & præfati tres actus, vt prædicitur, officia diuina non sunt: Ab illis autem tribus actibus regularis talis arcēdus est, eo quod licet illos exercendo non incurrat irregularitatem, peccat tamen; sicut suspensus eligendo, vel permittendo vt eligatur, non fit irregularis, quamuis peccat, faciendo actum sibi prohibitum ca. cum inter R. de elect. & ordinatus, suspensus, & excommunicatus, licet gaudeat priuilegio fori, & canonis, c. si quis suadente 27. q. 4. & ca. aduersus, ca. inter alia de immun. eccl. alijs tamen priuilegijs non gaudet, scilicet priuilegijs honoris, & vtilitatis cōuenientibus ei ratione ordinis, vnde nec capax est collationis beneficij secularis, vel regularis, aut dignitatis, aut honorum, ca. 2. & c. si celebra. de cler. excom. minis. nec debet quis ex suo delicto assequi, quod sine illo assequutus non fuisset, c. Sedes Apostolica, de rescript.

DECISIO VIII.

Ex cons. 83. alias 47. de regular.

8 HErmaphroditus religionem virorum professus, nulla facta mentione de tali defectu, peccat, & professionis eius validitas ex potentia virili, vel muliebri iudicanda est l. Quæritur, ff. de stat. hom. si enim potentia virilis eius maior sit, quam potentia muliebris, valida est eius professio; sin verò minor sit potentia virilis, quam muliebris, aut vtraque potentia par sit, professio inter viros erit nulla: Hermaphroditus enim paris potentiæ, & ad ordines, & ad religionem omnino inhabilis est, & ordinatio, aut professio facta non valet, ex Syluest. verb. Hermaphroditus. data enim paritate, æquè iudicari potest mulier, ac vir: An verò vtraque potentiarum sit impar, an altera maior, standum est dicto suo, vel iudicio medicorum. Talis autem tutè cū dispensatione Papæ ex Monasterio ejci potest ad scandala vitanda, c. Nihil, de præscr. Immo si potentia eius virilis minor sit quam potentia muliebris, sine dispensatione Papæ è monasterio ejci, vel inuitus potest, cum professio sit nulla, nec Monasterium illum retinere tenetur, qui religionem suam profiteri nequit ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 16. de regul.

DE-

DECISIO IX.

Ex consil. 9. aliàs 84. de regular.

9 Regularis professus, & post promotionem ad ordinem Diaconatus ob sua delicta ab ordine eiectus, & habitu ordinis exutus, si delicta, ob quæ eiectus ab ordine fuit, irregularitatem, aut aliam inhabilitatem non inducunt, super quibus Episcopus dispẽsare nequit, ab Episcopo diœcesano originario recipi, & presbyterio ordinari potest, dummodo sufficiens patrimonium habeat, & ætate, literatura, & moribus postea idoneus repertus fuerit; sublata prius inhabilitate, si quam habeat, quam Episcopus potestate sua ordinaria tollere potest: sin verò eiectus sit ab ordine ob delictum inducens irregularitatem, a qua Episcopus absoluere non potest, post dispensationem a Papa obtentam, (si antequam eijceretur non fuisset cum illo dispensatum super ea per ordinis sui priuilegia, quæ communiter religionibus conceduntur, vt possint superiores earum dispensare cum subditis suis super omni irregularitate, excepta illa, quæ ex homicidio voluntario, & mutilatione, ac bigamia oritur) illum similiter Episcopus origiois promouere potest.

DECISIO X.

Ex consil. 3. in Nouis, deest in antiquis.

10 Prouisus de Curato, sed nulliter ob defectum ætatis, nec promoueri se faciens ad presbyterium, nec horas Canonicas recitans, credens tamen quamuis falsò, se & ad horas, & ad promouendum teneri, non solum peccat acceptando collationem, & possessionem, sed etiam omittendo horas, nec promouerí se faciendo. Quamuis enim verè nõ teneatur ad horas, nec promoueri obligetur qui beneficium possidet curatum, de quo nulliter est prouisus, propter erroneam tamen conscientiam, falsò putãs se ad horas, & ad promouendum teneri, si id non præstat, duplex peccatum committit.

TITVLVS IX.

De Sacra Vnctione.

SVMMARIVM.

1 *Chrisma, quamuis ex oleo, & balsamo fieri debeat, oleum tamen de sola Sacramenti essentia est.*

DECISIO I.

Ex consil. vnico tam in antiquis, quam in Nouis.

1 Quamuis Chrisma ex oleo, & balsamo mixta materia confirmationis sit, ita vt grauiter peccaret Episcopus, qui ex solo oleo id conficeret; solum tamẽ oleum eius materia substantialis, & essentialis est, admixtio autem balsami de præcepto tantum est, vt ait S. Thom. 3. p. q. 72. art. 1. & 2. Caie. ibi. & Sot. 4. d. 7. art. 2 Sicut in simili, materia substantialis calicis solum vinum est, quamuis ei aqua ex præcepto misceri debeat: ideoque Confirmatio solo oleo facta tenet, nec iteranda est, sed supplenda, c. 1. de sacram. non iterand. ca. 1. de sacra vnct. & constat ex Nau. in Man. cap. 22. num. 8. quæ suppletio defectus balsami, per solam linitionem balsami facienda non est, sed eadem oratione, & iisdem verbis, quibus ipsa Chrismatio fue confirmatiu fit, fieri debet; nec tamen propterea fit iteratio sacramenti, quia ad Sacramenti reiterationem non sufficiunt materia, & verba sine intentione debita conficiendi sacramentum, non conficiatur illud ex S. Tho. 3. p. q. 64. art. 8. & ita cum secunda linitio non fiat intentione ministrandi sacramentum confirmationis (eo quod confirmatio etiam sine balsamo facta, valida est,) sed solum supplendi defectum eius, quod illi iam ministrato defuit non potest, nec dici debet iteratio, sed suppletio.

TITVLVS X.

De Sacramentis non iterandis.

Hic titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Diaconatus ordinem sumens, si non accipit, nec tangit librũ Euangeliorum, in cuius traditione imprimitur character, ordinem non accipit.*

2 *Vestes de essentia, & substantia ordinum, non sunt, vnde illarum defectus, vel mutatio nihil nocet.*

3 *Characterem altioris ordinis, qui ob defectum intentionis suscipientis vel Ministri, non suscipit, de licentia sui Episcopi, vel Papa, potest illum clam suscipere ab alieno Episcopo, vbi sit incognitus.*

TITVLVS I.

Ex cons. 3. in Nouis, deest in antiquis.

1 Diaconus ordinatus absque contactu libri Euangeliorum, cuius traditione character verè suscipitur, Diaconus non est, cũ illius libri traditio de essentia, & substantia ordinis Diaconatus sit; adeo vt si talis postea ordinetur Sacerdos, hanc intentionem conditionalem habens, *Nolo suscipere Sacramentum si non sum Diaconus.* vtique Sacerdos ordinatus non est, cum intentionem actualem habuerit non accipiendi illum, si non erat Diaconus, vnde & Diaconatum, & Presbyterium iterum sine vlla dispensatione accipere potest, modo in eis non ministrauerit: Tũc enim a Papa dispensatio habenda erit, vt duobus ordinibus præfatis Diaconatus, & Presbyterij ordinari possit. Arg. c. 1. de cler. non ord. minist. & Nau. in Man. c. 27. num. 242.

DECISIO II.

Ex consil. 5. in Nouis, deest in antiquis.

2 Explicitam intentionẽ habens ordines suscipiendi, dubitando tamen an per actiones, & verba Episcopi conferrentur ordines, eo quod aliquæ ex solitis sacris vestibus ex incuria ei in tali ordinatione desunt verè ordinatus est, cum vestis de essentia ordinationis non sit, nec scrupulus ille collationem impedire potest.

DECISIO III.

Ex consil. 7. in Nouis, deest in antiquis.

3 Qui ob defectum intentionis suscipientis, vel Ministri, characterem alicuius ordinis non susciperunt, ad hoc vt iustè, & rectè ordinati reputentur, ad vtendum ordinibus susceptis, qui eis desunt, ne bis ordines suscepisse, & irregularitatem contraxisse, accensentur, ordinarios suos clam adire debent, eisque sacramentaliter confiteri, ne reuelare possint, ab eisque, vel a Papa licentiam petere, vt illos clam ab alieno episcopo longe distante, vbi sint incogniti, suscipere queant.

TITVLVS XI.

De filijs presbyterorum.

SVMMARIVM.

1 *Filius natus in figura matrimonij, iustè credere potest se esse legitimum, ad hoc vt ordinari possit.*

2 *Illegitimus bona fide ordinatus, non est suspensus.*

3 *Illegitimus sine dispensatione incapax est beneficij.*

4 *Illegitimus factus religiosus ordines sacros sumere, & beneficia manualia habere potest, non autem prælaturas.*

5 *Commenda perpetua dat titulum legitimum, non sic temporalis.*

6 *Dispensatio ad beneficium per Commendam perpetuam expirat.*

7 *Dispensatio Comitis Palatini cum illegitimo, ad ordines, aut beneficia non extenditur.*

8 *Dispensare etsi censeatur Papa, quando facit aliquid cõtra ius*

lus, super quo dispensare potest, secus tamen est in Episcopo.

9 *Dispensatio probibens filium obtinere beneficia patris in eadem ecclesia, cum sit exorbitans, & odiosa, non comprehendit nepotem legitimum ex filio illegitimo.*

DECISIO I.
Ex consil. 1. in vtrisque.

1 Filius natus in figura Matrimonij, qui multis annis credidit se filium mariti matris suæ, & omnes etiam communiter, vbi natus, & educatus in sua infantia, & pueritia fuit, eum pro legitimo habuerunt, iustè, & tuta conscientia credere potest se legitimum esse, quamuis eius mater postea, & viuens, & moriens dicat illum non esse legitimum, & credendo firmiter se legitimum esse, sine dispēsatione, aut scrupulo ordines sumere potest; Quod si ob dictum matris dubius sit, & dubium illud aut nō potest, aut deponere non vult; non potest sine peccato, & dispensatione ad ordines promoueri, quia qui contra conscientiam suam agit, ædificat ad gehennam, c. fin. de præscr. & c. ad audientiam. de homic.

DECISIO II.
Ex consil. 2. deest in Nouis.

2 Illegitimus putans se habere dispensationem Papæ ad ordines sacros, cum tamen non haberet, nisi commissionem de dispensando ordinario missam; & bona fide subdiaconatum ab alio Episcopo cum literis dimissorijs accipiens, in suspensionem, & irregularitatem non incidit ex Nau. c. 25. nu. 70. & ca. 27. nu. 155. Et licet subdiaconatum ita sine dispensatione sumendo suspensus fuisset, cum eo tamen Episcopus originis dispensare potest, maximè cum præfata ordinatio facta sit bona fide sine dolo, c. Lugdunensis, & gl. c. non inuitari 9. q. 2. cum Episcopus regulariter ab omni suspensione lata a iure absoluere possit, ita Sylu. ver. suspensio. q. 8. arg. ca. nuper. de sent. exc. vnde sic ab Episcopo absolutus, ad superiores ordines ascendere valet: Ab irregularitate vero si quam contraxisset illegitimus celebrando in suspensione, virtute iubilæi, neque in foro exteriori, neque in interiori absolui & liberari potest: sed neque per Iubilæa absolui, quis valet a suspensione quoad forum externum, nisi id in eis exprimatur, quod tamen rarissimè fit, quamuis in foro conscientiæ a suspensione iubilæa virtutem liberandi habeant, cum iubilæa forum Dei regulariter respiciant.

DECISIO III.
Ex cons. 3. aliàs 6.

3 Collatio beneficij, aut canonicatus facta illegitimo, cum quo episcopus originis solum dispensauit ad ordines minores, & non ad beneficium, non est valida, ca. fi. de filijs presb. Et quamuis episcopus originis cum illegitimo non solum ad ordines, & beneficium simplex, ca. 1. & 2. de fil. presb. in 6. sed etiam ad canonicatum Ecclesiæ cathedralis dispensare potest, ex Arch. in d. cap. 1. & 2. de fil. presb. in 6. ad talem tamen canonicatum dispensare non censetur, nisi id exprimat. Franc. in capit. 1. de fil. presbyt. in 6.

DECISIO IV.

4 Illegitimus factus religiosus, per professionem factus legitimus, sine dispensatione, & sacros ordines assumere, & alia quæcunque beneficia manualia, & officia regularia sui ordinis, & monasterij habere potest, si careant cura animarum, & quæ, qui habent, non dicuntur prælati, c. 1. de fil. presb. & Cardin. ibid. & solo iuri communi attento omnia beneficia regularia præter prælaturas cōuentuales sunt manualia, & quæ ad nutum dari, & auferri possunt, c. 2. & c. cum ad Monasterium, §. tales, de statu monach. Prælati autem soli propriè sunt episcopi, & superiores eorum. & Præfecti ecclesijs collegiatis Secularibus, vel Regularibus, & non alij etiamsi copiosos redditus habeant, ca. cum ad ecclesiarum, de off. ord. ca. cum in illis, §. illis vero, de præb. in 6. Cardin. in cle. Dudum, §. statuimus, q. 9. de sepult. illegitimus autem regularis sine dispensatione beneficium curatum habere nequit, etiamsi illud Manuale sit. Ant. & Card. q. 8. & 9. in c. 1. de fil. presb.

[Nunc autem omnia circa illegitimos iuxta constitutionem S. D. N. Sixti V. & eius declarationem intelligenda sunt addita moderatione Bullæ Greg. 14. incipientis, *Circumspecta* anno 1590.]

DECISIO V.
Ex consil. 4. aliàs 9. de prabend.

5 Commenda beneficij, vel collatio beneficij in commendam facta, si temporalis sit, ca. Nemo deinceps, de elect. in 6. qualis est etiam illa, per quam beneficium litigiosum commendat ordinarius alicui, vt seruiat et lite pendente, c. 2. vt lit. pend. in 6. & per quam hodie commēdatur ecclesia parochialis per viam vicariæ, donec illi de Rectore prouideatur; prout statuit Conc. Trid. sess. 24. ca. 18. de refor. & per quam Papa solet aliquādo beneficium sibi reseruatum vacans commendare alicui, donec illud alicui conferat, non dat ius in beneficio, nec commendatarius facit fructus suos, neq; est prælatus beneficij, sed procurator, habens tamen legitimam administrationem: Cōmenda vero perpetua, per quam Sedes Apostolica cōfert beneficium in Commendam quoad vitam Commendatarij, c. illud, c. qui plures, c. relatio, d. 21. q. 1. Pan. in c. querelam, de elect. & Gomez in regul. de infir. resign. q. 13. & de trien. possess. q. 5. habetur pro titulo legitimo, & commendatarij tales pro Prælatis habentur, & faciunt fructus suos, & facere possunt quicquid possunt titulares, exceptis ijs, quæ per literas commendatorias eorum excipiuntur.

DECISIO VI.

6 Dispensatio ad vnum beneficium expirat per acceptationem alterius collati in Commendam perpetuam, c. 1. de fil. presb. in 6. & Gomez vbi supra, q. 5. non tamen si commendæ erant temporales, tunc enim per illas dispensatio non censetur extingui.

DECISIO VII.
Ex consil. 5. aliàs a

7 Comes Palatinus, aut alius secularis princeps cum illegitimo ad ordines minores, aut beneficium simplex dispensare nequit, cum huiusmodi facultatem legitimandi quoad spiritualia non habeant; vnde collatio beneficij illegitimo alicui, a talibus dispensato, facta nulla & inualida est, cum omnis illegitimus ante debitam legitimationem, vel dispensationem ab habente ad hoc potestatem, beneficij ecclesiastici incapax, & inhabilis sit, ex toto tit. de fil. presb. & eo. tit. in 6. ordines autem Minores virtute talis legitimationis a Principe seculari factæ suscipiens non est ipso iure suspensus, suspendi tamen potest. cap. vel non est compos, de temp. ord.

DECISIO VIII.
Ex cons. 5. in Nouis deest in antiquis.

8 Illegitimus ab Episcopo, cui neque ratione originis, neque ratione beneficij, neque ratione domicilij subditus, ad ordines Minores sine expressa dispensatione ab illegitimitate, malè ordinatus esse censetur, cap. primo, de filijs presbyt. in 6. Neque episcopus talis sic aliquem ordinando aut potest, aut secum tacitos dispensare censetur. Quamuis enim Papa, quando aliquid facit contra ius, super quo dispensare potest, tacitus dispensare iudicatur Arg. l. quidam consulebat, ff. de regul. iur. Secus tamen in episcopo dicendum est, ex Pan. in ca. diuersis fallacijs, de cler. coniug.

DECISIO IX.
Ex consil. 8. 9. & 10. in Nouis, eadem sunt, desunt in antiq.

9 Filius qui ante Concilium Tridentinum, sess. 25 de ref. c. 15. ex dispensatione Papæ beneficium obtinuit in Ecclesia, in qua pater eius mortuus fuerat beneficiatus mortuo

tuo patre aliud in eadem Ecclesia de nouo obtinere non posset;cum hac ratione paternæ incontinentiæ memoria refricaretur,id quod in prædicto Concilio prohibitum est in quantum prohibet eis, vt in ecclesiis, vbi patres beneficium aliquod obtinuerunt,non possint etiam dissimile beneficium obtinere,nec in dictis ecclesiis quoquomodo ministrare,nec pensiones super fructibus beneficiorum, quæ parentes eorum obtinuerunt habere. Quæ verò de filijs presbyterorum,aut in Extrauaganti Clementis VII. quæ incipit. *Ad canonum conditorem*: aut in Concilio præfato Trident.statuuntur,ad nepotes presbyterorũ extendi non debent,quasi nepotes ab eorum beneficij sicut filij, excludantur: eo quod iura cum loquantur de filijs, ad nepotes secundum magis veram, & communiorem opinionẽ non sunt extendenda glo.in c.presbyterorum.dist. 56.maximè cum alia ratio sit filiorum illegitimorum, alia verò nepotum,qui legitimi sunt, Neque enim Nepos legitimus paternam incontinentiam,sed continentiam refert filius autem illegitimus incontinentiam patris repræsentat militatque pro eo illa præsumptio, quod filius patri similis esse præsumitur.

Aduertendum est circa id quod tradit author de Nepotibus,quod cum Illustrissimi,& Reuerendissimi Cardinales Congregationis Sacri Concilij Trid.existimauerint, tã in dicta constitutione Clementis VII. quàm in Concilio Trid. sub illa prohibitione. Ne filij illegitimi beneficium paternum obtinere possint,comprehendi nepotem legitimum ex filio illegitimo,respectu beneficij,aulti ob ea Cõcilij verba *Longissimè*,nec vlla in his terminis Rotę decisio reperta fuisset statuerunt postea ijdem Cardinales ex ordine S.D.N.Gregorij XIII.intelligere, quid de hac re Rota sentiret.vbi vt notat Nauar.cons.10.in Nouis,decisum fuisse in Rota duodecima die Februarij 1574.nõ comprehendi nepotem legitimum ex filio legitimo neque sub Clementina,neque sub Cõcilio Triden. tam inspectis verbis, quàm etiam inspecta mente,seu ratione tam Clementinæ, quàm Concilij, quæ Rotæ decisio probari facilè potest, si quidem si verba Clementinæ consideremus, certum est illa non conuenire nepoti legitimo,vt patet ibi. *In ipsorum resignantium filios ex fornicatione natos,&c.* & ibi. *Super defectu Natalium quem ex dictis Sacerdotibus resignantibus geniti patiebantur.* & ibi. *ob inordinatum spuriorum filiorum amorem, &c.* & ibi. *Quod de cætero filij presbyterorum ex fornicatione nati,&c.* Similiter nec verba Concilij conueniunt,vt patet ibi. *Qui non ex legitimo Matrimonio nati sunt.* Vnde cum regula generalis sit,quod vbi verba dispositionis non conueniunt; neque dispositio ipsa conueniet, ex Bartol.,& Decio in l.4.§. prætor ait, de dam.inf.& idẽ Bar.in c.1.num.21.de elect.& Alciat.in l.liberorum. nu.6. de verb.sign.& ibidem Alex.in ver. Tertius casus est, & in dictis constitutionibus solum mentio fit filiorum, non ea solum ratione, quod filij sint, sed quia nati sunt fornicatione;consequens est,vt quę de solis filijs illegitimis statuuntur,in nepotibus legitimis locum non habeant, ex Bar. in l.si. Co. de filijs natur.qui etiam cum alijs communiter concludit conclus.1.num.58.de verb.signif.nepotem legitimum ex filio illegitimo hæredem ab auo institui posse, quia in eo vitium paternum,& per cõsequens qualitas patrem excludens cessat,vt docent Card. Paleot. de Nothis, & Spurijs,c.53.& Couar.in epit.par.2.ca.8.§.5.nu.13. Sed neque mens,aut ratio Clementinę,aut Concilij locum habet in nepote, nam filius repræsentat incontinentiam patris,nepos autem non item; Et filius præsumitur esse similis patri, non sic nepos respectu aui: siue ergo verba, siue mentem Clementinæ,aut Concilij inspiciamus,dicendum est nepotes legitimos non excludi, cum nõ militet eadem ratio,& materia est odiosa.Et quia si Clementina,vel Cõcilium nepotem legitimum excludere voluissent, nepotẽ etiam,sicut filium nominassent. Denique huius opinionis sunt Glos.in c.presbyterorum,verb.filios,dist.56.& in ca. Apostolica,8.quest.1.Archid.ibi.Goffred.in summa,num. 5.de filijs presbyt.Io.And.in cap.Ad extirpandas, tit.eod. & Ambr.ibidem Pisanella, & alij summistæ communiter in verb.illegitimus.

TITVLVS XII.

De seruis non ordinandis.

Hic titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

1 *Seruus fugitiuus ad dominum redire tenetur,nisi probabilis timor eum excuset,& quid tunc faciendum.*

DECISIO I.

Ex consil.vnico aliàs 2.de restit.spoliatorum.

1 SEruus fugitiuus in foro conscientię ad Dominum redire tenetur, aut eum contentum facere, quod non redeat,nisi iusta aliqua causa,qualis est probabilis timor perdendi vitam,eum excusat:cum seruus fugitiuus sit de bonis fortunæ Domini sui: Non tenetur tamen restituere se illi cum iactura bonorum altioris ordinis,scilicet vitæ suę, eo quod nemo ad restituendum bona minoris ordinis tenetur cum iactura bonorum maioris. Arg.c.officia,de pęnit.,& remiss.& ex Nau in Man.ca. 17.nu.87. Tenetur autem semper habere intentionem Domino satisfaciendi, aut eum contentum faciendi modo meliori quo potest, soluendo ei per se,vel per alium,iustum pretium, & quicquid acquirit,& lucratur,Domino suo quærit.

TITVLVS XIII.

De corpore vitiatis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius Papæ mandatum exequi non debet,quando ex illius executione peccatum,aut scandalum sequitur.*
2 *Pollex non est membrum, cuius parte tamen qui caret, quando sit irregularis.*
3 *Castratus ob ægritudinem de consilio Medicorum, potest sine alia dispensatione ordines sacros accipere.*
4 *Suspensus ter est, qui sine literis dimissorijs ordinarij, tres ordines sacros accipit.*

DECISIO I.

Ex cons.1.aliàs 20.de rescript.in Nouis.

1 MVltum deformis corpore a Papa impetrans commissionem dispensandi cum eo ad Episcopum originis ad ordines, & beneficia & ab eo dispensatus,impetrans ecclesiam parochialem alterius diœcesis a Papa in forma dignum,videlicet,vt ordinarius ecclesię si eum reperiret idoneum,conferret eam illi: non obstante dispensatione a delegato Papæ facta super præfati curati deformitate,mandatum Papæ exequi ordinarius non tenetur: immo exequendo & ecclesiam parochialem tali deformi conferendo peccat; cum mens Papæ non sit,vt quis mandata sua exequatur, quando ex eo quod præcipitur exequendo, sequeretur peccatum,aut scandalum populi, ca. Nihil cum scandalo,& c.si quando,de rescr.& Fel.ibi.& Inn.in c. Inquisitioni.in fi.de sentent.excom.quod probabiliter sequi solet dum valde deformis ad Sacramentorũ administrationem admittitur.

DECISIO II.

Ex consil.1.in Nouis,deest in antiquis.

2 CVm pollex membrum non sit ex Nauar. in Man. cap. 27.num. 206.& 262.qui pollice caret, irregularis non est, dummodo per indignationem sibi non abstulerit, ex Nauar.in Man.c.27.nu.198.nec exinde inducatur impotentia celebrandi, aut magna deformitas, seu scandalum in celebrando.ex Nauar.in Man.ca.27.num.197. De qua tamen re si dubitetur,an sine scandalo celebrare possit, & an inducat magnam deformitatem, quæ celebrationem impediat,declaratio Episcopi requiritur,non autem sufficit arbitriũ cõfessarij,aut alterius Prælati inferioris: Quod si Episcopus semel magnum induci scandalum declaret,irregularis erit,& a solo Papa dispensari potest.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XIII.

Ex conf. 2. in Nouis. deest in antiquis.

3 CAstratus ob ęgritudinem de consilio medicorum, sine vlla dispensatione ad omnes ordines sacros ab Episcopo suo promoueri potest. c. si quis a Medicis c. Eunuchus, d. 55. & Nau. in Man. c. 17. nu. 199.

DECISIO XIV.

Ex conf. 8. in Nouis. deest in antiq.

4 CLericus Minorum ordinum, & surdus, & sciēs quod propterea non initiaretur sacris a suo ordinario, cū falsis literis dimissorijs a se cōfectis subdiaconatum, Diaconatum, & Presbyteratum ab alieno sumens præter peccatum in falsis literis fingendis commissum, tres suspēsiones incurrit, tres ordines sacros sine literis dimissorijs ordinarij sui suscipiens ex Extra. cum ex Sacrorum. Pij II. & ex Nauar. in Man. c. 25. nu. 7. & c. 27. num. 241. Beneficio autem prius adepto ob huiusmodi delicta ipso iure non priuatur; cum beneficium legitimè prius obtentum, per supernenientem irregularitatem regulariter ipso iure non perdatur. Innoc. c. is qui de sent. exc. in 6.

TITVLVS XIV.

De Bigamis.

SVMMARIVM.

1 *Laicus nulliter cum corrupta contrahens non est bigamus.*
2 *Irregularis tam est qui bis, quam qui plures nuptias contrahit, & quare?*
3 *Episcopus ordinando bigamum ab eo ordine conferendo, & a Missa celebranda per annum suspensus est.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. deest in Nouis.

1 LAicus, aut clericus minorum ordinum contrahēs Matrimonium cum corrupta inualide ob aliquod impedimentum, nullam irregularitatem aut bigamiæ veræ, eo quod non cōtrahit valide cum duabus successiuè; aut interpretatiuæ eo quod non contrahit cum duabus inualide vel cum vna valide, & cum alia inualide, nec cum corrupta valide ex Nau. in Man. c. 27. num. 195. aut Bigamiæ similitudinariè contrahit, quia non contrahit cum vna valide, neque inualidè post votū solemne religionis, vel ordinis sacri, quo quis spirituale Matrimonium cum Christo contrahere dicitur; c. 1. & c. quotquot 27. q. 1. & irregularitas in casibus tantum iure expressis contrahitur. c. is qui de sent. excom. in 6.

DECISIO II.

Ex conf. 2. deest in Nouis.

2 IRregularis tam est qui bis, quam qui plures nuptias contrahit, & bigamus, non trigamus dicendus est laicus, qui vicissim cum virgine, & ea mortua, cū vidua, vel cū corrupta contrahit: quia ea tantum de causa bigamus irregularis est, & inhabilis ad Sacramentum ordinis, quia in eo non est significatio coniunctionis Christi cum Ecclesia vnica sua sponsa; Ita S. Thom. 4. dist. 27. q. 3. art. 1. tam inhabilis autem est ad hanc coniunctionem Christi cū Ecclesia vnica sua sponsa significandam, qui cū duabus, quā qui cum tribus, aut pluribus cōtraxit, quia iam carnē suam diuisit, vnde in iure nulla trigamiæ, sed bigamiæ solius mentio est, vt patet in toto ti. de big.

DECISIO III.

Ex conf. 3. deest in Nouis.

3 EPiscopus bigamum ordinando, & beneficium simplex ei conferendo a collatione ordinis illius quem bigamo contulit, Arg. c. eos, & c. vlt. de temp. ord. in 6. & c. Nullus pænitentem, dist. 55. & etiam a Missa celebranda, Gloss. in d. c. Nullus pænitentem, ipso iure per annum suspensus est, & ab ordine deponi potest, & collatio beneficij facta nulla & inualida est, eo quod collatio beneficij alicui irregulari facta non valet; sic Innoc. in c. cū nostris, de concess. præb.

TITVLVS XV.

De clericis peregrinis.

SVMMARIVM.

1 *Capellani triremium si exempti non sint, ab Episcopo visitari possunt, vt alij viatores.*

DECISIO I.

Ex consilio 1. vnico, alias 4. de foro compet.

1 EPiscopus Capellanos triremium, quæ aduersis ventis in portubus suarum ciuitatum commorantur, si exempti non sunt, perinde ac alios viatores, & transeuntes, visitare potest, seruādo vnicuique sua priuilegia, & ius, quod habent iure communi, vel particulari, domum suam reuocandi. c. fi. de foro compet. & c. 1. de priuileg.

TITVLVS XVI.

De officio Vicarij.

SVMMARIVM.

1 *Peccat, qui vel iurisdictionem vsurpat, vel affirmat pro certo, quod nescit esse tale.*
2 *Vicarius Generalis a Capitulo Sede vacante constituendus, qualis esse debeat.*
3 *Vicarius Canonicus in Capitulo, & Choro locum Canonici tenet.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 3. de crimine falsi.

1 VIcarius foranens literis, & testimonijs suis affirmans aliquem esse idoneum beneficio simplici, aut Canonicatui ob solam relationem alterius, quem tamen ignorat, an idoneus sit, nec ne, non solum peccat ex S. Th. 2. 2. q. 60. ar. 6. vsurpando iurisdictionem alienam, scilicet, Vicarij Generalis, non appellando se Foraneum, sed Vicarium simpliciter; sed etiam affirmando pro certo, quod ignorat esse tale, cap. 1. de crim. falsi, & dando occasionem lædendi Rempublicam, & proximum. c. vlt. de iniurijs.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias vnico in Nouis, & etiam 2. de Maior. & obed.

2 VIcarius Generalis a Capitulo sede vacante constituendus; Doctor esse debet, vel Licentiatus in iure Canonico; vel alias quantum fieri potest idoneus; vt colligitur ex Concil. Tri. sess. 24. c. 16. de ref. Et cum Vicarius Episcopi idoneus esse debeat ad id, in quo vices eius gerit, c. quoniam in plerisque, & c. inter cetera, de offic. ord. & constitui soleat ferè ad omnia, quæ gesturus est Episcopus, non satisfacit Episcopus muneri suo, nisi idoneum constituat, sed peccat: constitutio tamen talis Vicarij tenet ipso iure, modo sit clericus saltem in Minoribus constitutus, vnde & ab eo, & coram eo facta valida censentur.

DECISIO III.

3 VIcarius Generalis Episcopi, qui simul est Canonicus Ecclesiæ, in choro, & Capitulo locum Canonici tenere debet, ex Gemin. in c. cum a collatione. de appel. in 6. nisi contrarium consuetudine sit inductum.

TITVLVS XVII.

De officio, & potestate iudicis delegati.

SVMMARIVM.

1 *Conseruatores, quoad quæ ordinarij iudices sint, & quoad quæ iudices delegati.*

In

2 *Iurisdictio in Matrimonialibus præscribi, & inferiori Episcopo conuenire potest.*
3 *Episcopus examen sibi commissum a Papa, cum clausula*, In quo conscientiam tuam oneramus. *alteri committere potest.*
4 *Episcopus impeditus adire Concilium, potest se per procuratorem excusare.*
5 *Pontifex causam alicui delegando, illam ad se auocasse non censetur.*
6 *Delegata Episcopo facta non transit in eius vicarium, licet possit specialiter subdelegari.*
7 *Episcopus Vicario commissa expedire nequit.*
8 *Delegata iurisdictio de persona ad personam prorogari non potest, etiam iudice in id consentiente.*
9 *Subdelegatus potestatem sibi commissam alteri demandare nequit.*
10 *Delegatus in causa sibi delegata est maior quam legatus.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 3.

1 COnseruatores, & Inquisitores hæreticæ prauitatis, quamuis iudices delegati sint, ex c. 1. & c. vlt. de offic. deleg. in 6. & ex Franc. in cap. Ne aliqui. de hæretic. in 6. conseruatores tamen etiam de causis ecclesiasticis in prima instantia cognoscere possunt, in qua non possunt cognoscere nisi iudices ordinarij, vnde quoad hoc iudices ordinarij reputandi sunt, & proinde in conseruatoribus etiam tanquam iudicibus ordinarijs, Concilium Tridentinum ses. 24. c. 20. de ref. in princ. locum habere cēsetur, ne gratia principis conseruatoria eis pereat.

DECISIO II.

2 IVrisdictio & facultas cognoscendi de causis Matrimonialibus, & criminalibus, Abbatibus, & alijs Prælatis inferioribus Episcopo concessa, quæ per præscriptionē, consuetudinem, & priuilegium, facultatem cognoscendi de huiusmodi causis Matrimonialibus sibi acquisierunt, per Concilium Tridentinum sess. 24. c. 20. de ref. §. Ad hæc. non tollitur; cum constet legem generalem non derogare consuetudini, præscriptioni, & statutis particularibus, nisi de mente legislatoris potentis derogare illis constet; Nulla autem mentio derogationis in Concilio apparet, cum tamen iure communi certum sit, vt patet ex c. 1. de const. in 6. & c. 1. de consang. ex Pan. in c. Auditis, de rescript. & ex Con. in epi. 2. p. c. 8. §. 12. quosdam prælatos Episcopo inferiores acquisiuisse sibi per consuetudinem præscriptionem, & sententiam, facultatem de causis Matrimonialibus, & criminalibus cognoscendi.

DECISIO III.

Ex conf. 2 alias 6.

3 EPiscopus examen sibi a Papa commissum cum Clausula. *In quo conscientiam tuam oneramus.* Sed non exprimitur nomen proprium, alteri committere potest; Cum hæc verba, potius in vim monitionis, quam in vim formę delegationis posita sint. Feli. in c. fin. §. is autem, de offic. deleg. & Rota in decis. 368. in nouis.

DECISIO IV.

Ex conf 3. alias 8. de Maior. & obedien.

4 EPiscopus legitime impeditus vocatus ad Concilium Prouinciale, aut aliud, per Procuratorem se excusare potest, qui etiā Procurator Episcopi habens speciale mandatum, consentiente Concilio ei interesse potest; c. cura ecclesia Sutrina de causa posses. & propr. Illum tamen admittere Concilium non tenetur, saltem si non sit vnus ex Episcopis suffraganeis interessentibus Concilio cum alijs Episcopis. A. g. c. si quis iusto. §. porro, de elect. in 6. Procurator autem talis, si Episcopus non sit, Abbatibus per sese præsentibus postponi debet: licèt enim vices gerens alterius tanquam repræsentans honorandus sit, c. Sane. 2. de offic. deleg. & c. fi. dist. 93. non tamen tantum ac ille, cuius vices gerit, vt ait Decius in d. cap. sane. Vnde Dux, Abbasue præsens inferioris dignitatis, legato procuratori Ducē vel Abbatem absentem excellioris gradus repræsentanti, præponendus est, sicut olim Rex Christianissimus Ducem Sabaudiæ præsentem, legato Venetiarum Ducem Venetum absentem repræsentantem, præposuisse legitur.

DECISIO V.

Ex conf. 5. in Nouis deest in antiquis.

5 PApa causam alicui denegando, illam ad se auocasse non censetur; vnde si re integra capiat dicta commissio, primus Iudex, siue ordinarius, siue delegatus, sine noua delegatione procedere potest: c. vt debitus honor, de appel. Immò etiam causæ delegationem Papa impetrans, re integra ei renunciare, & coram primo iudice causam agere potest, c. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6.

DECISIO VI.

Ex consil. 4. in Nouis, est secunda pars conf. 32. de sent. excom. in antiq. sed melius hic collocatur.

6 DElegatio Episcopo etiam perpetuò facta, vt sunt cōseruatoria, quamuis in eius vicarium generalem non transeat, vt sentit Decius. in cap. quoniam Abb. de offic. iudi. deleg. eidem tamē subdelegari specialiter potest, cuius subdelegationis virtute, vicarius huiusmodi, Rectorem, aut alium ciuitatis officialem excommunicare potest.

DECISIO VII.

Ex consilio 5. in Nouis, deest in antiquis.

7 DElegatio facta officiali, seu vicario Episcopi, de beneficio conferendo, in ipsum Episcopum, vicario ab officio remoto, non transit; sicut nec econtrà, episcopo commissa vicarius eius expedire valet.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. in Nouis, deest in antiq.

8 CVm iurisdictio delegata de p̄sona ad personā prorogari nequeat, c. 1. de offic. deleg. pęnitens postquā vnum confessarium elegit, cui acceptanti sacrę Pęnitentiariæ literas præsentauit, eo dimisso, alterum eligere non potest, etiamsi primò electus consentiat. Siquidem iurisdictio delegata delegantis iurisdictio est, ideoque ad ipsum delegantem, cuius illa est, & non ad partes, vel ad iudicem electum, eam extendere pertinet.

DECISIO IX.

Ex consil. 9. in Nouis deest in antiquis.

9 DElegatus Principis, etsi iurisdictionem subdelegare possit, subdelegatus tamen illam alteri demandare nequit, vbi autem quis duplicem potestatem, scilicet, tam delegatam quam ordinariam habet, si ex vtraque procedat, sustinetur, & valet actus ex illa secundum quam melius id facere potuit.

DECISIO X.

Ex conf. 10. in Nouis, deest in antiquis.

10 CVm Episcopus vt delegatus in causa sibi delegata maior sit, quam legatus, etsi maiorem cum Capitulo, quā legatus coniunctionem non habeat; tamen sicut legatus, ita etiam Episcopus tanquam Apostolicæ Sedis delegatus sine consensu Capituli beneficia vnire potest ex Concil. Trid. sess. 21. c. 5. de refor.

TITVLVS XVIII.

De officio iudicis ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Episcopi, non Sacerdos, Matrimonijs interesse non potest, sed sacerdoti ea delegare debet.*
2 *Episcopus ex officio contra concubinarios inquirere potest.*
4 *Episcopus ad Vicarios Generales constituendos cogi potest, & quare.*
5 *Confratria, an Collegium laicum, aut ecclesiasticum dici possit.*
6 *Episcopus Capellanum perpetuum, temporalem facere potest & beneficia sui episcopatus, vnire, diuidere & extinguere.*

7 Con-

7 Concilium Prouinciale, quare Archiepiscopum excommunicare possit.

8 Episcopus dispensandi facultate a Cōcilio sibi concessa cum sibi subditis tantum vti potest.

9 Episcopi contra Capitula procedere possunt, etiam extra visitationem seruato moderamine, scilicet, adiungendo sibi duos Canonicos.

10 Episcopus legitimè impeditus ad Concilium vocatus, quomodo se excuset.

11 Rectores nullius, ad Synodum compelli non possunt.

12 Prælatus Regularis cum suo conuentu dilationem ad profitendum dare potest.

13 Dispensat episcopus cum homicida uoluntario quoad beneficium simplex, licèt uon quoad curatum, nisi iam obtentum.

14 Episcopus ex officio cogere potest beneficiarium ad exhibendum titulum.

15 Episcopus cogere potest decennalem, vel execrabilem ad iurandum se canonicè beneficia, & dispensationem obtinuisse.

16 Vicarius episcopi facultatem absoluendi a reseruatis alijs subdelegare potest.

17 Vicario parochiali vacanti quęnam portio debeatur.

18 Edicta episcoporum quæ ad denunciandum obligant, de quibus intelligi debeant.

DECISIO I.

Ex cons. 1. aliàs 10 de clandest. desponsat.

1 VIcarius Episcopi, si Sacerdos non sit, Matrimonijs interesse non potest, sed Sacerdotem delegare debet.

DECISIO II.

Ex cons. 2. aliàs 7.

2 EPiscopus ex officio suo contra concubinarios, & alios peccatores ad publicam vtilitatem, & animarum salutem, c. 1. de offic. ordin. non solum via denunciationis Euangelicæ, vel Canonicæ, cap. Nouit, de iud. sed etiam sine denunciatione per viam inquisitionis fama præcedente procedere potest, cap. Super his, cap. qualiter, & quando, 2. de accusat.

DECISIO III.

Ex cons. 3 aliàs 4.

3 EPiscopus in quocunque loco suæ diœcesis, non exempto pro tribunali sedere, & causas spirituales, criminales, & ciuiles, inter sibi subditos audire, & definire potest, cap. cum episcopus, de off. ordin. in 6. dummodo locus honestus sit, & litigatores sine magno incommodo eo loci venire possint. Et Archiepiscopus in quolibet loco suæ Diœcesis Archiepiscopalis, cap. vt litigantes, tit. & lib. eod. & legatus etiam in qualibet parte suæ legationis, expedire non potest, quæ ad illam spectant, etiam negotia vnius prouinciæ in alia suæ legationis, si ad multas missus sit, cap. Nouit, de off. delegat.

DECISIO IV.

Ex cons. 1. in vtrisque.

4 CVm consuetudo generalis ab omnibus seruanda sit, c. contra morem, dist. 100. & Episcopi ius clero suarum diœcesum, immo & populo quoad negotia Ecclesiastica reddere teneantur, quod per semetipsos solos, etiamsi plurimum valeant, satis bene facere non possunt: c. ti. de off. Archipresb. Episcopi omnes ad tribunale statarium, & vicarios generales statarios cōstituendos, per suos Archiepiscopos cogi possunt, & si ipsi illud facere noluerint, Archiepiscopi ipsos constituere possunt, ex ca. cum simus, 9 q. 3. & c. in noua actione 16. q. 7. & ex Panor. recep. in c. quoniam in plerisque, de off. ord. cum ius naturale, & ratio naturalis ex eo fluens dictent, cum qui ad aliquid tenetur, teneri etiam ad ea, sine quibus id satis bene fieri nequit.

DECISIO V.

Ex cons. 5. aliàs 3. de foro compet.

5 COnfraternitas sub Nomine Corporis Christi erecta, et quorum Confratres habitum distinctum gerunt, se paratimque a laicis cum Cruce in publicis processionibus incedunt, Corpus, Collegium, seu Societas appellari potest, immo simpliciter Corpus laicum; & secundum quid, Ecclesiasticum est; & iudici seculari quoad bona temporalia quæ ipsi in sua congregatione habent; Episcopo autem quoad actus Ecclesiasticos, subijcitur, a quo, quoad actus religiosos, quos faciunt in locis, & modum, & ordinem incedendi in Processionibus, & comitandi Sacramentum Eucharistiæ, cum defertur ad infirmos, & in deferendo habitum; & alijs similibus, ad religiosos, & ad ecclesiasticum ordinem pertinentibus iudicari, & visitari possunt.

DECISIO VI.

Ex cons. 6. aliàs 9.

6 EPiscopus iusta de causa cum consensu patroni facere potest, vt aliquod beneficium simplex, siue Capellania perpetua in qua ad præsentationē eius instituitur Capellanus, & Rector perpetuus, fiat temporaria, & ad nutū amouibilis; cum Episcopus beneficia inferiora episcopatus sui, venire, diuidere, de nouo creare, & extinguere possit c. Sicut vnire de exces. præl. c. 1. de reb. eccl. non alien. in 6. & Clemen. 2. eo. tit. & c. 2. & c. cum accepissent, de constit.

DECISIO VII.

Ex cons. 7. aliàs 7 aliàs 6. de Maior. & obed.

7 COncilium Prouinciale singulos Episcopos, qui constituunt Concilium corrigere, & si opus fuerit, excommunicare potest, & pari ratione ipsum Archiepiscopum, cum & ipse etiam sit vnus de singulis constituentibus Cōcilium: quamuis enim Archiepiscopus sit caput Concilij ad hunc effectum, quod ad eum pertinet vocatio, & congregatio eius, & quod hoc quoad habere debeat primam sedem, vt habet Decanus, vel Canonicus senior in Capitulo Ecclesiæ Cathedralis: non tamen quoad hoc, vt sit superior eius, vel maior eo iam congregato, neque quod habeat eādem iurisdictionem, quam habet illud: sed solum est coniudex, & collega aliorum Episcoporum, & ab eo ad Concilium ipsum Prouinciale appellari potest, ita Card. & alij, in Cle. 1. de sent. excom. Vnde sicut Capitulum Ecclesiæ Cathedralis, singulos de Capitulo, etiam Decanum vel Præpositum ipsius Capituli, corrigere potest: ita etiam & Concilium Prouinciale singulos Episcopos Concilij, & ipsum etiam Archiepiscopum corrigere valet.

DECISIO VIII.

Ex consil. 8. aliàs 31. de pœnit. & remis.

8 EPiscopus dispensandi facultate a Concilio Tridentino sess. 24. c. 6. de ref. sibi concessa, cum sibi subditis tantum, & non cum exemptis suæ diœcesis, aut extraneis aliarum, vti potest: cum verba dispositionis Concilij eis non conueniant, vnde nec ipsa dispositio, ca. Indemnitatibus, §. pen. de elect. in 6.

DECISIO IX.

Ex cons. 9 aliàs 3.

9 QVamuis iure antiquo sine consiliu Capituli Episcopus neque conferre, neque confirmare, neque statuere, neque corrigere possit, c. Quanto. cap. ea nescitur, de his, quę fiunt a prǽla. sine consen. c. post Concilium tamen Tridentinum ses. 25. c. 5. de ref. in omnibus Cathedralibus, vel Collegiatis ecclesijs exemptis, & non exemptis in quibus ante Concilium ius non quæsierunt: Episcopi adiūctis sibi duobus Canonicis ex Capitulo in principio anni electis, vt præscribit Concil. Trid. ses. 6. c. 4. de ref. extra visitationem ex officio, vel ad instantiam dantis contra aliquē Capitularem procedere.

C DE-

DECISIO X.

Ex consi. 10. aliàs 7. de Maior. & obedien.

10 EPiscopus legitimè impeditus ad Concilium Prouinciale vocatus, per procuratorem se excusare potest; qui etiam Procurator mandatum speciale habens ad decidendum, ab eodem Cōcilio, si ei placuerit, admitti potest; cap. Cum ecclesia Sutrina, de cau. posses. & propr. non tamen tenetur illum admittere, si non sit vnus ex episcopis suffraganeis interessentibus Capitul. arg. c. si quis iusto, §. porro, de elect. in 6.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. aliàs 12. de Maior. & obed.

11 REctores parochialium, quæ in alterius diœcesi sunt, quamuis ab Episcopo, cuius Cathedralis Ecclesia proximior est, visitari possunt, vt affirmat Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 9. de ref. ad synodum tamen diœcesanum illius Episcopi accedere non tenentur, cum lex superioris, quatenus id commode fieri potest, sine præiudicio tertij intelligenda sit, cap. super eo, de offic. deleg. præsertim cum aliud sit ius visitandi, & aliud ius vocandi ad Synodum adeo vt ex concessione illius, non infertur concessio huius, a separatis enim non fit illatio. l. Papinianus, ff. de minor. & cap. ad audientiam, de decim. Vnde & Archiepiscopus licet Ecclesias sui suffraganei post visitationē suæ propriæ diœcesis, visitare possit. cap. 1. §. 1. de censibus in 6. earum tamen Rectores ad synodum suam particularem vocare non potest, Neque enim verba Concilij aptantur vocationi ad Synodum, & dispositio non includit eos, quib. verba sua non aptantur cap. Indemnitatibus de elect. in 6.

DECISIO XII.

Ex conf. 12. deest in Nouis.

12 PRælatus Regularis, cum suo conuentu, vel Capitulo, dilationem ad profitendum nouitio post annum nouitiatus probato a se pro idoneo, aliqua iusta de causa, non obstante Concilij Tridentini sess. 25. cap. 16. de reg. in hac re decreto concedere potest; eo quod olim illud licitum fuit, & in vsu & consuetudine, nec a iure antiquo recessum est per verba Concilij, quod solum statuit, vt superiores statim finito anno nouitiatus, eos quos habiles inuenerint, admittāt, aut eijciant; non autem vt eos ad profitendum cogant: & cogere ad profitendum aliud est, quam ad professionem admittere, vel reijcere, & a diuersis non fit illatio. l. Papinianus ff. de minor. cap. ad audientiam, de decim. præsertim cum annus nouitiatus, admissio, & receptio sint in fauorem recipientium, & recipiendorum, & ideo non sunt contra vtriusque consensum retorquenda, quod etiam in aliquibus religionibus obseruatur.

DECISIO XIII.

Ex conf. 13. aliàs 45. de Homicid.

13 EPiscopus cum homicida voluntario non solum quoad beneficium simplex, sed etiam quoad curatum ante irregularitatem obtentum dispensare potest, capit. 2. de cler. pug. in duello, & asserit Nau. in Man. cap. 27. nu. 239. quia cum iura in d. cap. 2. de cleric. pug. in duel. generaliter dant Episcopo facultatem dispensandi cum homicida quoad beneficium, non sunt restringenda ad beneficium simplex tantum, eo quod dispensandi facultas est fauorabilis & amplianda, cap. fina. de Simonia, licet dispensatio sit odiosa; Ad beneficium autem curatum de nouo habendum, vel ad ordines sacros, cum eo episcopus dispensare nequit, c. 1. & 2. de cleric. pug. in duel.

DECISIO XIV.

Ex conf. 14. alias 4.

14 EPiscopus noue creatus beneficiarium suum subditū, ad ostendendum titulum sui beneficij, quod pacifice vel 40. vel. 30. vel 20. vel etiam decem annos possedit, cogere nequit; immo ex sola pacifica possessione beneficij, saltem cum fama tituli, tanto tempore, beneficiarius in beneficio ius habere censetur, & titulus verus præsumitur, Arg. reg. 33. Cancellariæ siue de trien. possess. & ex sententia Inno. & Host. in c. illud, de præsump. & in c. licet Heli. de simon. & Fel. ibi. quia cum Episcopi visitando inquirere soleant de titulo beneficiatorum, c. ordinarij, de offic. ordin. in 6. non est præsumendum, quod ipsimet subditi quoad curata permitterent tali cursu temporis retineri Ecclesiam absque canonico titulo: Et qui aduersam tuer i videntur sententiam, videlicet Glos. vlt. in c. 1. de reg. iur. in 6. & in c. contingit, de dolo, & contum. intelligi debent de beneficiario, qui nec titulum verum, nec longi temporis possessione præsumptum ostendere valet.

DECISIO XV.

15 EPiscopus possessorem decennalem beneficiorum incompatibilium, seu execrabilem id est, illum qui beneficia incompatibilia tenet contra Extrauagantem, Execrabilis, Ioan. XXII. vel ad exhibendum dispensationem, qua ea iustè retineat, vel ad iurandum, quod credit bona fide se obtinuisse canonice prædicta beneficia, cogere potest; c. ordinarij, de offi. ord. in 6. & Conc. Trid. sess. 7. c. 5. de ref. atq; Pan. & Hostien. in c. licet Heli. de simon. quamuis si Episcopus defectum tituli, aut quod illa canonice nō possideat, probare voluerit, hoc potius, quam illud præstare debet.

DECISIO XVI.

Ex conf. 15. aliàs 22. de pœnit. & remiss.

16 VIcarius Generalis Episcopi facultatem absoluendi a casibus reseruatis, quam dat ei Episcopus, siue Vicarius Sacerdos sit, siue non sit alijs subdelegare potest, cum Vicarij iurisdictio ordinaria sit, c. Romana, de sen. exc. in 6. & gl. ibi. & data ad vniuersitatem causarum, & ideo dictas reseruationes auferre vel remittere, vel alijs potestatē ad absoluendum subdelegare valet.

DECISIO XVII.

Ex consilio 5. in Nouis deest in antiquis.

17 VIcario parochiali simpliciter dato, non omnes fructus sed congrua portio debetur, sed nec Episcopus etiam a principio fructus omnes eidem assignare potest, nisi omnes ad congruam portionem & sustentationem essent necessarij Concil. Trid. sess. 24. c. 18. de reform.

DECISIO XVIII.

Ex conf. 15. in Nouis deest in antiquis.

18 EDicta Episcoporum maximè contra totam ciuitatem discretione magna carere non debet, Arg. cap. Non solum, de regul. iur. in 6. alioquin ab eis licite appellari potest; Illa autem edicta, quæ ad denunciandum aliquid proponuntur, eos non obligant qui rem illam probare nō possunt. Argu. cap. qualiter, & quando 1. de accusat. Sicut neque ea quæ ad aliquid reuelandum fiunt, obligant, vbi non præcessit fama, nec ante præcedentem correptionem fraternam, quam si omitti vellet, aut iuberet Prælatus visitans, peccaret; sicut etiam & is qui ei obediret, vt asserit S. Thom. 2. 2 q. 33. ar. 3. ad 5. secus autem, quando solum fiunt ad testificandum; tunc enim obligant, ligaturque qui sciūt, etiamsi fortem partem fori habuerint, nec probare possint, dummodo iusto metu, vel priuilegio vel alia iusta de causa a testificando non excusentur. capit. 2. de testib. cog.

TITVLVS XIX.

De officio iudicis.

SVMMARIVM.

1 *Index, qualiter ex officio contra notatos procedere valeat.*

DECISIO I.

Ex conf. vnico in vtrisque.

1 IVdex licèt ex officio inquirere possit generaliter de criminibus sui territorij, nulla expressa persona; cap. 1. de offic.

Digitized by Google

offic. ord. inquirere tamen non potest contra aliquem particularem nisi per talem generalem inquisitionem fuerit notatus, vel nisi præcedentem saltem fama iudicialiter contra illum probata coram ipso;cap.qualiter & quando, 2. de accusat. vnde nec debet, nec potest iudex inquirere contra actorem de vsura in contractu commissa, ex officio, ob id solum, quod petat executionem instrumenti, quo alter se ei obligauit ad restituendum centum mutuo accepta, & quinque pro interesse pro tempore, in quod illa accepit, cum per præsentationem talis instrumenti nõ constet ei notorie,neque per famam, de tali vsura; quandoquidem licet mutuanti & mutuatario a principio super interesse probabili conuenire, vt ait Nau.in Man.cap.17. nu.211.præterquam de interesse Cambiorum, propter nouam Pij V. prohibitionem in bulla quæ incipit. In eam, edita anno 1570.Consit.148.

TITVLVS XX.

De Maioritate & obedientia.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas, Episcopalibus decorata, alijs eiusdem nominis maior.*

2 *Abbas priuilegiatus mytra, & baculo, quosnam præcedat.*

3 *Vicarius Episcopi, de iure omnes preter episcopum precedit, quamuis contraria consuetudo præualere possit.*

4 *Prior Collegiatæ, quando Canonicos Cathedralis præcedat.*

5 *Exorcismos arreptitiorum, inferior a Papa prohibere non potest.*

DECISIO I.
Ex conf.1.aliàs 5.

1 PRæpositus Ecclesiæ collegiatæ post alias collegiatas erectæ cui postea a Papa insignia Pontificalia, & facultates conferendi primã tonsuram, Benedicendi,& alia ad Pontificiam dignitatem spectantia, conferuntur, licet in processi onibus conuentualiter cum suo Capitulo, & conuentu simul incedens, post alios Præpositos ecclesiarum collegiatarum prius erectarum, stare, & sedere debeat: in actibus tamen extra processiones, & separatis a Capitulo, seu conuentu,in quibus vtitur insignibus episcopalibus, alios omnes Præpositos etiam prius institutos, qui talibus insignibus vti non possunt, præcedere debet; Cum inter dignitates eiusdem rationis,& ordinis censenda sit maior alijs illa, & maiori honore digna, quæ insignibus episcopalibus est decorata, quam alia similis, eis destituta, cap. Apostolicæ, de priuileg. & maioritas dignitatis præponderat prioritati promotionis: capit. Placuit, §. Isidorus,d. 16. qua ratione episcopus factus Archiepiscopus præcedit episcopum ante ipsum factum Episcopum; & Canonicus factus Archidiaconus, vel alia dignitate præditus,alium prius factum Canonicum præcedit.

DECISIO II.
Ex conf.1.aliàs 3.

2 ABbas priuilegiatus, vt mytra, baculo, & alijs insignibus episcopalibus vti possit, carens autem collegio Monachorum, Archidiaconum Ecclesiæ Cathedralis, & alias dignitates episcopo inferiores præcedere debet, Capitulum autem Ecclesiæ Cathedralis collegialiter sedens, vel incedens, non præcedit.

DECISIO III.
Ex conf.3 aliàs 1.

3 VIcarius Generalis episcopi,etiam si sit vnus de Capitulo, quamuis iure communi attento omnes præter episcopum, tam absente, quam præsente Episcopo, cuius est Vicarius præcedat, de consuetudine tamen contraria, quæ & rationabilis est, & in præscriptione fundatur, omnes antiquiores in promotione, Vicarium Episcopi præcedunt:consuetudo autem rationabilis præscripta, contra quodcunque ius humanum valet, cap. fin. de consuetud. Immo & Archidiaconus, siue Decanus, & Præsidens, ipsum etiam Episcopum suum præcedit, quando vt Canonicus, capitulo interest. gloss.in cap. a collatione, de appellat. in 6. & communis in cap. Ecclesia, de præbend. in 6.

[Panorm. consi. 21. primæ partis. Felyn. in capitu. statutmus, colum. 1. de maioritate & obedient. volunt Vicarium præcedere debere non obstante consuetudine in contrarium]

DECISIO IV.
Ex conf.4. in vtrisque.

4 PRior Ecclesiæ Collegiatæ, qui etiam est Protonotarius, & Doctor, Vtriusque; Iur. & etiam Canonicus Ecclesiæ Cathedralis eiusdem ciuitatis, in qua est illa Ecclesia collegiata, quamuis Canonicos & dignitates Ecclesiæ Cathedralis, eiusmodi qualitates non habentes, temporibus, & locis,in quibus non sedent, aut incedunt collegialiter, sed singulariter tantum, præcedit; Canonicis tamen eiusdem Ecclesiæ Cathedralis collegialiter manentibus, vel incedentibus,stare, sedere, vel incedere debet in eo loco,in quo deberet, si non esset Prælatus, nec Prior Ecclesiæ Collegiatæ,nec Protonotarius,nec Doctor; quia Canonicus habens maiorem dignitatem, vel qualitatem, quam alij Canonici cum manet inter eos collegialiter congregatus,vt Canonicus in loco, qui ei competit vt Canonico, manere debet. capit. Postulastis, de concessio. præbend. Domin.& Francus in capit. a collatione de appellat. in 6. Sicut etiam Abbas Monasterij Capitulum Ecclesiæ Cathedralis manens, vel sedens collegialiter non præcedit quamuis eos qui sunt Capituli, siue sint Canonici, sine dignitates cum singulariter manent; vel incedunt, præcedit, capit. decernimus, de iudic. & Panormitan. & Dec. ibidem.

DECISIO V.
Ex conf.5. aliàs 6. de offic. iud. ordin.

5 QVamuis exorcismus præcedens baptismum per rationabilem consuetudinem solis Sacerdotibus baptizaturis reseruatus sit; vt ait S. Thom.4. dist. 6. q. 2. art. 3. quæst. 3. Arreptitiorum tamen, seu a demonijs obsessorum exorcismus ad solos Sacerdotes, saltem ab inferiore Papa restringi non potest; cum Christiani omnes iure Diuino potestatem eijciendi Dæmonia, & ea increpatorie adiurandi habere videantur, vt patet ex illo Marci. 16. quam inferior Papa tollere nequit; argumen. cap. 2. de Maior. & obed. imò nec ipse Papa in totũ saltem sine iusta causa, c. Sunt quidam 25. quæst. 1. & Iono. in cap. cum ecclesia, de constitur potest tamen episcopus, ne quis inordinatè, ac immodestè huiusmodi potestate vtatur, statuere; immo etiam eos ad aliquas cærimonias in exorcizando seruandas restringere potest.

TITVLVS XXI.

DE Pactis.

SVMMARIVM.

1 *Præstationes immemoriales, quæ debitæ, vel indebitæ præsumantur.*

2 *Promissio legitima sine metu, & dolo facta, seruanda.*

3 *Dux Militum numerum minorem conducens, vel aliquo pretio introducens, iniuste acceptum restituere tenetur.*

4 *Matrimonium apud infideles validè contractum per baptismum non dissoluitur.*

5 *Regularis simplex, nisi de superioris sui licentia obligari nequit.*

6 *Debitor, si ad pinguiorem fortunam perueniat, minori parti, qua recusauit debita sua remittere, restituere non tenetur.*

DECISIO I.
Ex cons. 1. aliàs 4. de præscrip.

1 QVamuis onera, & præstationes annuæ, & alia seruitia, quæ de facili solent accipi, & concedi de gratia, & liberalitate, vt est hospitalio amici, & similia, etiam tempore immemoriali soluta, indebitè soluta præsumuntur; Illa tamen quæ magna & grauia sunt, & quę non facile de gratia, & liberalitate præstantur, si per tempus immemoriale sine contradictione præstita fuerint; etiam a principio accepta, & præstita fuisse aliquo bono titulo liberæ donationis, vel gratiarum actionis, & recognitionis beneficij accepti, vel alia iusta de causa, & non per vim, nec metum, nec tanquam gratis, & sine obligatione præsumuntur, c. cum ecclesia Sutrina, de caus. poss. & propr. & Inno. in c. bonæ, 2. de post. præl. Et eiusmodi possessio immemorialis vim constituti, & tituli habet.

DECISIO II.
Ex cons. 1. aliàs 6.

2 PRomissio quæcunque legitima, & deliberatè absque dolo, & metu facta, quamuis nuda sit, nec vlla scriptura, aut testibus probari potest; in foro tamen conscientiæ seruanda est; c. 1. & 3. de pact. & actionem, & viam agendi parit in foro interiori; nec vllum defectum iuris probationis defectus inducit; Et si res soluenda alicuius momenti sit, potest is, cui promissio facta est, a Papa, vel ab ordinario Episcopo monitionem impetrare sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, per quam omnes qui audiuerunt hanc promissionem factam fuisse, reuelare compellantur, ad probandum eam fuisse factam, si opus fuerit in foro exteriori: vt colligitur ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 3. de ref. & ex c. ad nostram, de iureiur. & c. si sacerdos, de offi. ord. & sub eadem pœna excommunicationis debitor ad promissum soluendum cogi potest.

DECISIO III.
Ex cons. 3. aliàs 5.

3 DVx militum potens auctoritate Regia inducere centum milites, & dare illis stipendia impensis alicuius oppidi, & conueniens cum oppidanis, vt non inducat in oppidum plures quam 80. & vere non inducit nisi 60. Sed tamen capit ab oppidanis stipendia omnium 80. peccat, & stipendium absentium acceptum iniuste de præcepto eidem Communitati, seu oppidanis restituere tenetur: cū iniuste acceptum contra voluntatem alicuius, vel de voluntate eius, sine turpitudine & peccato ipsius ex præcepto restituendum sit, vt tradit Nau. in Manua. c. 17. nu. 29. & 30. vnde cum Dux iniustè stipendium absentium acceperit sine vlla turpitudine, aut peccato ipsius communitatis, eidem Communitati sic iniuste acceptum restituere tenetur.

DECISIO IV.
Ex cons. 4. aliàs 2. de conuers. infidel.

4 COniuges infideles infidelitate valide Matrimonium secundum eorum leges contrahentes, ad fidem conuersi cum solennitate ecclesiæ iterum contrahere non tenentur, cum baptismus legitima Matrimonia non dissoluat; c. Gaudemus. de diuortijs, & c. iam nunc, 28. qu. 1. Sin verò contrahant in infidelitate Matrimonium omissa aliqua solennitate secundum suam legem, vel sectam, ad fidem conuersi cum solemnitate Ecclesiæ requisita contrahere tenentur, cum regulariter quod nihil erat ante conuersionem, non fit aliquid, aut validum ea sola conuersione, c. Non præstat, de regul. iur. in 6. & c. ea tenore, de rescrip. eo quod aliud est se ad fidem conuertere, & aliud contrahere Matrimonium: & a separatis non rectè fit illatio. l. Pomponius. ff. de minorib.

DECISIO V.
Ex cons. 5. aliàs 7.

5 REgularis simplex non habens prælationem, nec administrationem, non potest se ad aliqoid nisi de mādato, & licentia superioris sui obligare: cum religiosos voluntatem propriam non habeat, sed solum a superioris voluntate pendentem; c. quorundam, c. si religiosus. de elect. in 6. Ita vt nec per suum iuramentum validam facere potest obligationem sine superioris cōsensu: quandoquidem nec votum, quod magis obligat, quam iuramentum ex S. Tho. 2. 2. q. 89. art. 8. & Nau. in Manua. c. 12. nu. 32. a religioso sine superioris licentia factum, firmum, aut validum sit, prout asserit idem S. Tho. q. 88. art. 8.

DECISIO VI.
Ex cons. 6. aliàs 1.

6 DEbitor, qui bona sua decoxit, & cui vt cognati, vel amici eius aliquam partem debitorum soluerent, maior pars creditorum remittit duas partes sibi debitorum, & pactum facit de non petendo remissa, si per postea quæsita veniat ad pinguiorem fortunam, in foro conscientiæ nec duas illas partes sibi remissas præfatis creditoribus, neque minori parti creditorum, quæ remissioni consentire noluit restituere tenetur; cum creditorum pars maior debita in præiudicium minoris, ei qui ex inopia, vnde soluat, non habet, remittere valeat l. maiorem, §. fin. & l. & suum, & l. maiorem, & l. rescriptum, ff. de pact. quamuis enim remissio partis debiti facta debitori ob timorem perdendi totum, quando debitor habet vnde soluat, vel de sua malitia nascitur ille timor, nisi pars illa ei remitteretur, obligatus est in foro conscientiæ soluere, quod sibi remissum est, vt ait Caiet. 2. 2. q. 62. articul. 8. Syl. verb. restitutio, 7. q. 1. & 2. & Nau in Man. cap. 17. nu. 75. eo quod debitores in tali euentu remisisse videntur ob timorem perdendi totum: secus tamen, quando ex vera debitoris inopia, & voluntate creditorum omnium remissio facta sit, tunc enim debiti remissio a maiori parte creditorum facta debitorem illum in vtroque foro liberat, etiamsi postea ad pinguiorem fortunam perueniat.

TITVLVS XXII.

De Procuratoribus.

SVMMARIVM.

1 *Promissio facta pro palmario litis illicita est.*
2 *Procuratorem ad exigendos reditus constituens nihil ab eo hac de causa agere potest.*
3 *Procurator contemplatione societatis constitutus societatem obligare valet.*

DECISIO I.
Ex cons. 1. aliàs 4. de pactis.

1 PRomissio pro palmario litis aduocato facta, illicita est, nec promittentem obligat, nec aduocatus tuta conscientia promissum capere potest, sed sumptibus, & salario moderato, cum aliquo palmario pro personarum qualitate temperato, contentus esse debet: l. si qui. C. de postulat. cap. arceantur, 3. q. 7. & gl. in l. sumptus, ff. de pact. præsertim, cum promissio talis de dando magno palmario in solo casu victoriæ, est probabiliter dare magnam occasionem tractandi causam illicitè, vt per fas, & nefas vincat, eo quod dabitur ei palmarium si vincat, non autem si vincatur. Datio autem occasionis a lege prohibitæ, peccatum est, ex Nau. in Man. cap. 3. nu. 10. & cap. 24 nu. 25.

DECISIO II.
Ex cons. 2 aliàs 2. de Deposito.

2 PRocuratorem ad exigendos reditus facile recuperabiles constituens, nec aliquo ei ob labores subeundos consti-

Digitized by Google

constituto salario, nihil ab eo accipere licet, eo quod ei officium illud concedit, quamuis exinde huiusmodi procuratori aliqua redundet vtilitas, ex eo quod pecunias habet paratas semper, quibus in commodum suum vti possit, donec eas Domino suo certo aliquo & statuto tempore soluere soleat: cum potius Dominus illis pro labore, opera, & industria recipiendi, custodiendi, & soluendi reditus, & pecunias illas, aliquid mercedis loco soluere teneatur, & iniustus omnino contractus est, quod operarius, ei cui operatur, aliquid soluat.

DECISIO III.

Ex cons. 3. aliàs 1.

3 PEnsionarius societatem aliquam per procuratores suos constituens, & cuilibet sociorum in solidum ad recipiendum pensiones quasdam sibi debitas mandatum dans, virtute cuius vnus dictæ societatis eas recepit, deficiente postea societate, pensionarius præfatas pensiones de pecunijs illius societatis, & nõ de recipientis bonis sibi soluendas repetere potest, & debet, easque societas soluere tenetur; non solum quia omne æs alienum, quod manente societate contractum est, de communi soluendũ est, l. omne autum. ff. pro socio, & gloss. ibi, etiamsi ab vno sociorum contrahatur; sed etiam quia quicquid vnus socius tanquam procurator constitutus contemplatione societatis facit, ipsam etiam societatem obligat; sicut & accipiens pecuniam ratione officij, cui præponitur, etiam præponentem obligare censetur. l. quicunque, §. non tamen, & l. fin. ff. de instit. act.

TITVLVS XXIII.

De his, quæ vi, metusve causa fiunt.

SVMMARIVM.

1 *Papa iusta de causa, super omni iure humano dispensare potest, & sic vt Diaconus fiat miles S. Ioannis, & pugnando, & occidendo, non fit irregularis.*

2 *Gesta metu, eo cessante, qui sciens illa esse nulla, exercet, ratificare videtur.*

3 *Ordinatus sacris metu, characterem recipit, sed continere non tenetur, & quare.*

4 *Matrimonium contrahere potest, qui religionem ante 16. ætatis, vel Nouitiatus annum est professus.*

5 *Professio ab initio ob metum nulla, per actus professorum non validatur, nec tractus tempus reconualescit.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. aliàs 3.

1 CVm Papa super omnibus iure humano inductis, iusta de causa dispensare queat, capit. cuncta per mundum 9. q. 3. & cap. proposuit, de conces. præben. ex iusta etiam causa dispensare potest, vt ob reuerentiam, & metum parentum ordinatus Diaconus, & beneficium adeptus, eo retento, non teneatur Presbyter fieri; sed vt translatus ad Religionem S. Ioannis Ierosolimitani bella iusta, & tanquam militum ductor proprijs etiam manibus sine irregularitatis incursione bellare possit, nec ad horas Canonicas dicendas, sed tantum ad orationes, & preces Militum S. Ioannis Ierosolymitani teneatur; præsertim, cum hæc omnia iure humano solum inducta esse constet.

DECISIO II.

Ex cons. 2. & 3. aliàs 4. & 5.

2 MEtu iusto, & cadente in virum constantem a patre illato, ætatis annum decimum sextũ agens, aut decimumseptimum, sacros Subdiaconatus, & Diaconatus ordines suscipiens, sed nunquam postea id vero animo ratificans, licet longo tempore taceat, & non reclamet, putans se non posse id iuste facere, quamuis etiam per metum & errorem multoties viuente patre durante eodem metu, & semel etiam post mortem eius Epistolam, aut Euangelium, citra tamen ordinis approbationem, in Ecclesia solemniter cantauerit; vxorem ducere potest, & iustam petendi, & cum eo dispensandi causam habet. Quamuis enim ordinatio illa quoad characteris impressionem tenet, eo quod, quoad id sufficit consensus etiam metu extortus, c. Maiores, §. item quæritur, de baptismo, quoad votum tamen continentiæ; seu obligationem ad continendum ordini sacro annexam non valet; sed neque sic per iustum metum ordinatus, ad continentiam tenentur, c. 1. & 2. de his quæ vi, & gl. ibi. & fauent Angelus ver. ordo. 3. §. vlt. Sot. 4. d. 25. q. 1. art. 2. conclu. 9. & d. 39. q. 1. ar. 3. conclu. 11. & li. 7. de iusti. q. 2. ar. 1. cum votum iusto metu factum ipso iure nullum, & irritum sit. cap. 1. de his, quæ vi. & glo. in d. c. 2. eod. tit. idemque ait. Nau. in Man. cap. 12. nu. 32. Quamuis etiam actus metu gestus expressè, & tacitè ratificari possit, immo illum metu cessante exercens ratificare videtur, si sciat illum esse nullum, & eũ exercet animo roborandi, & faciendi illum de inualido ualidum; non tamen si ignorat esse inualidum, eumque exercet putãs per errorem esse validum; vnde qui post mortem patris qui vim intulit actum ordinis exercet, non quidem vt ratificet actum metu gestum, sed vt satisfaciat ordinis obseruantiæ ad quam per errorem obligatum se putat, nullo modo ad continentiam seruandam vi illius ordinis recepti, aut exercitij actus illius tenetur, sed iustam habet causam petendi dispensationem, ex eo quod metu facta, aut ipso iure sunt nulla, aut certè rescindenda sunt. c. Abbas, & ibi gl. de his quæ vi. & Nau. in Man. prælud. 6. nu. 4.

DECISIO III.

Ex cons. 4. aliàs 2.

3 ORdinatus Subdiaconus metu iusto, & cadente in virum constantem, & sine dispensatione vlla ducens vxorem, ex qua liberos procreat, quamuis in foro exteriori vtilis ei sit dispensatio, ne detur occasio aliquibus existimandi Matrimonium illud esse nullum, & liberos susceptos illegitimos esse; cum manifestum omnibus, sit ordine sacro insignitum non posse vxorem ducere, & si ducat, nõ valere Matrimonium, & excommunicationem incurrere Clem. 1. de consanguin. & c. ante triennium, d. 31. in foro tamen conscientiæ nulla absolutione, aut dispensatione indiget, sed tuta conscientia, & coram Deo iustè prædictæ vxori suæ conuiuere potest, cum quoad illud forum sit verè eius maritus, ex eo quod ordinatus metu solum ordinis characterẽ suscipit. c. Maiores, de baptismo, c. vbi ista, d. 74. ad continendum autem non tenetur, cum votũ metu factum nullum, & inualidum sit. c. 1. & 2. de his, quæ vi. In quo casu tam Episcopus sua potestate ordinaria, quam Papa ipsemet, vel alius per eius commissionem, aut dispensare potest, si, & quatenus opus esset, aut declarare Matrimonium illud validum esse, & liberos ex eo susceptos verè legitimos esse.

DECISIO IX.

Ex cons. 5. aliàs 9. de his, quæ vi metus, & 89. de regular.

4 PRofessio metu reuerentiali in Religione S. Ioannis Ierosolymitani, aut alia quacunque Religione ante decimum sextum ætatis annum, vel ante finem anni nouitiatus facta, ipso iure nulla est, ex Concil. Tri. sess. 25. c. 15. de Reg. neque per gestationem habitus annalem validatur; & talis, vel sua sponte discedens, vel aliqua de causa a religione expulsus, licitè vxorem ducere potest, nisi aliud canonicum impedimentum obstet: cum talis professio nullum inducat effectum; adeo quod neque professio facit religiosum in genere, id est, obligatum ad intrandum aliquam religionem, sicut ante Tridentinum obligabat, c. Non solum. de Regul. in 6.

Digitized by Google

DECISIO V.
Ex consil. 6. 7. aliàs deest in Nouis 6.

5 PRofessio propter metum patris mortem minantis in religione approbata facta, & in qua per tres annos viuente patre manens sacris ordinibus ad titulum religionis promouetur; per promotionem illam ad sacros ordines valida non censetur, cum votum quod ab initio ob metum aliquem nullum est, solo tractu temporis, neque coram Deo, neque coram hominibus, concurrente etiam gestatione habitus, & permansione in Monasterio, & præstatione suffragij in Capitulo, & alia faciendo, quæ solis professis competunt, conualescit, cap. 1. de his quæ vi. & c. Non firmatur, de reg. iur. in 6. l. quod ab initio. ff. tit. eo. multoque minus per susceptionem ordinis durante causa iusti metus professionem suam ratificari præsumi debet, quæ est res separata a professione, & a separatis non fit illatio. l. Papinianus, ff. de minoribus. Peccat tamen sacros ordines suscipiendo, & malè ordinatus est, quia scienter absque beneficio, & iusto patrimonio, & etiam absque iusto titulo religionis eos suscipit. c. Episcopos, c. tuis, c cum secundum, de præben. & c. neminem, dist. 72. Potest autem talis post cessationem metus iniustè impediẽtis a reclamãdo, cessante impedimento reclamare, si sit impedimentum iuris, quia iustè impedito non currit tempus, aut præscriptio. l. 1. C. de ann. except. & si sit impedimentum facti debet audiri per restitutionem, vt ait Panor. in c. ex transmissa, de præscr. Idemque de suscipiente ordines post cessationem metus, durantibus tamen impedimentis iuris, vel facti ad reclamandum, censendum est.

TITVLVS XXIV.

De in integrum restitutione.

SVMMARIVM.

1 *Dispensare potest Episcopus super incestu maiore adulterio.*

DECISIO I.
Ex consil. vnico, aliàs 3. de iudicijs.

1 EPiscopus, licet regulariter in criminibus maioribus adulterio dispensare non possit, in incestu tamen maiore adulterio, ex legis concessione dispensare valet: c. virginem, cap. si qua virgo, c. si quis sacro, 27. q. 1. Panorm. & Ioann. Andr. in c. at si clerici, §. de adulterijs, de iudic. & consequenter cum verbaliter, aut sententia sua ob incestũ spiritualem deposito dispensare, & illum etiam ad suos ordines restituere poterit. Quamuis enim incestus verus cũ matre, aut filia carnali, crimen maius adulterio sit. c. Adulterij malum, 32. q. 1. incestus tamen in remotiori gradu, vel cum cognata spirituali, crimen minus adulterio iudicatur, vt asserit S. Th. 2. 2. q. 154. ar. 9. & Caie. ibi, & proinde sine dubio in eo Episcopus validè dispensare potest.

TITVLVS XXV.

De Arbitris.

Hic titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Arbiter electus, vt inter actorem, & reum iudicet, quid facere teneatur.*

DECISIO I.
Ex consil. vnico in Nouis, deest in antiquis.

1 ARbiter electus, vt in conscientia inter Reum, & Actorem iudicet, illam fidem pro omnibus adhibere debet, quam iudex fori exterioris adhibuisset: vnde licet actori, etiam alioquin fide digno, iuramentum deferre nequeat, nisi pro ea parte, quam semiplenè probauerit; Reo tamen iuramentum purgationis, data præsumptione aliqua notabili contra eum, deferre potest.

Finis Libri primi.

DECISIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri collectarum.

LIBER SECVNDVS.

TITVLVS I.

De Iudicijs.

SVMMARIVM.

1 *Sodomiæ crimen mixti fori est, & ab vtriusque fori iudice puniri potest.*

2 *Episcopus cum verbaliter a se depositis dispensare valet.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtriusque.

1 IVdex Ecclesiasticus laicum confessum tantum per tormenta crimen Sodomiæ cum sua propria vxore commissum absque irregularitate iudici seculari pœna mortis ab eo castigandum tradere nec potest nec debet; sed facit officio suo satis, castigando eum Canonicè aliquo tulto exilio, & alijs pœnis pœnitentialibus, absque hoc, quod eum iudici laico puniendum tradat; præsertim cum Sodomia cum propria vxore admissa minus peccatum sit, quam cum alia persona, sed & confessio per tormenta exacta minus legitima probatio est: quia tamen Sodomiæ crimen mixti fori est etiam canonicè semel a Iudice Ecclesiastico punitum, Iudex etiam laicus talem laice punire valet. argum. capit. felicis, §. præmissis, de pœn. in 6. Panor. in cap. tuæ, de procur. & Feli. in c. de ijs, fal. 11. de accusat.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in vtriusque.

EPiscopus cum verbaliter a se depositis, etiam post depositionem verbalem, dispensare potest, præsertim si in sententia sua, vel Vicarij sui hoc faciendi potestas reseruata sit, dummodo depositio illa, ob adulterium, vel alia crimina eo minora, vel saltem non maiora, facta sit: Sin vero depositio talis ob hæresim, vel alia enormia crimina facta fuerit, cum eo dispensare nequit. Pan. Felin. Dec. & DD. in c. at si clerici §. de adulterijs, de iudic.

TITVLVS II.

De foro competenti.

SVMMARIVM.

1 *Episcoporum depositio, & eius causæ cognitio hodie soli Papæ reseruata est.*

2 *Canones de iurisdictione ordinaria deponentes omnem ordinariam includunt.*

3 *Nouitius persona ecclesiastica censetur, tum quoad beneficium canonis, tum fori, pro tempore quo in nouitiatu perseuerat.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. aliàs 2.

1 QVamuis olim Concilium Prouinciale, vel Metropolitanus, de causis criminalib. Episcoporum cognoscere, & contra eos procedere poterat, c. Quamuis, 3. quæst. 6. glo. in ca. biduum, 2. q. 6. Hodie tamen nec Metropolitanus aliquis, nec Concilium Prouinciale, nec alius quispiam Papa inferior de hæresi contra Episcopos cognoscere, aut informationem capere, aut processum contra aliquem Episcopum suspectum, aut accusatum de alijs grauioribus causis, ad effectum transmittendi probationes, & processum ad Romanum Pontificem, etiamsi hæreticæ prauitatis Inquisitores sint a Sede Apostolica deputati, sine expresso Papæ mandato facere, aut formare possunt; ex Conc. Trid. ses. 24. c. 5. de refor. et c. inquisitores de hær. in 6. sed omnis Episcoporum depositio, & eius cognitio Papæ reseruatur.

DECISIO II.

Ex cons. 2. aliàs 9. de priuileg.

2 CVm canones disponentes aliquid de iurisdictione ordinaria fouenda tollenda, vel moderanda, non solum ordinariam iure communi competentem, sed illam etiam, quæ consuetudine præscripta, vel Priuilegio, vel alio iusto iure, & titulo competit, includunt; ex eo quod lex generaliter loquens generaliter sit intelligenda, cap. felicitæ, § fina. de maiorit. & obedien. & iurisdictio ordinaria quocunque iure iusto quæsita propriè ordinaria est: cap. vlt. de offic. ordin. Possunt Abbates etiam non exempti, & alij, quibus olim, vel ex præscripta consuetudine, vel aliquo Priuilegio clericorum suæ Ecclesiæ, vel cumulatiuè cum ordinario, vel priuatiuè cognoscere competebat; etiam hodie non obstante Concilio Tridentino sessione 24. cap. 20. §. omnes causæ, de ref. eadem iurisdictione vti; cum Concilium generaliter de iurisdictione ordinaria loquatur & iurisdictione Abbatũ iusto iure, & titulo quæsitæ, etiam ordinariæ censentur.

DECISIO III.

Ex cons. 5. in Nouis. deest in antiq.

3 NOuitius cum persona ecclesiastica censeatur, non solum quoad beneficium canonis cap. si qui suadente, 17. q. 4. sed etiam fori, argum. cap. duo sunt genera, 12. q. 1. & ibi Io. Andr. & Dom. & Franc. in cap. beneficium, de reg. in 6. pro tempore quo in nouitiatu perseuerat, subiacetque suis prælatis, sicut & professi; Inde est, quod sicut cognitio, & punitio delictorum religiosorum professorũ, ad iudices ecclesiasticos, & prælatos eorum pertinet: ita etiam & nouitiorũm; poterit q. prælatus contra nouitium pro homicidio tunc perpetrato procedere, eumq. torquere, si opus fuerit per aliquem clericum, vel religiosum non per laicum, nisi in locis, in quibus consuetudo id licitum fecit, arg. c. vniuersitatis, de sent. exc. in 6.

TITVLVS III.

De Ferijs.

SVMMARIVM.

1 *Festum ob paruitatem, aut necessitatem opera non violatur.*
2 *Missa ab audienda quę distantia, & quos excuset.*
3 *Famuli artificum in ferijs laborantes peccant, nisi necessitas excuset.*
4 *Missa ab audienda excusantur agasones, qui vt minus impendant, longe se recipiunt.*
5 *Missam vt audiant pastores ouium, Dominus eorum curare debet.*
6 *Scribendi actio, quando opus seruile sit.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. in vtriusque.

1 LIcet festum ob paruitatem materiæ non violetur, & necessitas magna etiam a festo colendo excuset si tamen aliqua fiant quæ communiter a Magistratibus Ecclesiasticis prohibentur, a peccato omnino transgressores immunes non censentur; quamuis habita ratione paruitatis materiæ, & necessitatis a mortali peccato excusari possint.

DECISIO II.
Ex conf. 2. aliàs 3.

2 AGricolæ locantes operas suas menstruas pro certis locis remotis ab ecclesijs circiter tria, aut quatuor miliaria, quamuis aliquãdo, ratione ætatum, si admodum senes sint, vel temporum si pluuiæ sint in aliqua saltem abundantia, aut inundationes, & loca periculosa, & lutosa, fuerint, ab audienda Missa diebus sacris excusantur, si tamen robusti sunt, nec aliud vrgens impedimentum adest, ex eo solum quod tribus miliaribus, aut circiter a loco, vbi Missa audienda est, distant, nullatenus sunt excusandi.

DECISIO III.
Ex conf. 2. alias 3.

3 FAmuli artificum seruientes eis aliquot annis, vt eorum artes discant, si coacti a suis Dominis & magistris seruilia opera faciant, non proponunt discedere ab eis nolentibus eos aliter docere, peccant diebus festis laborando nisi necessitas artificum magna, aut propria excuset, etiam audito sacro; multoque magis si sacrum audire omittant; Nec a Confessarijs suis absolui possunt, nisi deinceps desistere firmiter proponant.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. in vtriusque.

4 AGasones, seu agentes equos, ac muliones pauperes extra vrbes & castra commorantes in hospitijs & locis plurimum distantibus ab ecclesijs, & in quibus minoris emuntur necessaria ab audienda Missa excusantur, si principaliter huiusmodi loca, & diuersoria, vt minus impendant & non vt ab auditione Missæ excusentur, adeant ex Na. in Man. c. 13. & ca. 22. nu. 3.

DECISIO V.
Ex conf. 5. in vtriusque.

5 PAstores ouium longe ab Ecclesijs constituti, si possunt, ita inter se conuenire debent, vt vel maior pars, vel aliqui saltem Missas audiant, nec illis seruire debent, qui custodes ad id necessarios locare nolunt, cum vt Missas audiant pastores ouium Domini eorum curare teneãtur.

DECISIO VI.
Ex conf. 6. in Nouis deest in antiquis.

6 CVm opus seruile, opus manuarium sit magis propriè seruis conueniens quam ijs, quibus seruitur, ex Na. in Man. c. 13. num. 3. quamuis scribendi actio, prout est opus per animi prudentiam, id est, prout significat legem condere, aut librum componere, opus seruile non sit, quando tamen ex vna scriptura alia similis transcribitur, actio seruilis est. Non tamen ex eo solum opus seruile aliquid efficitur, quod ob lucrum, vel mercedẽ fiat. ita Ca. 2. 2. q. 122. art. 4. Nauar. in Man. cap. 13. num. 5. & 12. Quando autem in die festo conceditur alicui facultas laborandi, ea solum opera concedi censentur, quæ vir bonus & prudens inspectis circunstãtijs personarum, causarum, siue occasionum generis operum, & alijs arbitrabitur. Arg. l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis, de offic. deleg. Ita vt maius tẽpus ad aliquid tonsuendum, vel ad barbas radendas, & capillos circuncidendos concedi potest, quam ad fodiẽdum in agro vel potandam vineam.

TITVLVS IV.

De causa possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij renunciati ipso iure non perditur, & sic spoliatus potest agere de spolio.*

DECISIO I.
Ex conf. vnico aliàs 1. de offic. iudic ordin.

1 POssessio beneficij per promotionem, vel renunciationem spontaneam ipso iure non perditur, donec relinquat possessionẽ, vel ab ea legitimè expellat. vnde gesta interim a possessore valẽt, adeo, quod si spoliaretur de spolio contra spoliantem iustè agere posset, ita Inn. in ca. super hoc de renunciat.

TITVLVS V.

De Restitutione spoliatorum.

SVMMARIVM.

1 *Legis humanæ mutatio vitanda, nisi eius vtilitas prapon deret.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. in vtriusque.

1 QVamuis omnia, quæ sunt iuris humani Summus Pontifex mutare possit & mutatio valeret, licet aliquando fieri non deberet; ca. Quæ ecclesia. de constit. a culpa tamen nõ excusatur, si absque iusta causa eam faceret. Quia licet consuetudo, & lex humana iusta de causa mutari possit, non tamen absque illa; sed nec cum illa, etiam, cum occurrit aliquid melius, nisi illud præpondera ret, & maioris momenti esset Reipublicæ quam malum, quod ea immutatione sequeretur: c. ridiculum. dist. 12. & S. Tho. 1. 2. q. 97. art. 2. præsertim cum ex mutatione illius ad alicuius præiudicium, & bonorum spoliationem procederetur.

TITVLVS VI.

Vt lite pendente nihil innouetur.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium S. Trinitatis Minimorum de vrbe, a quo fundatum sit & a quibus regendum sit.*

DECISIO I.
Ex conf. vnico in antiquis, alias consil. 9. de constit. in Nouis.

1 MOnasterium S. Triuitatis Minimorum in Mõte Pincio in vrbe Romana, a Rege Francorum ita fundatum est, & ab ipsomet S. Francisco de Paula eiusdem ordinis institutore hoc priuilegio donatur, vt semper per fratres Gallicæ nationis, quamdiu inueniantur, qui inibi resideie, & cultui diuino insistere voluerint, regatur; siu autẽ non reperiantur Galli illud inhabitare volentes, tunc & per alios regi, & inhabitari poterit; pariterque si locus suppor-

portare poterit, vltra quam reperiantur habitantes nationis Gallicæ, alijetiam aliarum nationum mixtim habitare poterunt. Quo priuilegio stante, solus Generalis pro conuentualibus, & filijs illius Monasterij, alios Monachos etiam eiusdem ordinis, in alijs Monasterijs professos, nolentibus Correctore, & maiore parte conuentus illius Monasterij, saltem lite inter Generalem, & eundem conuentum pendente, recipere non potest: Quod si secus fecerit, eiusdem Monasterij fratres Generali obedire non tenentur, sed modestè appellare superiorem adire possunt, & debent; per quam appellationem, & iuridicam superioris admonem, sententiæ, & censuræ Generalis contra eos latę suspenduntur.

TITVLVS VII.

De sequestratione possessionum, & fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum Clem. 1. de sequestr. possess. concordia partium non tollitur.*

DECISIO I.
Ex consil. 1. in vtrisque.

1 Sequestrum positum in iure Clem. 4. de seques. possess. concordia partium non tollitur, sed eo vsque durat, donec iudex litem finitam, & cócordiam validam esse declaret; ne alias aliquando vna pars dicere possit litem non esse extinctam nec concordiam esse validam: sicut a simili quamuis suspensio facta quoad aliquod certum tempus per aduentum illius tollitur, quia nulla potest esse dubitatio de illius aduentu; suspensio tamen facta donec satisfaciat, nō tollitur donec iudex declaret esse satisfactum: quia posset vna pars id affirmare, & altera negare ex Inn. in c. cum bonæ, de æta. & qual.

TITVLVS VIII.
De Confessis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio prior quando præualeat posteriori, & quando non.*

DECISIO I.
Ex consil. vnico in vtrisque.

1 Licet regulariter confessio prior ceteris paribus posteriori præualeat, cap. per tuas, de probation. Panorm. in cons. 51. par. 1. fallit tamen, quando posterior est per tormenta extorta, vel iurata iuramento, quod est tortura quędam spiritualis, ex Pan. in d. c. per tuas. nō autem prior; Et etiam cum prior est facta metu saltem reuerentiali, vel in loco non libero; posterior autem sine vllo metu, & in loco libero. Gloss. in c. præsens 20. q. 3. vnde puella, opera patris ingressa Monasterium, animo quotiescunque vellet, exeūdi, si post aliquot annos persuasa ab Abbatissa Monialis fiat; quod ęgre ferens pater, qui eam nuptui tradere cupiebat protestatur de nullitate professionis, eamque ab Episcopo examinari faciat, quæ respondit simpliciter se esse Monialem; postea autem e Monasterio educta, & a Commissario examinata iureiurando respondit se nunquā propofuisse fieri monialem, posteriori, non priori confessioni eius standum est, & pro nullitate professionis iudicandum atteoto quod prior illa confessio sine iuramento, & in loco non libero, & ex timore reuerentiali Abbatissæ præsentis facta fuerit, secunda vero cum iuramento, & in loco libero: attento etiam quod confessio mulierum in his, quæ ad matrimonium carnale, vel spirituale pertinent in loco libero, & plenæ libertatis fieri debeat, ca. cū locū, de sponf. Triden. sess. 24. de ref. Matrimo. c. 6. & sess. 25. c. 17. de reg. adeo, vt timor reuerentialis efficiat, ne professio etiam quo ad forum exterius valere censeatur. Gl. in d. c. præsēs, & c. 1. de his quæ vi. Man. cap. 22. num. 51.

TITVLVS IX.

De Probationibus.

Hic Titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

1 *Literis episcopi sigillatis, et non subscriptis in his, quæ eius officium tangunt, creditur.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 1. de fide instrumen.

1 Sicut literis Episcopi sigillatis, & non subscriptis in his, quæ ad officium eius pertinent; etiam sine Notarij subscriptione creditur, ita Deo, in c. post cessionem, de prob. Ita etiam, & beneficij collatio literis Notarij, & sigillo Episcopi munitis, & testibus, sine scriptura Episcopi probatur, c. 1. & 2. de fide instru. Rota dec. 38. de prob. in antiq.

TITVLVS X.

De Testibus, & attestationibus.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui falsum testando nullum lædit, irreligionem committit, non iniustitiam.*

2 *Credere non tenetur filius matri asserenti ipsum votum emisisse.*

DECISIO I.
Ex consil. vnico. alias 5. de crim. ne falsi.

1 Testis, qui falsum testando nullū lædit, quamuis contra religionem peccet, ex S. Tho. 2. 2. q. 92. & 97. ar. 4. quia tamen contra iustitiam non peccat, ad restitutionem quæ iustitiæ cōmutatiuę actus est, vt ait S. Th. 2. 2. q. 62. ar. 1. & q. 70. ar. 4. & N. in M. c. 17. n. 6. & 1. non tenetur; sed satis est, vt peccati commissi pęniteat; Si vero ex falso testimonio proximus damnum sustinuit tenetur dictum suū antequam sententia feratur reuocare, saltem debilitando suum testimonium falsum ei in toto, vel in parte prodesse poterit, c. Præterea, de testib. cogen. S. Tho. in d. q. 70. ar. 8. Man. c. 25. nu. 40. & aliam satisfactionem pro ratione dāni ex falso suo testimonio illati facere.

DECISIO II.
Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

2 Credere non tenetur filius matri asserenti ipsum votum in infirmitate emisisse: sicut nec credere matri suæ nuptæ tenetur, quod eum ex alio viro per adulterium genuit.

TITVLVS XI.

De Testibus cogendis, vel non.

Hic Titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus testimonium in causa sanguinis ferendo peccat.*

DECISIO I.
Ex consil 1. in Nouis, deest in antiquis.

1 Clericus testimonium in causa sanguinis ferens, non solum peccat, sed etiam si sequatur occisio, vel mutilatio, irregularis efficitur c. Sententiam, ne clerici, vel monachi. Vnde nec ad tale testimonium ferendum coram iudice seculari cogi potest. c. Quanquam 14. q. 1.

TITVLVS XII.

De fide instrumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitas instrumentorum, quod valeat ad rei probationem.*

2 Testi-

Digitized by Google

2 *Testimonium literarum Pœnitentiariæ, quanta auctoritatis sit.*

DECISIO I.

Ex consil. 4. in Nouis deest in antiquis.

1 SIcut antiquitas decem, aut saltem 30. annorum facit præsumi in omnes actus etiam extrinsecos, in eisque interuenisse solemnitates, ac requisitam agentium potestatem; ita etiam & duo antiqua instrumenta transumpti, in quo refertur ipsum originale, ad iuspatronatus alicuius probationem sufficere videntur.

DECISIO II.

Ex consil. 4. in Nouis, deest in antiquis.

2 QVamuis Maior Pœnitentiarius antequam per Pium V. extrau. 85. inc. In omnib. 1569. officium Pœnitētiariæ restringeretur ad forum conscientiæ de absolutionib. & dispensationib. quas in vtroq; foro faciebat, publicum testimoniū dabat; nunc tamen nec ipse, nec ij, quibus vt in dicto foro conscientiæ absoluant, & dispensent, mādat, iustè illud dare possunt, sed neque si darent, aliquid prodesset: quia licet iudex fori exterioris viso tali instromento, & cessante aduersario, dissimulare posset, ac ita se gerere cum prædictis, ac si ligati non essent in præiudicium tamē partis, tali instrumento fidem adhibere non tenetur.

TITVLVS XIII.

De iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento qui promisit aliquid non facturum, id faciendo peccat.*

2 *Procurator post mortem mandantis, iuramentum decisorium deferre non potest.*

3 *Iuramentum de non ludendo, saltem ad ludos malos, seruandum, sed ex causa relaxari potest, etiam ab Episcopo.*

4 *Iuramentum vi extortum non obligat, conditionale sic, sed facile remittitur.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. aliàs 3.

1 QVi accepto mandato de renunciando beneficium in fauorem suum, cum iuramento promittit, se non vsurum illo mandato, nisi reseruata certa pensione alicui; si postea illo vtatur, & post quæsitam possessionem rogatus, vt se obliget ad soluendam pensionem, quam reseruari voluit resignans ad certa opera pia, quamuis peccet vtendo prædicto mandato ad resignandum contra suum iuramentum, cap. Si vero, de iureiur. & c. quamuis, de pact. in 6. nullam tamen ex illius iuramenti transgressione irregularitatem, aut inhabilitatem ad beneficium illud retinendum incurrit, Arg. cap. querelam, & c. tua, de iureiu. nec post adeptam possessionem beneficij aliquid in signum gratitudinis, vel paupertatis, vel subuentionis intuitu, resignanti soluens, quoad forum conscientiæ, simoniam committit, c. Tua de simonia Man. ca. 23. n. 107. quia intentio, & animus resignantis, vt resignatarios non ve illud faciat post habitum beneficium, nihil nocet, quoad forum conscientiæ, nisi exprimatur, & deducatur in pactum: Hanc tamen gratitudinem resignatarius erga resignantem cautè exercere debet, ne quoad forum exterius virtute Bullæ Pij V. Extrauag. intolerabilis, edita ann. 1569 quæ est 87. in ordine, Ma. c. 23. nu. 110. confidentia præsumi posset.

DECISIO II.

Ex consil. 2. aliàs 5.

2 PRocurator constitutus in causa ciuili, & factus Dominus litis, mortuo suo principali, re integra nec subire, non deferre iuramentum litis decisorium potest; non solum, quia mandatum procuratoris regulariter re integra morte mandantis expirat. Clem. fi. de procur. ca. Mandatis, de offic. deleg. l. inter causas, ff. mandati, sed etiam quia iuramentum decisorium, specialissimum mandatum requirit, quale procurator, mortuo mandante habere nō potest.

DECISIO III.

Ex consil 3. aliàs 1.

3 IVrans non ludere ad Cartillam, siue cartetam, siue Primeram, & similes ludos vetitos, & malos, sub pœna adeundi Ierosolymam, promissum seruare tenetur, illamque si iuramentum fregerit adire obligatur, sicut obligaretur, qui voueret non ludere sub simili pęna, & ludere illicitè; potest tamen iuramentum illud iusta de causa etiam ab Episcopo relaxari, sicut & votum. Man c. 12. nu. 75. Per Cruciatam vero a fractione iuramenti, quamuis non voti adeundi Ierosolymam Cōfessarius absoluere potest, Cum iuramenti relaxatio de adeundo terram Sanctam Papæ reseruata non sit, sicuti est relaxatio voti idipsum faciendi. cap. ex multa, de voto, & gl. ibi, & Extrau. Etsi d omini, de pę. & remiss. Man. d. num. 75. & præsertim cum dispensatio huius non concedatur specialiter confessario legitimè per Cruciatam electo, sicut illius; Sicut econtra aliquando per Iubilæum relaxari potest a Confessario votum adeundi Ierosolymam, & non iuramentum, cum in eo solum detur facultas dispensandi super votis nulla facta mentione de iuramentis, quæ sont diuersa ab illis, & a diuersis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minoribus, maximè in dispensationibus, quæ sunt odiosæ, & exorbitantes, c. quæ a iure, de reg. iur. in 6.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. aliàs 2.

4 QVamuis Iuramentum absolutè metu, seu vi pręcisa factum vix inueniri poterit; eo quod voluntas hominis ad actum aliquem immediatè ab ea prodeūtem volendum, aut nolendum vi præcisa cogi nō possit, S. Th. 1. 2. quæstio. 9. artic. 4. & 5. Man. prælud. 6. num. 2. & 4. violentum autem fit a principio extrinseco, passo non opitulante; huiusmodi tamen iuramentum violenter vi præcisa factum, iurantem non obligaret, cap. Sacris, de his, quæ vi, c. presbyteros, d. 56. conditionale verò præstitum, dummodo licitum sit, iurantem obligat, c. verum, si vero, de iureiur. quamuis absolutio in tali euentu iustè peti possit, & præstanda sit, c. 1. & c. debitores ut. eo.

TITVLVS XIV.

De pręscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij onera in fundatione posita, implenda sunt, nisi legitima præscriptione sublata sint.*

2 *Præscriptione 40. annorum res aliena iuste possidetur.*

DECISIO I.

Ex consil vnico in vtrisque.

1 LIcet regulares qualitates, & onera a patrono in fundatione beneficij imposita sub peccato, tam iure antiquo, c. Eleutherius 18. q. 2. & c. cū dilectus, de const. & c. super eo, de iurepatr. quā nouo Cōc. Tri. ses. 25. c. 5. de ref. implenda, & seruanda sint; quia tamen lex posita a patrono in fundatione beneficij, firmior esse non potest quā lex posita a Papa in Ecclesiæ gubernatione, cum a potentiori causa maior producatur effectus, l. cum multa, C. de bo. quæ lib. ideo sicut lex aliqua siue a Papa, siue Regis a principio non recepta, nec seruata, non ligat, c. in istis, §. leges, d. 4. & Fel. in c. 1. de treug. & pac. ita neque lex patroni beneficio in fundatione imposita ab initio nec recepta, nec seruata, vim obligandi beneficiarium, aut in foro exteriori, aut interiori habet; sed beneficiario sufficit, quod lex illa vel non monstretur esse a principio seruata, quia facta non præsumuntur, nisi probentur, c. cum in iure, de offic. deleg.

Digitized by Google

deleg. & l. mād. princ. vel si recepta, & seruata fuerit, quod legitima præscriptione sublata sit, & quod beneficium illud lōgo aliquo tempore, quadraginta scilicet, vel circiter annis liberum ab oneribus in fundatione iniunctis ab ipso, & prędecessoribus suis bona fide possessum fuerit: cum in bonis, & iuribus ecclesiasticis per lapsū triginta, vel quadraginta annorum etiam in valde præiudicialibus titulus iustè præsumatur. cap. de quarta, c. ad aures, c. illud autem de præscr. Bald. tract. de præscr. 3. par. 3. partis, q. 10. num. 27. & possessor in dubio bonam fidem habere censetur, Gl. in c. Sanctorum, verb. syncerè. & in c. si diligenti, ver. bona fide, de præscr. Iura verò antiqua cum Tridentino solum de oneribus, & qualitatibus beneficiorum, quę semel recepta, & seruata, nec aliqua postea præscriptione legitima sublata sunt, intelligenda sunt.

DECISIO II.

Ex consil. 3. & 5. in Nouis; desunt in antiquis.

2 Præscriptione 40. annorum res aliena tuta conscientia possidetur; dummodo præscribēs nec sciebat, nec scire debuit rem alterius esse; quam tamen ignorantiam probabilem non habere censetur is, qui in domo sua publica documenta habuit rem alterius esse.

TITVLVS XV.

De sententia, & re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in non citatum, vel inauditum lata est nulla.*
2 *Regulares verbo defensionis, non appellationis, uti solent.*
3 *Delictum meum non dicitur deductum in iudicium, licet socius criminis in iudicium vocetur.*

DECISIO I.

Ex consil. vnico. alias 5. de appel.

1 Sicut omnis sententia a iudice incompetente lata, capit, cum super, de offic. deleg. vel in damnum particularis personæ, saltem sine causa rationabili, & ab eo, qui nō habet Regalia, seu qui superiorem recognoscit, Pan. in c. cum omnes. de constit. est ipso iure nulla; ita etiam & contra nō citatum, vel non auditum legitimè, ordinatio, vel sententia data, ipso iure nulla censetur, ca. Nos in quenquam, 2. q. 1. a quocunque superiore siue ab Imperatore, Cle. pastoralis, §. ceterum, de re iud. siue a Papa feratur. c. 1. de causa possess.

DECISIO II.

2 Regularis licet grauatus verbo appellationis, & petitionis Apostolorum, quo seculares Clerici vtuntur, vti nequeat; remedio tamen defensionis, quæ est iuris naturalis, quam appellatio in se includit, vti potest, cū Religiosus peioris conditionis esse non debeat, quam alij, sed melioris; nec magis grauari, quam alij, sed lōge minus propter quod sunt eis multæ immunitates, & priuilegia concessa, c. 1. de priuil. in 6. vnde taliter grauatus etiamsi non possit appellare, aut per viam appellationis ad superiorem accedere: potest tamen per viam simplicis querelæ superiorem grauantis adire. Pan. & alij in ca. dilecti, 2. de appell. & superior, causa cognita, ea facere tenetur, quæ bonus & rectus iudex ad se appellanti legitimè faceret, cū itineris arrepto ad superiorem, vim & effectum appellationis obtineat, c. dilecti, 2. de appella.

DECISIO III.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

3 Delinquentibus duobus vnum delictum, ob quod incurritur irregularitas, quamuis contra vnum intentata sit actio in iudicio, si tamen defectu probationis absolutus sit, alter virtute Concilij Trid. sess. 24. c. 6. de refor. ab ordinario dispensari potest, eo quod delictum illius in iudicium deductum non sit, quamuis socius criminis in iudicium vocatus sit. Res enim inter alios acta, alijs non præiudicat, quibus res iudicata non nocet, l. 1. & 2. C. res inter alios acta. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 254. vnde cum illius delictum adhuc occultum sit, ordinarius in eo dispensare valet.

TITVLVS XVI.

De Appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Cardinalis reuerenter recusari potest.*
2 *Appellare a sententia definitiua, vel ab interlocutoria quando liceat.*
3 *Appellari potest ad Papam ab omni sententia definitiua.*
4 *Appellare quando Regularibus liceat.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 3.

1 Quamuis Legatus a latere sententia, & iudicium sine causa recusari non debet, honestè tamen, & reuerenter recusari potest, cap. Nouit, de appel. & Pan. & Dec. ibi. cum etiam & totum vnum Concilium Prouinciale recusari, & ab eo appellari possit, c. Suspecti, 3. q. 5. Pan. & Feli. in c. 1. de iud.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 1.

2 Iudex in omnibus casibus, in quibus legitimè appellatur, hoc est, intra legitimū tempus, c. ab eo, de appell. in 6. seu decendium. Auth. Hodie, C. de appel. appellationi deferre tenetur. Et quamuis olim tam a definitiua, quam ab interlocutoria regulariter in omni causa appellare licebat: a definitiua quidem non expressa iusta causa appellādi, cap. 1. de appel. in 6. dummodo non sit causa, in qua, vel a iure, vel ab homine remouetur appellatio: (quia tunc etiam a definitiua appellare non licet, nisi exprimatur iusta causa ad appellandum) c. licet, de off. ord. & gl. ibi, & cap. Romana, §. si autem, de appel. in 6. Ab interlocutoria antē iure canonico scriptis, & expressa iusta causa appellandi, e. vt debitus honor, de appel. & c. 1. de appel. in 6. post Concilium tamen Tridentinum, sess. 13. c. 1. de ref. & sess. 24. ca. 20. de refor. ab interlocutoria in causis criminalibus appellare non licet, nisi quando grauamen per illam illatum non possit per appellationem a definitiua tolli, sed nec a definitiua etiam appellari potest in causis visitationis, & correctionis, habilitatis, & inhabilitatis; quod tamen ita intelligendum est, vt non nisi iusta de causa expressa id fiat, c. Romana, §. si autem, de appel. in 6. & iudex qui iustę appellationi non defert, puniendus est, c. de priore, de appel. & c. 1. de appell. in 6.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 2.

3 Ab omni sententia definitiua, vel habente vim definitiuæ Concilij Prouincialis ad Papam, vel ad Concilium Generale appellari potest, c. 1. de iudic. & regulariter appellatio iusta sententiæ executionem, & inde sequuta suspendit, l. 1. ff. nihil nouari pen. appe. nisi in casu quo iudex procedit cum clausula, omni appellatione remota, c. Pastoralis. de appel. vel cum appellatur a sententia excommunicationis, d. cap. pastoralis, §. verum, vel ab alijs censuris, c. is cui, §. fi. de senten. exc. in 6. vel cum appellatio est friuola, cui iudex a quo non detulit, c. cum appellationibus, de appell. in 6.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. alias 4.

4 Cum appellatio defensio quædam sit, c. cum inter, de except. & non quæcunque, sed quæ iure naturæ debetur, & proinde nemini deneganda sit, Clem. pastoralis, §. cæterum, de iudic. non solum potest religiosus in causa ciuili, & criminali, sed etiam in causa immoderatæ correctionis ad suam innocentiam tuendam, ad superiorem appellare, & recurrere, cap. reprehensibilis, & cap. de priore, & Dec. ibi, de appel. & c. licet, de offi. ord. & glo. & Par. ibi, & superiore nimis in eum sæuiente, de monasterio fugere

gere licet, nec propterea dicetur, aut erit Apostata. Bald. in capit. ad nostram, de appell. Immo Abbate odio grauante monachum iuste arma pro defensione sua monachus acci pere potest. Card. in Cle. 1. §. præfatæ. de statu mon. Et inique, & irreligiose validè facit superior, qui iniustas appellationes a se oppressorū non admittit, nec licentiā dare vult prosequendi, & adeundi superiorem, peiusq; facit qui sub ditum suum in carcerem inedia torquendum conijcit, donec appellationi, & iustæ defensioni renunciet, & grauiter puniri debet, c. de priore, de app. & glo. & Dec. ibi. cum iure naturæ, & canonico omnibus oppressis appellatio concedi debeat, c. Ad Romanam 1. & 2. 2. q. 6. a qua cōcessione nullo vnquam iure religiosus reperitur exclusus. Quod si ius, c. ad nostram, de app. aliquādo religiosis appellationem prohibere videatur, de nō oppresso, & iniusta de causa appellante, loquitur; sed neque Concilium Tridentinum sess. 25. capit. 4. de Reg. appellare vetat religiosum, sed solum adire superiorem sine licentia Prælati prohibet, quod longe diuersum ab appellatione est, & a diuersis, & separatis illatio fieri non potest, l. Papinian. ff. de minorib.

Finis Libri Secundi.

DECISIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri collectarum.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De Cohabitatione Clericorum, & Mulierum.

SVMMARIVM.

1 *Fornicator notorius est suspensus, & nisi prius pœniteat, celebrando fit irregularis.*

DECISIO I.

1 SAcerdos fornicator notorius suspensus est, c. præter, distin. 31. & nisi prius pœniteat, celebrando irregularis efficitur. c. Si qui sunt, dist. 81. Man. c. 25. nu. 76. & quamuis in foro interiori sola pœnitentia interior sufficit cum sacramentali confessione ad hoc, vt irregularitatem non incurrat, quam ante actam pœnitentiam celebrando incurreret. Turrecr. in d. c. si qui sunt, §. verum. in foro tamen exteriori etiam requiritur exterior, cum in hoc foro de non apparentibus, & non existentibus idem iudicium sit, ca. si Sacerdos, de offic. ord.

TITVLVS I.

De Clericis non residentibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia simplicia de consuetudine residentiam non requirunt.*
2 *Lex prior, vel posterior generalis non tollitur, sed limitatur per specialem.*
3 *Seruitium 40. annorum ecclesiæ præstitum a residentia non liberat.*
4 *Parochus ex iusta causa, & licentia a residentia excusatur.*
5 *Regularis beneficium residentiam requirens canonicè adeptus, in eo residere tenetur.*
6 *Resi lons, sicut alij similes residere solens, an excusetur.*
7 *Consuetudo non residendi in similibus excusat a residentia per fundatorem imposita.*
8 *Consuetudo, quod interessens certis officijs diuinis lucretur distributiones pro illis, & alijs assignatur, est iuri contraria.*
9 *Distributiones quotidianæ ei debentur, quem necessitas corporalis tenet.*
10 *Residere censetur, qui de mandato superioris abest.*
11 *Canonicus inseruiendo prælato suo fructus, non distributiones percipit.*
12 *Dispensatio superioris iusta de causa a residentia, & promotione ordinum excusat.*
13 *Beneficiariorum residentium, & morientium suis ecclesijs fructus successori debentur.*
14 *Distributiones quotidianas canonicus absens percipere nequit.*
15 *Anniuersaria sub distributionibus quotidianis non comprehenduntur.*
16 *Litigans circa iura sui beneficij iustam causam non residendi habet.*
17 *Canonicus frequenter absens ab horis, vt parochiali inseruiat, distributiones non lucratur.*
18 *Beneficium curatum habens, residere, & per se curam exercere tenetur.*

DECISIO I.

Ex consil. 1 aliàs 4.

1 CVm constitutiones pœnales benignius interpretandæ sint, c. in pœnis, de reg. iur. in 6. & consuetudo saltem immemorialis omni iuri humano præiudicet, c. super quibusdam, de verb. signif. non tenetur habens Capellaniam in Ecclesia Cathedrali vi constitutionis Sixti V. (Edictū) hoc non extat in Bullario. autem contra non residentes promulgatę, ad reddendum in ea, dummodo ab immemoriali tempore Capellani præfatæ Capellæ absentes dictis Capellanijs per suos Vicarios seruierint, e. cum omnes, de constit. nec cultus Diuinus inde minuitur; maximè cum beneficia simplicia de consuetudine residentiam non requirant. Innoc. in cap. fin. de cleric. non resid.

DE-

DECISIO II.

Ex conf. 2. aliàs 1.

2 SIcut lex generalis prior non tollitur, sed limitatur, per posteriorem specialem in aliqua specie illi contrariam quoad illam speciem: ita etiam lex generalis posterior per legem priorem specialem ei contrariam quoad illam speciem limitatur, l. Sed & posteriores, ff. de legib. etiamsi in lege noua poneretur clausula illa, *Non obstantibus legibus contrarijs*, Dec. in Reg. in toto, ff. de regul. iur. a num. 7. vnde consequenter nec statutum, quo Concilium Tridentinum sess. 24. c. 12. §. præterea, de reform. disponit, vt omnes Canonici teneantur residere, & quod non possunt abesse vltra tres menses, & quod nemo percipiat fructus in absentia, derogando statutis, & consuetudinibus contrarijs derogare censetur duobus illis capitibus iuris antiqui c. de cetero, & c. ad audientiam, de cle. non resid. quæ sunt leges speciales, & hanc generalem Concilij constitutionem limitantes sicut neque per præfatum Concilium derogatur alijs canonibus, c. 1. de cler. non resi. in 6. quibus conceditur infirmis, & detentis legitimè lucrari fructus in absentia, sed Concilium potius per illos limitatur.

DECISIO III.

Ex conf. 3. aliàs 12.

3 CAnonicus qui quadraginta annis seruiuit Ecclesiæ, non liberatur ex hoc a residentia, cum id nulla lege statutum sit, & post Tridentinum, sess. 24. c. 16. de ref. Canonicatus personalem residentiam requirit, non obstante quacunque consuetudine antiqua; Et qui non interest officijs diuinis, distributiones quotidianas lucrifacere non potest.

DECISIO IV.

Ex consilio 4. aliàs 15.

4 PArochus, qui ex iusta causa licentiam scriptam habuit ante Concilium ab Episcopo suo absentandi se ab Ecclesia sua parochiali: etiam post Concilium Tridentinum sess. 23. c. 1. de ref. & c. relatum, de cleric. non resid. sine alia noua licentia abesse potest: cum licentia semel data, quousque reuocetur, durat, etiam post mortem concedentis: Arg. c. si super gratia, de offi. dele. in 6. vnde & parochi qui ante Concilium Tridentinum causa studiorum licentiam ab Episcopo absentandi se obtinuerunt, c. cum ex eo, de elect. in 6. etiam post Concilium confirmatum nouam licentiam petere non tenentur.

DECISIO V.

Ex conf. 5. aliàs 19.

5 CAnonicus regularis retento suo statu regulari, licet parochialem de nouo obtinere non possit, vel obtentam ante professionem post eam factam retinere, nisi cum legitima dispensatione, ca. ne pro cuiuslibet 16. q. 1. c. si quia iam translatus, 21. q. 2. Cle. Ne in agro, §. sanè, 2. de statu monac. Ecclesiam tamen residentiam requirens canonicè adeptus, in ea potius quam in Ecclesia regulari, cuius est Canonicus, residere tenetur: cap. 1. 18. q. 1. & c. cum olim. 2. de priu. Propter suam tamen parochialem, aut residentiam in ea, statum suum regularem non amittit, sed obligatus manet ad castitatem paupertatem, & obedientiam, licet hanc non debeat prælato regulari, dum residet in parochiali seculari, sed Episcopo illius superiori.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. aliàs 5.

6 REsidens, sicut alij similes residere solent, satisfacit, nisi postea iuxta Concilij Tridentini decreta sess. 21. capit. 3. de ref. & sess. 22. c. 3. de ref. alia residentia cum consensu Capituli singulis imponatur, tunc enim residere tenebitur, & interesse diuinis officijs eo modo quo ab ipsis fuerit ordinatum.

DECISIO VII.

Ex conf. 7. aliàs 6.

7 CVm de similibus idem sit iudicium, c. Dudum, de el. consuetudo non residēdi in similibus, scilicet vel per aliū idoneum, & ab Episcopo approbatū excusat a residentia tali vel tali modo a fundatore imposita: maxime cum Episcopus ex consensu patroni iusta de causa dispensare possit super qualitate ad beneficium tuendum requisita. Fel. in c. cum accessissent, de constit. num. 18.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. aliàs 9.

8 QVamuis distributiones assignari possint certis quibusdam horis, & non alijs, statuit tamen nō potest, quod quis beneficiariorum interessens certis officijs diuinis, lucretur distributiones non solum assignatas pro illis, sed etiam assignatas pro alijs, vel quod interessens vna hebdomada certis officijs lucretur illa, quæ pro illis alia hebdomada interessentibus eis dari solent: Et si quæ talis alicubi consuetudo sit, & illicita est, & tam iuri antiquo, cap. 1. de cler. non resid. in 6. quam nouo Cōcilij Tridentini decreto sess. 24. c. 12. de refor. ius antiquum innouanti, omninò contraria.

DECISIO IX.

Ex conf. 9. aliàs 11.

9 CAnonicus coniectus in carcerem propter suspicionē homicidij, & ob indicia tortus, & tandem absolutus, & innocens iudicatus omnes fructus, & distributiones quotidianas Ecclesiæ, quæ inter alios, canonicos præsentes, & officijs diuinis interessentes distribuuntur: lucrifacit, eo quod omnis necessitas corporalis non solum ea, quæ reddit impossibilem aditum ad diuina, vt est cōiectio in carcerem, sed etiam quæ redddit incommodū notabiliter corpori, ita vt etiamsi posset ire, modo non posset sine læsione corporis, puta quia est sanguine minutus, vel accepit potionem aliquam medicinalem, efficit, vt absenti reddantur fructus, & distributiones quotidianæ, quas lucratus fuisset si sic impeditus non fuisset: cap. 1. de cler. non resid. in 6. & Dom. ibi & ca. quoniam, dist. 88. cum nemo ad impossibile obligetur. c. Nemo, de reg. iur. in 6. nec culpa carens damnum pati debet. c. de constitut.

DECISIO X.

Ex conf. 10. aliàs 8.

10 HAbens Canonicatum, vel dignitatem in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata residēdo in Curia Romana, de mandato sui Capituli, vel Collegij, pro causis, & negotijs Ecclesiæ suæ gerendis satisfacit obligationi quam habet residendi in sua Ecclesia, tam secundum iura communia antiqua, c. ex parte, de cler. non resid. quam noua Concilij Tridentini, sess. 24 c. 12. de ref. & residere censetur, etiam quoad quærendos fructus temporis, c. cum non deceat, de elect. in 6. & etiam distributiones lucrandas pro toto tempore quo abest, pro Ecclesiæ suę vtilitate; Archid. recep. in c. 1. tit. & h. eod. Sicut etiam & Regularis ob Monasterij sui, vel amici eius negotia, de superioris sui licentia absens, residere censetur & præsens in suo Monasterio. Ar. ca. Monachi, 2. & c. qui vere, 16. q. 1. Inno. in c. cum I & A. de re iudic. Immo & Nouitius, qui iuxtà Concilij Tridentini decretum, sess. 25. ca. 15. de reg. professionem facere nō potest, nisi in religione resederit per annum, siue in Monasterio, siue extra, de mandato & licentia superioris resideat negotia vtilia ei faciendo, ita residere censetur, vt annum probationis compleat Silu. ve. Religio. 5. q. 19. & Nau. c. statuimus, n. 75. com. 4. de Regular.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. aliàs 2.

11 EPiscopi in suis obsequijs duos Canonicos suarum ecclesiarum retinere possunt, c. ad audientiam, & ca. cum dilectus, de cleric. non resid. & alij Prælati Ecclesiarum collegiatarum non Cathedralium qui sunt quasi Episcopi saltem vnum. Arg. c. his quæ de maior. & obed. Panorm. in c. de cetero, de cler. non resid. Quo tempore absentiæ, & seruitij, licet fructus suorum Canonicatuum lucrifaciant, distributiones tamen quotidianas, quas aliqui victualia vocant, & quæ tantum interessentibus diuinis diuiduntur, recipere non possunt, c. licet de præb. & c. de cetero de cler. non resi. nisi ex speciali Papæ licentia, præterquam in diebus, & mensibus, & negotijs illis, in quibus & propter quę etiam alij Canonici lucrifaciunt illas etiamsi absint: adeo quidem, vt consuetudo non possit eis prodesse; c. 1. de cler. non resid. in 6. Immo nec hodie remissio collegarum saltē præcedens earū amissionem illis prodesse potest ex Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de ref.

Digitized by Google

DECISIO XII.

Ex conf. 22. aliàs 18.

12 HAbens Canonicatum in Ecclesia cathedrali, cuius fructus, qui in quotidianis distributionibus consistunt, non sufficiunt eidem, vt secundum decentiã sui status viuat; ex dispensatione superioris a residentia, & promotione ad ordines excusari potest, donec maiores redditus acquirat, vt in Canonicatu, & ordine honestè, & decenter viuere possit. S. Thom. 2. 2. q. 147. art. 4. & Caie. ibi. Ma. præl. 9. n. 14. & c. 23. n. 42.

DECISIO XIII.

Ex conf. 13. aliàs 22.

13 FRuctus beneficiariorum residentium, & morientium in suis Ecclesiis successori debentur: non residentium autem sine legitima licentia in scriptis obtenta, & morientium extra suas Ecclesias Cameræ Apostolicæ redduntur; nec sufficit iusta causa cum licentia tacita, sed omnino necessaria est vt expressa sit, & in scriptis data, ex Con. Tr. ses. 23. c. 1. de ref. aliàs licentia data in foro exteriori nõ proderit successori, sed pro fisco, & Camera Apostolica iudicabitur, cũ actus sine scriptura factus, in quo lege, vel conuentione partium illa interuenire debet nullus sit. l. contractus, C. de fide instr. & glo. in c. de censib. in 6.

DECISIO XIV.

Ex consil. 7. in Nouis, deest in antiquis.

14 CVm consensu, & priuata pactione publico iuri præiudicari nequeat, l. ius publicum, ff. de pact. & c. diligenti, de foro compet. Nauar. in Man. c. 22. num. 59. vt canonicus absens, distributiones quotidianas percipiat, canonici præsentes concedere nequeant, sicut nec vt subdiaconatu carens vocem habeat, Capitulũ permittere valet. & Conc. Trid. sess. 22. c. 4. de ref.

DECISIO XV.

Ex consi. 13. in Nouis deest in antiquis.

15 ANniuersaria Manualia Missarum, & eleemosinarum. & alia his similia emolumenta, nec sub fructibus, redditibus, prouentibus iuribus, emolumentis Canonicatuũ, nec sub distributionibus quotidianis cõprehendi censentur & multo minus quando hæc propter opera extra ecclesiam exhibita percipiuntur.

DECISIO XVI.

Ex conf. 14. in Nouis, deest in antiquis.

16 CAnonicus Ecclesiæ chatedralis super iuribus Canonicatus sui Romæ litigans, iustam causam non residendi habere censetur, c. ex parte, de cle. non resid. ad hanc tamen non residentiam necessaria est sui Prælati, vel Papæ licentia, seu scientia. c. ad audientiam, de cler. non resid. ad hoc vt fructus iustè interim lucrari possit. c. Relatũ, de cl.

DECISIO XVII.

Ex consil 20 in Nouis deest in antiquis.

17 CAnonicus etsi frequenter absens ab horis tertiæ, sextæ & aliis minoribus, quæ in Cathedrali recitantur, vt parochiali inseruiat, quam cum dispensatione simul retinet, dummodo non percipiat distributiones prorillis horis, magnum defectum non committit: cum & Canonico, & Curato liceat per duos menses abesse nec propterea subreptitia dici debet dispensatio, si Papæ narrauerit, se vtrique commodè deseruire posse.

DECISIO XVIII.

Ex conf. 21 in Nouis deest in antiquis.

18 CVratum beneficium habens quamuis regulariter residere & per se curam exercere teneatur, ex consuetudine tamen immemoriabili, vel priuilegio induci, & concedi potest, vt eidem per Vicarium, seu Capellanum etiam temporalem, & ad nutum ammouibilem inseruiat.

TITVLVS III.

De Præbendis.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiarius, qua intentione esse debeat suscipiendo ordines.*
2 *Beneficium presbyterium actu requirens si non conferatur presbytero, collatio est nulla.*
3 *Beneficium curatum habens infra annũ ordinari tenetur.*
4 *Prioratum Regularem obtinens, quando ordinandus.*
5 *Capellania sine auctoritate ecclesiastica erecta, aut cuius Capellanus ad nutum patroni est amouibilis, non est beneficium ecclesiasticum.*
6 *Dispositio, vt quis quotidie celebret, intelligenda, si honestè, & deuote poterit.*
7 *Beneficium quodnam seculare, aut regulare censendum.*
8 *Canonicus regularis beneficium seculare sine dispensatione habere non potest.*
9 *Vicariatus perpetuus Ecclesiæ parochiali, dignitati, aut Monasterio vnitus, beneficium curatum censetur.*
10 *Valor beneficij 24. aureos non excedens, licet multa simul summam illam excedentia impetrentur, non est necessario exprimendus.*
11 *Infantes, & pueri ante 14. annũ beneficij incapaces sunt.*
12 *Beneficia compatibilia tot ante Concilium Trid. tenere licebat, quot honestę sustentationi sufficerent.*
13 *Gratia beneficialis, tacito etiam bona fide, beneficio obtento, non valet.*
14 *Beneficia plura habere quam decentia personę requirit, est contra Concilium Trid.*
15 *Confessarius in dubio, habentem plura beneficia, absoluere tenetur.*
16 *Beneficium recipiens animo dimittendi an peccet.*
17 *Vacationis beneficij, Papę modus narrandus, alias prouisio censetur subreptitia.*
18 *Dies termini in reseruatione alternatiuę ex mente Papæ, & ex consuetudine in termino computatur.*
19 *Possessor bonæ fidei, etiamsi litiget, præsentare potest, secus si malæ fidei possessor sit.*
20 *Collatio Canonicæ pœnitentialis, ad quem spectet.*
21 *Episcopus retento Episcopatu, quando illud beneficiũ simplex acceptare poterit.*
22 *Pænitentiarius cum speciali præbenda institutus, optare aliam nequit.*
23 *Renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis ordinatus est, reseruata pensione, valida est.*
24 *Beneficium curatum acceptans animo non inseruiendi ei peccat.*
25 *Habens Capellaniam, quæ residentiam requirit, an aliud beneficium curatum quærere possit.*
26 *Missam quotidie dicere obligatus illam salua decentia dicat.*
27 *Beneficium omne sufficiens, cum alio, etiam simplici, incompatibile est, non tamen vacat primum per alterius assecutionem.*
28 *Abbatia beneficium curatum est, & cum alia Abbatia incompatibilis.*
29 *Præbendæ duæ eiusdem Ecclesiæ, licet altera sit vnita, retineri nequeunt.*
30 *Dignitas etiam prima post Pontificalem cum Canonicatu quamuis in vna Ecclesia compatibiles sint, in Ecclesiis tamen diuersis post Concilium Tr. incompatibiles sunt.*
31 *Beneficium commendatum, eo modo quo ante Commendam, vacat.*
32 *Beneficia plura in titulum nemo habere potest.*
33 *Possessio pacifica ad alterius incompatibilis vacationem est necessaria.*
34 *Beneficium incompatibile per adeptionem alterius quando vacare censetur.*
35 *Beneficium simplex parochialis, per promotionem possessoris ad eam non vacat.*
36 *Beneficia simplicia ecclesiæ sua conferre qui potest, poterit etiam vacantia per suam promotionem, resignationem, vel priuationem.*

37 Clau-

Digitized by Google

37 *Clausulæ, dummodo non sint plura, in illegitimorum dispẽsatione operatur, ut dispensatus unum, vel alterum, & non duo retinere possit.*

38 *Beneficium simplex per alterius incompatibilis assecutionem, quando vacat.*

39 *Beneficia uniformia in una Ecclesia sunt incompatibilia, non autem difformia.*

40 *Thesauraria, & Capellania sub eodem tecto cõpatibilia sunt.*

41 *Beneficia plura simplicia habens nullam cẽsurã incurrit.*

42 *Legi bona fide auctoritate sui prælati contraueniens, non peccat.*

43 *Credulitas iusta, quod seruitiũ sit beneficio 40. annis per alium, a residentia excusat.*

44 *Beneficiarius a sententia iniusta priuationis appellans, si secuto compromisso possessionem continuauerit, coram Deo beneficium dimittere non tenetur.*

45 *Natus alibi ob fugam matris beneficium loci domicilij habere potest.*

46 *Possessio triennalis de colorato titulo facit verum in utroque foro.*

47 *Dispensatio ad beneficium retinendum expressa una irregularitate, alia tacita, est subreptitia.*

48 *Accessus, & regressus qualiter differunt.*

49 *Pensionis translatio coram persona dignitatem non babẽte, non valet.*

50 *Pensionem transferens, eam sibi ad uitam reseruando, est simoniacus, sed non excomunicatus.*

51 *Parochus pensione constituta super sua parochiali ea lege ut 50. sibi libera remaneant, ordinaria onera subire tenetur.*

52 *Pensionem habens super beneficio, ad illius ecclesię reparationem tenetur, nisi pẽsio ab omni onere sit libera.*

53 *Pensionarius stylo curiæ pensiones decursas de fructibus beneficij a successore petere potest.*

54 *Valor beneficij verus per locationis instrumentum non probatur.*

55 *Beneficiarius pensionem promittens, ad eam etiam non adepta possessione tenetur, iusteque ab eo pẽsio accipi põt.*

56 *Pensio beneficialis sine Papæ auctoritate gratis remitti, sed non pretio redimi potest.*

57 *Pensio non est certa portio fructuum, sed ius illos percipiendi.*

58 *Pensio a patre in filium soluta ei, pro quo reseruata fuit certa pecunia, quatuor concurrentibus transferri põt.*

59 *Pensionarius horas recitans, quamuis clericaliter non viuat, pensionem tamen non amittit, sicut nec beneficiarius fructus beneficij.*

60 *Pensionem pro laico solus Papa reseruare potest.*

61 *Pensio beneficialis, nec in alium transferri, nec pretio cassari, vel ad longũ tẽpus locari, sine Papæ consensu potest*

62 *Beneficiarius redditibus abundans, superflua in usus uanos impendens peccat, & restituere tenetur.*

63 *Beneficiarius de patrimonio, & sua industria quæsitis, sicut laicus, disponere potest.*

64 *Diuisio fructuum beneficij inter præcessorem, & successorem qualiter fieri debet.*

65 *Distributiones quotidianæ horis interessentibus debentur*

66 *Fructus quibus Canonicus propter absentiam priuandus est, operi pio, iudicis arbitrio applicari possunt.*

67 *Episcopus beneficia deuoluta, & reseruata unire potest.*

68 *Beneficiarij, licet bona laica habeant, de fructibus tamen beneficij se sustentare possunt.*

69 *Fructus beneficiorũ, ut tales, potestati laicæ non subiacẽt.*

70 *Beneficiarius, qui ex tribus causis fructus restituere debet, ex una condonationem impetrans, nihil agit.*

71 *Idoneus habitus ad clericatum non censetur statim ad beneficium habilis.*

72 *Edictum publicum proponere, an teneatur episcopus, vacante parochiali.*

73 *Plures parochiales sine dispensatione obtinens, ad illas, et alia beneficia obtinenda inhabilis est.*

74 *Canonicatus, & dignitas in eadem ecclesia ab eodem obtineri potest.*

75 *Capellania perpetua iurispatronatus, ad manualitatẽ per ordinarium reducta, desinit esse beneficium.*

76 *Distributiones quotidianæ ab hæretico perceptæ quibus accrescunt.*

77 *Subreptitiã reddit gratiã omnis expressio falsi, quæ Principem ad facilius eam concedendam mouere potest.*

DECISIO I.

Ex cons. 1 an utrisque.

1 ETsi laicus licite beneficiũ desiderare nequeat pro tempore quo laicus est, & indignus, & incapax beneficij ecclesiastici: c. ex literis, de transact. & c. cum adeo, de rescrip. potest tamen illud desiderare licite pro tempore, quo erit clericus, dummodo illud principaliter desideret, ut Deo seruiat, & secundario ad consequendos reditus, unde honestè uiuat; Nec sic obtenturo beneficium necesse est absolutam voluntatem habere percipiendi sacros ordines, existente necessitate, vel utilitate ecclesiæ, sed sufficit habere voluntatem absolutam subeundi omnia onera beneficio de præcepto incumbentia tempore quo illud tenuerit, & assumendi sacros ordines iubente superiore; ex Gl. & communi in summa distin. 74. vel relinquendi beneficium.

DECISIO II.

Ex cons. 2. aliàs 8.

2 CVm beneficium presbitero conferendum, vel presbiterium actu susceptum tempore collationis, vel solũ ętatem habilem ad suscipiendum presbyteriũ requirere possit; Gl. in c. cui de non sacerdotali, & c. ei cui. de præ. in 6. collatio beneficij actu presbiterium requirentis, si nõ presbitero fiat, nulla est, nec aliquos consequenter beneficij fructus lucratur: Arg. c. 1. de reg. iu. in 6. secus tamen si presbiterium actu in collatario non requirat, tunc enim satis est ut habenti ætatem, & qualitates requisitas a Concilio Trid. sess. 24. c. 4. de ref. conferatur: qui si intra annum non promoueatur, voce, & suffragio in Capitulo carebit, & dimidium distributionum quotidianarum etiam diebus, quibus interest officijs Diuinis, & horas canonicas recitat, amittit ad easq; restituendas cogi potest, Cle. ei qui 2. responso, de æta. & qualit.

DECISIO III.

Ex cons. 3. deest in Nouis.

3 BEneficium curatum ante ætatem accipiens, aut eius possessionem sine titulo Canonico, vel non viuens clericaliter, vel horas recitare omittens, peccat mortaliter, beneficium acceptando ante ætatem, & horas omittendo, dummodo credat se ad eas recitandas teneri, cum contra conscientiam faciat, ad eas tamen dicendas talis verè non tenetur, eo quod beneficium vere non habet, cum collatio beneficij ante ætatem omnino sit nulla, ex Conc. Tri. sess. 24. c. 4. de refor.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 13. de electione.

4 HAbens beneficium curatum, vel Prioratum regularem monachorum Nigrorum, cui annexa est cura per eundem exercenda infra annum ad sacerdotium promoueri tenetur, alias ipso iure beneficio obtento priuatur. c. licet canon. de elect. in 6. Clem. ne in agro, §. cæterum, de statu monach. & Feder. consil. 250.

DECISIO V.

Ex cons. 5. & 6. aliàs 5. & 7.

5 CApellania sacerdotalis, quę vel sine auctoritate ecclesiastica erecta est, vel cuius capellanus ex fundatoris volũtate, ad nutũ patroni amouibilis est, beneficiũ ecclesiasticum non censetur, eo quod omne beneficium ecclesiasticum, & auctoritate ecclesiastica fundari, & perpe-

tuum esse debet, nec nisi causa per iudicem ecclesiasticum cognita auferri potest, c. inuentum 16. q. 7. & c. satis peruersum d. 56. Et capellanus ad huiusmodi beneficium sacerdotale nominandus, ætatis legitimæ ad præsbiterium suscipiendum esse debet, ita vt illud in proximis a iure statutis temporibus suscipiat, non tamen oportet vt actu presbiter sit, c. ei cui, de præb. in 6. & c. 2. de inst. in 6.

DECISIO VI.

Ex conf. 7. alias 6.

6 COnstitutio siue synodalis, siue fũdatoris, qua habens Capellaniam ad Missam quotidie celebrandam teneatur, intelligenda est, quoties honestè & deuote id facere potest, c. significatum, de præb. & satis suo officio facit, quibus, aut ter in hebdomada celebrat, modo id non voluptatis, aut negligẽtiæ causa faciat sed causa honestatis, vel augendi deuotionem; aut alia simili iusta occasione.

DECISIO VII.

Ex conf. 8. alias 3.

7 BEneficium omne seculare censetur nisi ex aduerso regulare esse probetur, vel ex eo quod in erectione illius statutũ fuerit, vt sit regulare, & ei per regulares seruiatur vel per quadraginta annos continuos a regularibus, tanquam regulare fuerit possessum, cap. cum de beneficio, de præben. in 6. cum vel per erectionem, vel per gubernationem quadraginta annorum beneficia regularia fiant secularia.

DECISIO VIII.

Ex conf. 9. alias 11. de statu Monachorum.

8 CVm regularia regularibus, & secularia secularibus conferenda sint, c. vt possessiones. de reb. Eccle. non alien. & cap. cum de beneficio, de præb. in 6. & ex Concil. Triden. ses. 14. c. 10. de re. licet beneficia curata regularia, siue per canonicos regulares regi consueta, canonicis Monasterij illius annexa sunt, sine vlla dispensatione, eo quod sunt regularia, & regularibus in titulum conferri possint, Arg. cap. cum singula. de præ. in 6. cle. 1. de supp. neg. prælat. d. cap. beneficio curata tamen secularia, non consueta regi per regulares præfati canonici absque Papæ, vel Episcopi dispensatione obtinere non poterunt ex Pan. in ca. Quod Dei timorem, de statu monac. & Rota dec. 5. de iu. patron. in nouis.

DECISIO IX.

9 VIcariatus perpetuus ecclesiæ parochialis vnitæ alicui Dignitati vel Monasterio, beneficium curatum est, & de iure ecclesiæ illius parochialis censetur Clemen. 1. de off. vi. non tamen beneficium Regulare efficitur eo solo, quod Monasterio Regulari vnitum sit, nisi per literas vnionis, vel per consuetudinem præscriptam factum fuerit regulare: & vicarius ille ad præsentationem eius, cuius Dignitati ecclesia parochialis est annexa instituendus erit; c. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. & Panor. ibi. quod ius præsentandi Vicarios vnionum Concilium Tridentinum ses. 7. ca. 7. de ref. non tollit; Arbitrabitur tamen episcopus, an vicarij perpetui in ecclesijs vnitis instituendi sint, nõ obstante priuilegio literarum vnionum deponendo Vicarios temporales, cui expresse per idem Concilium derogatur; quod si male sine iusta causa id arbitraretur episcopus, & Vicarios temporales in perpetuos commutaret, ab eo appellari possit, ex Glo. recep. in ca. super his. ver. arbitrio, de accusa. & appellatio illa licet non suspenderet eius sententiam quo minus executioni mandaretur deuolueret tamẽ iurisdictionem ad Superiorem, qui æquitate causæ cognita, illam reuocare debet. c. pastoralis de appell.

DECISIO X.

Ex consi. 10. alias 10. de rescriptis.

10 IMpetratio plurium beneficiorum, quorum nullius valor ascendit ad summam viginti quatuor aureorum de camera, non efficitur nulla, eo quod in supplicatione, in qua petuntur quatuor beneficia talia, aut plura non exprimatur valor verus omnium coniunctim, etiamsi omnium simul valor ascenderet ad triginta, vel quadraginta scuta, & nullius valor per se ad decem: quia cum valor beneficij exprimi debeat & beneficia debite dispensari possint ex Pan. & Feli. in c. Ad aures de rescri, valor beneficij non ascendentis ad summam viginti quatuor ducatorum non est necessario exprimẽdus, ex Gome. in reg. de valore benefi. q. 8. cum in istis non magna fraus, aut dolus committi possit, & raro impetrari soleant.

DECISIO XI.

Ex conf. 11 alias 1. de ætat. & qualit. ordin.

11 LIcet infantes & pueri ante decimum quartum annum beneficij sint incapaces, ex Concil. Trid. ses. 24. ca. 6. de ref. & glo. in c. si eo tempore de rescri. in 6. ordines tamen minores ante legitimam ætatem suscipiendo suspẽsionem non incurrunt; sicut promoti ad maiores eam incurrunt, si ante legitimã ætatem promoueantur. Extr. Cũ ex sacris.

DECISIO XII.

Ex conf. 12. alias 10. & 19.

12 IVre antiquo beneficia plura simplicia, & compatibilia quæ continuam residentiam secundum consuetudinẽ præscriptam non exigebant, tenere licuit, dummodo alterum ad honestam beneficiarij sustentationem non sufficeret, ita gl. in c. dudum, 2. de elect. Pan. in c. extirpandæ, §. qui vero de præb. & Nau. in Man. c. 25. num. 125.

DECISIO XIII.

Ex conf. 13. alias 9. de rescriptis.

13 IMpetrans beneficium a Papa tacito alio, quod obtinebat, eo quod volebat statim illud relinquere, credens bona fide quod non tenebatur illud relinquere ob ignorantiam facti non peccat, c. gratia de rescri. in 6. gratia tamen beneficialis ob tacitum bona fide beneficium obtentum, ipso iure nulla est; c. si motu proprio, de præb. in 6. & Felin. in c. super literis, de rescrip. in 6. nec ob ignorantiam iuris tam antiqui, & tam clari excusatur, cap. cum adeo c. si proponente de rescrip. in 6. cle. 1. de præben & c. ignorãtia, de re. iur. in 6. sed noua tituli reformatione indiget, ca. 1. de re. iur. in 6.

DECISIO XIV.

Ex consil. 14. alias 11.

14 QVamuis quis plura beneficia simplicia, & præstimonia obtinuit ante Concilium, quam suæ honestæ sustẽtationi requirantur, illa tenere valet dando superflua pauperibus, vt ait Card in clem. gratiæ, de rescrip. & Nauar. in Ma. ca. 25. num. 128. si tamen illa post Tridentinum ses. 24 c. 17. de ref. obtinuit, retinere non potest, etiamsi sint simplicia, & compatibilia, sed tantum vnum illorum, vel duo quod, vel quæ sibi honestè sustentando sufficiunt.

DECISIO XV.

Ex conf. 15. alias 8 de pœnit. & remiss.

15 COnfessarius habentem plura beneficia, antequam audiat interrogare debet an ea licite retineat, vt asserit Caie. ver. interrogationes confessarij cum probabiliter dubitare possit de iusta causa retentionis; in dubio autem illũ absoluere tenetur, quia iusta aliqua causa subesse potest, & dispensatio, quæ illum saltem a mortali peccato excuset, quam non tenetur confessario ostendere, si non vult.

DECISIO XVI.

Ex consilio 16 alias, 17. de cler. non resid.

16 OBtinens beneficium residentiam requirens & ab Episcopo licentiam petens, vt causa studiorum abesse possit, cum animo vt de fructibus illius sibi prouideat in studio, donec gradum assumat, & postea eo assumpto beneficium illud resignet, & clericaliter viuendo meliorem cõditionem sibi acquirat, non peccat, dummodo eo sit animo, vt omnia, quæ beneficium requirit de præcepto, præstet, donec illud retinuerit, nec alicui iniuriam aliquam facit, sed suo tantũ iure vtitur, c. cũ Ecclesia vulterana. de el.

DECISIO XVII.

Ex conf. 17. alias 11. de rescript.

17 SIcut electo ad aliquam dignitatem nolente consentire electioni de se factæ, vel renunciante iuri sibi quæsito, vel moriente, antequam electio confirmetur, ius eligendi ad primos electores redit; qui habebunt tantũ tempus ad eligendum denuo, quantum habuerũt ante primã electionem; c. elect. de ele. in 6. ita nominato ad ecclesiã parochialem per concursum, iuxta formam Conc. Tri. ses. 24. c. 8. de ref. renunciante, moriente, vel alias ius quod habebat perdente, antequam ipse instituatur, redit potestas pro-

Digitized by Google

prouidendi per nouum concursum ad Episcopum; adeo vt si alteri de beneficio illo per Papam prouideatur, non narrato ei modo quo vacauerit, prouisio illa subreptitia erit; c. postulasti, de rescrip. cum gratia Papæ intelligenda sit sine præiudicio Episcopi, & nominati, cap. superior. de offic. deleg. de quibus nulla ei mentio facta fuit tempore, quo ecclesiam illam alteri contulit.

DECISIO XVIII.

Ex cons. 18. alias 31.

18 VAcante Canonicatu, præbenda, aut alio beneficio in aliqua ecclesia, vel loco illa ipsa die qua fit reseruatio alternatiuarum in Curia a Papa, ita censetur ex mente Papæ, & ex consuetudine beneficium illo die vacans in reseruatione prædicta includi: vt collatio illius ab ordinario facta in vim alternatiuæ præcessoris nulla, & inualida omnino sit; non solum, ex eo quod gratia ad beneplacitum Papæ facta, (qualis est collatio beneficiorum virtute acceptationis alternatiuæ Episcopis residentibus a Papa concessa) per mortem ipsius expirat, licet non, si fieret vsque ad beneplacitum sedis Apostolicæ; cap. si gratiose, de rescrip. in 6. sed etiam quia dies termini in huiusmodi reseruatione alternatiuarum ex mente authoris reseruatoris in termino computatur, præsertim cum id suis literis satis declaret, & quia quilibet se, suosque magis diligere præsumitur, quam extraneos, charitas enim ordinata a seipso incipit c. si non licet. 23. q. 5. & l. præses. C. de serui. & aqua. Inclusio autem illius diei respicit commoditatem & vtilitatem suam, & suorum familiarium & aliorum clericorum pauperum in Curia degentium, quam certum est maluisse intendere, quam episcoporum, & aliorum collatorum voluntatem, & appetitum.

DECISIO XIX.

Ex cons. 19. alias 2. de iurepatronatus.

19 POssessor bonæ fidei iurispatronatus, vel beneficij, siue dignitatis, ad quem præsentatio pertinet, præsentare potest, etiamsi litiget super iurepatronatus, vel super beneficio: c. Cõsultationibus de iurepat. & Inn. ibi secus autem si malæ fidei possessor sit: Non tamen malæ fidei possessor qui ex eo solum censetur, quod super illo iurepatronatus, vel beneficio litiget.

DECISIO XX.

Ex cons. 20. alias 1. Ne sede vacante.

20 ETsi electio, & institutio Canonicatus, & præbendæ pœnitentialis, quem Concilium Tridẽtinum sess. 29. c. 8. de ref. in Ecclesijs cathedralibus iubet institui, ad solum episcopum spectat, collatio tamen id eos pertinet, ad quos ante spectabat, nimirum, vel ad solum episcopum, vel ad episcopum, & Capitulum communiter, vel ad episcopum cum consensu, & consilio Capituli: ita vt si collatio & prouisio illius pertineat ad episcopum & Capitulum simul, possit tunc Capitulum sede vacante dictam præbendam, seu Canonicatum Pœnitentialem conferre, cum Capitulum succedat episcopo in collatione beneficiorum ad collationem Episcopi, & Capituli communiter pertinentium c. 2. Ne sede vacante, in 6. secus vero si collatio eius, vel ad solum episcopum, vel ad episcopum consensu, & consilio capituli pertinet, tunc enim sede vacante Capitulum illum conferre non potest eo quod Capitulum non succedit episcopo sede vacante in taliũ beneficiorum collatione. c. illa, ne sede vacante. Pan. in c. cum olim de maio. & obedie.

DECISIO XXI.

Ex consil. 21. alias 14. de elect.

21 EPiscopus non perdit ipso iure beneficia quæsita donec adipiscatur possessionem, & facultatem percipiendi fructus episcopatus sui Glo. in c. si tibi concesso de præben. in 6. & post episcopatum conferri potest ei ex causa legitima beneficium simplex DD. in c. cum nostris, de concess. præb. & cap. ad supplicationem, de renuncia. puta ob necessitatem, quia non habet fructus sufficientes ad se sustẽtandum: aut quia fructus sui episcopatus alij debentur, vel ab eo percipi nequeant, quia exulat, vel est absens præsertim cum ecclesiæ decus sit eius honesta sustentatio, sicut esset dedecori eius mendicatio. c. Diaconi. 1. d. 93.

DECISIO XXII.

Ex cons. 22. alias 14. de rebus eccles. non alien.

22 POenitentiarius in ecclesia cathedrali institutus cum vnione perpetua specialis præbendæ facto officio suæ Pœnitentiariæ, aliam præbendam retento ipso officio Pœnitentiariæ optare non potest, cum vnio, aut diuisio beneficiorum vnitorum requirat auctoritatem, & solennitatem, & iustam causam id faciendi; quam potestatem hominibus priuatis, & Pœnitentiarijs ipsis tot vniones, vel diuisiones ad libitum faciendi Concilium Tri. ses. 24. c. 8. de ref. dedisse non est verisimile.

DECISIO XXIII.

Ex cons. 23. alias 3 de renunc.

23 PRomotus ad sacros ordines ad titulum cuiusdam beneficij si postea reseruata sibi pensione centum aureorum, aut alterius summæ illud renunciat nulla facta mentione quod ad titulum illius beneficij ordinatus esset; non obstante Concilij Tridentini decreto, sess. 21. ca. 2. de ref. resignatio in foro conscientiæ, & etiam exteriori valida censeri debet, quia ad veritatem dispositionis copulatiuæ sufficit verificari alterum copulatiuum quando vtrumque per se ad eandem verificandam sufficit, Gl. in c. ex parte de rescrip. & Fel. ibi. nu. 23. ad hoc autem vt satisfiat mẽti Concilij statuentis, vt renunciatio valeat si fiat mentio de ordinatione ad titulum beneficij renunciandi. & quod renuncianti remanet id, quod ad victum eius sufficit, satis est quod remaneat ei victus honestus; cum concilium ideo hoc statuit, ne sacris initiatus indecore mendicet: vnde renuncians reseruando pensionem sufficientem ad honestam sustentationem, menti & intentioni præfati Concilij satisfacere videtur: & proinde renunciatio hæc valida censenda est.

DECISIO XXIV.

Ex consi. 24. alias 16. de cler. non residen.

24 BEneficium curatum acceptans animo non inseruiendi ei, vt conuenit, sed permutandi ob aliud simplex, vel renunciandi reseruata pensione, peccat, eo quod eiusmodi acceptatio est actus planè inordinatus, cum beneficium datum sit propter officium ca. fi. de rescr. & ex Man. præl. 7. n. 4. actus autem omnis inordinatus in re graui peccatum est: Secus tamen si acceptet animo seruiendi eo tẽpore, quo ipsum tenuerit, nec renunciandi sine auctoritate superioris, c. admonet, & ca. Quod in dubijs, de renuncia. etiam cum iustæ pensionis reseruatione.

DECISIO XXV.

Ex cons. 25. in vtriusque.

25 HAbens Capellaniam, ratione cuius debet in aliqua ecclesia quotidie residere, beneficium aliud curatum quærere potest; Non tamen potest iustè simul illud, & Capellaniam illam retinere, sed compelli potest ad vtrum illorum maluerit relinquendum, c. præterea, de præben. & cap. fin. de cle. non resid. Pan. in c. referente, & c. de multa, de præb.

DECISIO XXVI.

26 OBligatus simpliciter ad Missam quotidie dicendam satisfacit celebrando quoties salua honestate, & debita deuotione potest: secus autem si obligatus sit Missare quolibet die per se, vel per alium, tunc enim ipse, vel alter loco illius quotidie celebrare tenetur: Patronus autem instituens multos Capellanos ad dicendam quotidie Missam vnam, in dubio intelligendus est de pluribus Missis, & non de vna tantum, ita vt non solum teneantur omnes ad vnam solam Missam quotidie faciendam, sed quilibet Capellanus quotidie Missam celebrare tenetur.

Digitized by Google

DECISIO XXVII.

Ex conf.27.aliàs 13.

27 BEneficium omne simplex sufficiens, cum alioquocumque etiam simplici, & paruo, quoad ipsum qui habet illud incompatibile est. ex Côc.Trid.ses.24 c.17. de ref. & peccat mortaliter vtrumque retinens, Glo.recept.in c.dudum 2.de elect.non tamen vacat primum ipso iure per assecutionem alterius incompatibilis, nisi sit vniforme sub eodem tecto c.literas de concess.præb.& cle.fin. de præb. cogi tamen potest per sententiam alterum eorum relinquere.

DECISIO XXVIII.

Ex consil. 27.aliàs 15.

28 CVm omne beneficium ecclesiasticum habens iurisdictionem spiritualem in foro interiori, vel exteriori sit & vere dicatur beneficium curatum, c.dudum 2. de elect. & dignitas ex Inn.& Pan.in c.de multa, de præb.consequēter habens duas abbatias exemptas, & talem iurisdictionem habentes, beneficia habet incompatibilia, (licet non habeant parochias) & residentiam personalem requirisentia; cum omne beneficium curatum, & etiam non curatum, si sit regulare, vt sunt Abbatiæ Monachorum nigrorum residentiam personalem requirat; Clemen.Ne in agro, §.cæterum, & § sané.Ne cler.vel monac. Fel. in cap. cum omnes, de constit.Et sub dispositione Concilij Tridētini sess.24.c.17. de reform. quoad partem illam, qua disponit, ne cui in posterum plura beneficia conferantur, & etiam quoad partem illam qua vetat, ne habenti vnum beneficium, sibi non sufficiens, prouideri possit de beneficio personalem residentiam requirente, comprehenduntur.

DECISIO XXIX.

Ex conf.28.aliàs 23.

29 HAbens beneficium simplex, seu præbendam in aliqua ecclesia, & postea adeptus rectoriam alterius ecclesiæ, cui annexum est aliud beneficium simplex ecclesię primo dictæ, vtrumque sine Papæ dispensatione retinere nō potest: Cum iura c.literas de concess.præb.& c.constitutus de rescr.& c.cum multa. de constit. vbique habentes duas præbendas in eadem ecclesia detestentur, etiamsi alterum illatum haberet per annexionem ad dignitatem, quam habet, & prior ipso iure per adeptionem secunda vacare censetur.

DECISIO XXX.

Ex conf.29.aliàs 24.

30 CAnonicatus, & dignitas etiam prima post Pontificalem post Concilium Tridentinum sess.24.cap. 12. de ref.in diuersis ecclesijs, eo quod residentiam personalem requirant, & vnus in diuersis ecclesijs residere non potest, incompatibiles sunt quoad retentionem, ita scilicet, quod licet ipso iure non vacet vnum adeptione alterius, tenetur tamen illorum quod maluerit relinquere; c.Præterea, de præben. In eadem vero ecclesia, etiam post dictum Cōcilium, non sunt incompatibiles, sed vtrumque sine vlla Papæ vel Episcopi dispensatione retineri potest. Nec ea incompatibilia reddit necessitas residendi, quia cum in eadem ecclesia consistant, potest quis in vtroque residere; Nec duo beneficia difformia eiusdem ecclesiæ sibi alioqni non repugnantia, vnquam incompatibilia fuerunt; Sin vero sibi ipsis essent repugnantia, ex eo nimirum quod incumberet aliquod onus faciendum eodem tempore, quo aliud illi repugnans incumberet alteri, vtique incompatibilia censenda erunt, arg l.vbi repugnantia, ff.de regu.iur. & c.solicitudinem, de appell. Omnia vero beneficia vniformia in vna ecclesia, seu sub eodem tecto, etiamsi sint simplicia, aut duo Canonicatus, aut duæ dignitates, aut duæ præbendæ, aut duo personatus, aut etiam duæ pensiones eiusdem speciei, ita incōpatibilia sunt, vt ipso iure primum adeptione secundi vacare censeatur, cap.literas. de concess. præb.c.si.de præb.

DECISIO XXXI.

Ex conf.30.aliàs 28.

31 BEneficium commendatum per cessationem Commēdæ, proprie non vacat, sed vacat vt prius ante commendam, & proinde manet affectum, & reseruatum, ac manebat quando erat commendatum Gomez.de infir. resig.q.13.& de impet.benef.fam.q.5.

DECISIO XXXII.

32 QVamuis nemo plura beneficia in titulum habere potest, 21.q.1.per totam. vnus tamen & idem vnum beneficium in titulum, & alterum in commendam habere potest, eo quod commenda proprie non dat titulum cap.qui duas, & c.relat. 21.q.1.c.nemo deinceps, de elect. in 6.

DECISIO XXXIII.

Ex conf.31. aliàs 14.

33 LIcet pacifica possessio requiratur ad hoc, vt vacet alterum incompatibile, non tamen illa sufficit, sed necessaria est adeptio tituli, ratione cuius illa fuit accepta: vnde si quis post obtentum vnum pacificum, vel litigiosum obtineat possessionem alterius incompatibilis, eo quod iuste putabat esse sibi ius in eo quæsitum, & vere non erat non vacabit prius, immo ad illud sine alio nouo titulo redire poterit, c.si beneficia.de præb.in 6.

DECISIO XXXIV.

34 SIcut beneficium incompatibile prius obtentum, non habita pacifica possessione, si non sit in culpa habendi eā, nec per ipsum stetit quominus eam haberet non vacat per obtentionem alterius litigiosi. Ita beneficium incompatibile litigiosum secundo adeptum, per possessionem pacificam de primo postea secutam, ipso iure vacare non censetur.

DECISIO XXXV.

Ex consi. 32. aliàs 18.

35 BEneficium simplex ecclesiæ parochialis per assecutionem pacificam & promotionem possessoris ad ecclesiam parochialem ipso iure non vacat: immo aut vi consuetudinis, aut statuti, aut episcopi dispensatione vtrumque obtineri potest; licet enim duo beneficia vniformia sub eodem tecto incompatibilia sunt, vt per adeptionem alterius alterum vacet: c.literas, de concess. præben. clem.tina. de præb. duo tamen beneficia difformia, qualia sunt ecclesia parochialis, & beneficium simplex illius, compatibilia sunt, & simul obtineri possunt. gl. in c.1. de consuetud.in 6. Io. Andr. in d.c.literas.

DECISIO XXXVI.

36 HAbens facultatem conferendi beneficia simplicia ecclesię suę perinde potest conferre beneficium, quod vacat per suam renunciationem, priuationem, vel promotionem ad ipsam ecclesiam, ac alia vacantia per mortem, & renunciationem, ac priuationem aliorum.

TITVLVS XXXVII.

Ex conf.33.aliàs 26.

37 CLausula illa *Dummodo non sint plura.* quam Datarius ponere solet in dispensatione, qua Papa dispensat ad sacros ordines, & beneficia cum illegitimis dispensatis ab episcopo ad quatuor minores, & vnum simplex: hoc operatur, quod qui absque illa non poterat obtinere nisi vnū Smplex; & primum, quod sibi conferetur: virtute huius obtinere poterit, & retinere quodcunque maluerit, modo duo simul non retineat.

DECISIO XXXVIII.

Ex consil.34.aliàs 17.

38 BEneficium simplex per alterius incompatibilis, curati, seu difformis etiam sub eodem tecto, vel alterius etiam simplicis & vniformis assecutionem, modo nō sit sub eodē tecto, ex eo, quod vtrumque personalem residentiam requirat, aut quia primum sit per se sufficiens vllo.m-

lo iure antiquo, cap. referente, & ca. præterea, de præben. aut etiam nouo Concil. Trident. sess. 7. c. 4. de refor. & sess. 24. cap. 17. de refor. regulariter ipso iure vacare non censetur; præsertim cum pœna ipso iure non incurratur, nisi in casibus a iure expressis gl. in c. vlt. de iur. patro. Concilium autem id expresse non dicit, & per tacitos intellectus iuris correctio fieri non debet, gloss. in cap. cupientes, §. quod si per viginti, de elect. in 6. immò Concilium in illo capite quarto solum loquitur expresse de curatis incompatibilibus; & sine correctione iurium antiquorum intelligi commodè potest de Dignitate, & Personatu non curatis, ca. de multa, de præben. & de simplicibus, & vniformibus eiusdem ecclesiæ, c. literas, de conceſſ. præb. & cle. si. eo. tit. Nec vllam vacationem nouam ipso iure addere, sed veterem confirmare Concilium voluit, & disponere quod beneficia incompatibilia, quæ per vetus ius vacabant, etiam per illud nouum ipso iure vacent.

DECISIO XXXIX.

Ex consil. 1. aliàs 5.

39 DVo beneficia simplicia obtinens in eadem ecclesia parochiali, pro quorum vno tenetur celebrare duas Missas in mense in vno altari, & vnam pro alio in alio altari, dummodo vnum non sufficiat ad honestam sustentationem habentis, incompatibilia non sunt, c. gratiæ, de rescr. in 6. c. gratiæ, ut. eo. Pan. in c. extirpandæ, num. 33. de præb. Quamuis enim duo beneficia simplicia vniformia, vt duæ præbendæ, vel duæ canoniæ sub eodem tecto incompatibilia sint, c. literas, de conceſſ. præb. cle. si. de præb. difformia tamen, & dissimilia, vt sunt prædictæ Capellaniæ & altaria, (cum habeant diuersa munera & onera, vnum siquidem est in vno loco, & alterum in alio situm, & vnum habet vnum onus, & alterum aliud) compatibilia sunt, c. eam te, de rescr. c. olim, de re iudic. & c. 1. de consue. in 6. quandoquidem ea beneficia vniformia sunt, quæ ad vnum & idem officium sunt instituta.

DECISIO XL.

Ex consil. 36. aliàs 22.

40 THesaurarius alicuius ecclesiæ, de alijs duabus Capellanijs eiusdem ecclesiæ prouisus, quas alij Thesaurarij ex consuetudine immemoriali tenere solebant, neque illis neque Thesauraria est ipso iure priuatus, si illa non sit sufficiens ad honestam eius sustentationem; eo quod consuetudo rationabilis, & legitimè præscripta vim priuilegij, & legis habet, c. fi. de consuetu. & plura alias beneficiorum, non sint curata, vel Dignitates, vel Personatus, aut officia, c. de multa, de præb. aut beneficia vniformia, c. literas de conceſſ. præben. non est illicitum, qui non habet vnum beneficium sufficiens ad viuendum decenter; alioquin secus. Gl. in c. dudum. 2. de elect. Trid. sess. 24. c. 17. de ref. vnde consequenter Thesaurarius talis dictas capellanias, & Thesaurariam tenere potest; modo Thesauraria ad decentem eius sustentationem non sufficiat.

DECISIO XLI.

Ex consil. 37. aliàs 20.

41 PArochus, cui parochia tenuis viginti quatuor ducatorum non sufficit ad decenter viuendum duas Capellanias tenens cum Episcopi dispensatione retinere potest, nec aliquam propterea censuram incurrit; potestque Episcopus capellanias prædictas beneficio curato vnire, c. sicut vnire, de exces. prxl. ex Conc. Trid. sess. 17. c. 8. de refor.

DECISIO XLII.

Ex consil. 38 deest in Nouis.

42 LIcet dispositio loquens generaliter, regulariter etiam minimum includat, c. si proponente, de rescrip. & c. 2. de appel. fallit tamen quando ratio, quæ in magno militat, non militat etiam in minimo, c. Etsi quæstiones, de simon. vnde qui legi & dispositioni tempus duodecim annorũ pro dignitate aliqua consequenda statuenti, bona fide accedente superioris auctoritate contraueniret, non est peccati mortalis condemnandus, nec defectus minimus, qualis est viginti circiter dierum, respectu temporis magni duodecim annorum est attendendus, cum parum, & nihil æquiparentur. Bald. in Auth. præterea cap. vnde vir, & vxor.

DECISIO XLIII.

Ex consil. 39. deest in Nouis.

43 CRedulitas, & probatio iusta, quod alicui beneficio quadraginta annis per substitutos & vicarios seruitum sit, absentem a residentia personali in vtroque foro excusat; quia verisimilia iuste credi possunt, cum contraria non probantur, c. quia non est verisimile, de præsump. & ad canonicam præscriptionem quadraginta anni sufficiunt, c. de quarta, de præscr.

DECISIO XLIV.

Ex consil. 40 deest in Nouis.

44 BEneficiarius a sententia iniusta priuationis appellans, & secuto compromisso possessionem continuauerit, in foro conscientiæ beneficium dimittere non tenetur, & fructus eiusdem perceptos, & percipiendos tuta cõscientia retinere potest, modo ius bonum in illo beneficio habere se credat; eo quod sententia priuationis per appellationem suspenditur, DD. in rub. de appel. & l. 1. ff. eod. & ita illa non obstante beneficiarius cum suo titulo, & possessione remanet, donec per aliam sententiam iustam spoliatus; iniusta vero sententia in conscientia non obligat, ex Innoc. in c. quia plerique, de immu. eccl. nec tempus appellationis currit compromisso currit.

DECISIO XLV.

Ex consil. 41 aliàs 2 de parochijs.

45 MVlieris habentis domicilium in vna parochia, & patientis in alia, vbi causa recreationis, belli, pestis, vel alterius impedimenti habitabat ad aliquod tempus, animo reuertendi ad suum domicilium cessante impedimento, filius in illa parochia, vbi illa domicilium habuit, natus censetur ita vt in ea beneficium sibi debitum habere possit. Glo. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Bartol. & Bald. in l. huiusmodi, §. legatum, ff. de leg. 1. sicut & parochianus alicuius ecclesiæ intra parochiam suam mori iudicatur, licet moriatur extra illam, vbi aliqua de causa prædictarum manebat, cum animo reuertendi ad illam, sine voluntate domicilium mutandi, c. is qui, de sepul. in 6.

DECISIO XLVI.

Ex consil. 42 aliàs 30.

46 POssessio triennalis beneficij cum titulo colorato bona fide, sine simonia, & violentia accepto in vtroque foro titulum non verum, & beneficium suum facit, etiamsi titulus non fuerit Canonicus, glo. antiqua Guil. de Monte Ferato in reg. 33. cancell. Rebu. de pacif. possess. ampliat. 3.

DECISIO XLVII.

47 IRregularis vna de causa obtinẽs beneficium, & postea factus irregularis alia de causa, impetrans commissionem a Papa ad quendam, vt dispensaret super prima irregularitate, cum retentione beneficij, & commissarius habens auctoritatem dispensandi super secunda, dispensat cum illo super illa secunda, auctoritate quam habet, sine illa commissione, & a prima virtute commissionis, cum retentione beneficij: nihilominus beneficium illud in irregularitate obtentum retinere non potest; cum commissio Papæ de dispensando super retentione dicti beneficij subreptitia sit, eo quod tacita fuit alia irregularitas, qua expressa non fuisset tam facile facta commissio de beneficio retinendo, & proinde nulla fuit; vnde nec commissarius virtute illius retentionem beneficij concedere potuit, Arg. cap. postulasti, de rescrip. & Fel. ibid. cum ex nihilo nihil effici possit, c. Non præstat, de reg. iur. in 6.

DECISIO XLVIII.

Ex consil. 44. aliàs 11. de verb signif.

48 QVamuis accessus, & regressus differant, ita vt de vno ad alium inferre non liceat, eo quod habens accessũ agat de iure omnino nouo quærendo, habẽs autem regressum iuridicum, de iure antiquo recuperando agat;

ita

TITVLVS III.

De Ferijs.

SVMMARIVM.

1 *Festum ob paruitatem, aut necessitatem opera non violatur.*
2 *Missa ab audienda quę distantia, & quos excuset.*
3 *Famuli artificum in ferijs laborantes peccant, nisi necessitas excuset.*
4 *Missa ab audienda excusantur agasones, qui vt minus impendant, longe se recipiunt.*
5 *Missam vt audiant pastores ouium, Dominus eorum curare debet.*
6 *Scribendi actio, quando opus seruile sit.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 Licet festum ob paruitatem materiæ non violetur, & necessitas magna etiam a festo colendo excuserit tamen aliqua fiant quæ communiter a Magistratibus Ecclesiasticis prohibentur, a peccato omnino transgressores immunes non censentur; quamuis habita ratione paruitatis materiæ, & necessitatis a mortali peccato excusari possint.

DECISIO II.

Ex cons. 2. aliás 3.

2 Agricolæ locantes operas suas menstruas pro certis locis remotis ab ecclesijs circiter tria, aut quatuor miliaria, quamuis aliquādo, ratione ætatum, si admodum senes sint, vel temporum si pluuiæ sint in aliqua saltem abūdantia, aut inundationes, & loca periculosa, & lutosa, fuerint, ab audienda Missa diebus sacris excusantur, si tamen robusti sunt, nec aliud vrgens impedimentum adest, ex eo solum quod tribus miliaribus, aut circiter a loco, vbi Missa audienda est, distant, nullatenus sunt excusandi.

DECISIO III.

Ex cons. 2. aliás 3.

3 Famuli artificum seruientes eis aliquot annis, vt eorum artes discant, si coacti a suis Dominis & magistris seruilia opera faciant, nec proponunt discedere ab eis nolentibus eos aliter docere, peccant diebus festis laborando nisi necessitas artificum magna, aut propria excuset, etiam audito sacro; multoque magis si sacrum audire omittant; Nec a Confessarijs suis absolui possunt, nisi deinceps desistere firmiter proponant.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. in vtrisque.

4 Agasones, seu agentes equos, ac muliones pauperes extra vrbes & castra commorantes in hospitijs & locis plurimum distantibus ab ecclesijs, & in quibus minoris emuntur necessaria ab audienda Missa excusantur, si principaliter huiusmodi loca, & diuersoria, vt minus impendāt & non vt ab auditione Missæ excusentur, adeant ex Na. in Man. c. 13. & ca. 21. nu. 3.

DECISIO V.

Ex cons. 5. in vtrisque.

5 Pastores ouium longe ab Ecclesijs constituti, si possunt, ita inter se conuenire debent, vt vel maior pars, vel aliqui saltem Missas audiant, nec illis seruire debent, qui custodes ad id necessarios locare nolunt: cum vt Missas audiant pastores ouium Domini eorum curare teneātur.

DECISIO VI.

Ex cons. 6. in Nouis deest in antiquis.

6 Cum opus seruile, opus manuarium sit magis propriè seruis conueniens quam ijs, quibus seruitur, ex Na. in Man. c. 13. num. 3. quamuis scribendi actio, prout est opus per animi prudentiam, id est, prout significat legem condere, aut librum componere, opus seruile non sit, quando tamen ex vna scriptura alia similis transcribitur, actio seruilis est. Non tamen ex eo solum opus seruile aliquid efficitur, quod ob lucrum, vel mercedē fiat. ita Ca. 2. 2. q. 122. art. 4. Nauar. in Man. cap. 13. num. 5. & 12. Quando autem in die festo conceditur alicui facultas laborandi, ea solum opera concedi censentur, quæ vir bonus & prudens inspectis circunstātijs personarum, causarum, siue occasionum generis operum, & alijs arbitrabitur. Arg. l. 1. ff. de iure delib. & c. de causis, de offic. deleg. Ita vt maius tēpus ad aliquid consuendum, vel ad barbas radendas, & capillos circuncidendos concedi poterit, quam ad fodiēdum in agro vel potandam vineam.

TITVLVS IV.

De causa possessionis.

SVMMARIVM.

1 *Possessio beneficij renunciati ipso iure non perditur, & sic spoliatus potest agere de spolio.*

DECISIO I.

Ex cons. vnico aliás 1. de offic. iudic. ordin.

1 Possessio beneficij per promotionem, vel renunciationem spontaneam ipso iure non perditur, donec relinquat possessionē, vel ab ea legitimè expellat. vnde gesta interim a possessore valēt, adeo, quod si spoliaretur de spolio contra spoliantem iustè agere posset, ita Inn. in ca. super hoc de renunciat.

TITVLVS V.

De Restitutione spoliatorum.

SVMMARIVM.

1 *Legis humanæ mutatio vitanda, nisi eius vtilitas praeponderet.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 Quamuis omnia, quæ sunt iuris humani Summus Pontifex mutare possit & mutatio valeret, licet aliquando fieri non deberet; ca. Quæ ecclesia. de constit. a culpa tamen nō excusatur, si absque iusta causa eam faceret. Quia licet consuetudo, & lex humana iusta de causa mutari possit, non tamen absque illa; sed nec cum illa, etiam, cum occurrit aliquid melius, nisi illud præponderaret, & maioris momenti esset Reipublicæ quam malum, quod ex immutatione sequeretur: c. ridiculum. dist. 11. & S. Tho. 1. 2. q. 97. art. 2. præsertim cum ex mutatione illius ad alicuius præiudicium, & bonorum spoliationem procederetur.

TITVLVS VI.

Vt lite pendente nihil innouetur.

SVMMARIVM.

1 *Monasterium S. Trinitatis Minimorum de vrbe, a quo fuit datum sit & a quibus regendum sit.*

DECISIO I.

Ex cons. vnico in antiquis, aliás consil. 9. de constit. in Nouis.

1 Monasterium S. Trinitatis Minimorum in Mōte Pincio in vrbe Romana, a Rege Francorum ita fundatum est, & ab ipsomet S. Francisco de Paula eiusdem ordinis institutore hoc priuilegio donatur, vt semper per fratres Gallicæ nationis, quamdiu inueniantur, qui inibi residere, & cultui diuino insistere voluerint, regatur; sin autē non reperiantur Galli illud inhabitare volentes, tunc & per alios regi, & inhabitari poterit; pariterque si locus sup

por-

portare poterit, vltra quam reperiantur habitantes nationis Gallicæ, alij etiam aliarum nationum mixtim habitare poterunt. Quo priuilegio stante, solus Generalis pro conuentualibus, & filijs illius Monasterij, alios Monachos etiam eiusdem ordinis, in alijs Monasterijs professos, nolentibus Correctore, & maiore parte conuentus illius Monasterij, saltem lite inter Generalem, & eundem conuentum pendente, recipere non potest: Quod si secus fecerit, eiusdem Monasterij fratres Generali obedire non tenentur, sed modestè appellare superiorem adire possunt, & debent; per quam appellationem, & iuridicam superioris aditionem, sententiæ, & censuræ Generalis contra eos late suspenduntur.

TITVLVS VII.

De sequestratione possessionum, & fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Sequestrum Clem. 1. de sequestr. possess. concordia partium non tollitur.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. in vtrisque.

1 Sequestrum positum in iure Clem. 4. de seques. possess. concordia partium non tollitur, sed eo vsque durat, donec iudex litem finitam, & cõcordiam validam esse declarer; ne alias aliquando vna pars dicere possit litem non esse extinctam nec concordiam esse validam: sicut a simili quamuis suspensio facta quoad aliquod certum tempus per aduentum illius tollitur, quia nulla potest esse dubitatio de illius aduentu; suspensio tamen facta donec satisfaciat, nõ tollitur donec iudex declaret esse satisfactum: quia posset vna pars id affirmare, & altera negare ex Inn. in c. cum bonæ, de æta. & qual.

TITVLVS VIII.

De Confessis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio prior quando præualeat posteriori, & quando non.*

DECISIO I.

Ex consil. vnico in vtrisque.

1 Licet regulariter confessio prior ceteris paribus posteriori præualeat, cap. per tuas, de probation. Panorm. in cons. 52. par. 1. fallit tamen, quando posterior est per tormenta extorta, vel iurata iuramento, quod est tortura quędam spiritualis. ex Pan. in d. c. per tuas. nõ autem prior; Et etiam cum prior est facta metu saltem reuerentiali, vel in loco non libero; posterior autem sine vllo metu, & in loco libero. Gloss. in c. præsens 20. q. 3. vnde puella, opera patris ingressa Monasterium, animo quotiescunque vellet, exeũdi, si post aliquot annos persuasa ab Abbatissa Monialis fiat; quod ęgre ferens pater, qui eam nuptui tradere cupiebat protestatur de nullitate professionis, eamque ab Episcopo examinari faciat, quæ respondit simpliciter se esse Monialem; postea autem e Monasterio educta, & a Commissario examinata iureiurando respondit se nunquã proposuisse fieri monialem, posteriori, non priori confessioni eius standum est, & pro nullitate professionis iudicandum attento quod prior illa confessio sine iuramento, & in loco non libero, & ex timore reuerentiali Abbatissæ præsentis facta fuerit, secunda vero cum iuramento, & in loco libero: attento etiam quod confessio mulierum in his, quæ ad matrimonium carnale, vel spirituale pertinent in loco libero, & plenæ libertatis fieri debeat, ca. cũ locũ, de spons. Triden. sess. 24. de ref. Matrimo. c. 6. & sess. 25. c. 17. de reg. adeo, vt timor reuerentialis efficiat, ne professio etiam quo ad forum exterius valere censeatur. Gl. in d. c. præsẽs, & c. 1. de his quæ vi. Man. cap. 22. num. 51.

TITVLVS IX.

De Probationibus.

Hic Titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

1 *Literis episcopi sigillatis, et non subscriptis in his, quæ eius officium tangunt, creditur.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. aliàs 1. de fide instrumen.

1 Sicut literis Episcopi sigillatis, & non subscriptis in his, quæ ad officium eius pertinent; etiam sine Notarij subscriptione creditur, ita Deo, in c. post cessionem, de prob. Ita etiam, & beneficij collatio literis Notarij, & sigillo Episcopi munitis, & testibus, sine scriptura Episcopi probatur, c. 1. & 2. de fide instru. Rota dec. 38. de prob. in antiq.

TITVLVS X.

De Testibus, & attestationibus.

SVMMARIVM.

1 *Testis, qui falsum testando nullum lædit, irreligionem committit, non iniustitiam.*

2 *Credere non tenetur filius matri asserenti ipsum votum emisisse.*

DECISIO I.

Ex consil. vnico. aliàs 5. de crim ne falsi.

1 Testis, qui falsum testando nullũ lædit, quamuis contra religionem peccet, ex S. Tho. 2. 2. q. 92. & 97. ar. 4. quia tamen contra iustitiam non peccat, ad restitutionem quæ iustitiæ cõmutatiuę actus est, vt ait S. Th. 2. 2 q. 62. ar. 1. & q. 70. ar. 4. & N. in M. c. 17. n. 6. & 1. non tenetur; sed satis est, vt peccati commissi pęniteat; Sin vero ex falso testimonio proximus damnum sustinuit tenetur dictum suũ antequam sententia feratur reuocare, saltem debilitando suum testimonium falsum ei in toto, vel in parte prodesse poterit, c. Præterea, de testib. cogen. S. Tho. in d. q. 70. ar. 8. Man. c. 25. nu. 40. & aliam satisfactionem pro ratione dãni ex falso suo testimonio illati facere.

DECISIO II.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

2 Credere non tenetur filius matri asserenti ipsum votum in infirmitate emisisse: sicut nec credere matri suæ nuptæ tenetur, quod eum ex alio viro per adulterium genuit.

TITVLVS XI.

De Testibus cogendis, vel non.

Hic Titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Clericus testimonium in causa sanguinis ferendo peccat.*

DECISIO I.

Ex consil 1. in Nouis, deest in antiquis.

1 Clericus testimonium in causa sanguinis ferens, non solum peccat, sed etiam si sequatur occisio, vel mutilatio, irregularis efficitur c. Sententiam, ne clerici, vel monachi. Vnde nec ad tale testimonium ferendum coram iudice seculari cogi potest. c. Quanquam 14. q. 1.

TITVLVS XII.

De fide instrumentorum.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitas instrumentorum, quod valeat ad rei probationem.*

2 *Testi-*

2 *Testimonium literarum Pœnitentiariæ, quantæ auctoritatis sit.*

DECISIO I.

Ex consil. 4. in Nouis deest in antiquis.

1 SIcut antiquitas decem, aut saltem 30. annorum facit præsumi in omnes actus etiam extrinsecos, in eisque interueniße solennitates, ac requisitam agentium potestatem; ita etiam & duo antiqua instrumenta transumpti, in quo refertur ipsum originale, ad iuspatronatus alicuius probationem sufficere videntur.

DECISIO II.

Ex consil. 4. in Nouis, deest in antiquis.

2 QVamuis Maior Pœnitentiarius antequam per Pium V. extrau. 85. inc. in omnib. 1569. officium Pœnitentiariæ restringeretur ad forum conscientiæ de absolutionib. & dispensationib. quas in vtroq; foro faciebat, publicum testimoniũ dabat; nunc tamen nec ipse, nec ij, quibus vt in dicto foro conscientiæ absoluant, & dispensent, mãdat, iustè illud dare possunt, sed neque si darent, aliquid prodesset; quia licet iudex fori exterioris viso tali instrumento, & cessante aduersario, dissimulare posset, ac ita se gerere cum prædictis, ac si ligati non essent in præiudicium tamẽ partis, tali instrumento fidem adhibere non tenetur.

TITVLVS XIII.

De iureiurando.

SVMMARIVM.

1 *Iuramento qui promisit aliquid non facturum, id faciendo peccat.*

2 *Procurator post mortem mandantis, iuramentum decisorium deferre non potest.*

3 *Iuramentum de non ludendo, saltem ad ludos malos, seruandum, sed ex causa relaxari potest, etiam ab Episcopo.*

4 *Iuramentum vi extortum non obligat, conditionale sic, sed facile remittitur.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. aliàs 3.

1 QVi accepto mandato de renunciando beneficium in fauorem suum, cum iuramento promittit, se non vsurum illo mandato, nisi reseruata certa pensione alteri; si postea illo vtatur, & post quæsitam possessionem rogatus, vt se obliget ad soluendam pensionem, quam reseruari voluit resignans ad certa opera pia, quamuis peccet vtendo prædicto mandato ad resignandum contra suum iuramentum, cap. Si vero, de iureiur. & c. quamuis, de pact. in 6. nullam tamen ex illius iuramenti transgressione irregularitatem, aut inhabilitatem ad beneficium illud retinendum incurrit, Arg. cap. querelam, & c. tua, de iureio. nec post adeptam possessionem beneficij aliquid in signum gratitudinis, vel paupertatis, vel subuentionis intuitu, resignanti soluens, quoad forum conscientiæ, simoniam committit, c. Tua de simonia Man. ca. 23. n. 107. quia intentio, & animus resignantis, vt resignatarius non vel illud faciat post habitum beneficium, nihil nocet, quo ad forum conscientiæ, nisi exprimatur, & deducatur in pactum: Hanc tamen gratitudinem resignatarius erga resignantem cautè exercere debet, ne quoad forum externus virtute Bullæ Pij V. Extrauag. intolerabilis, edita ann. 1569 quæ est 87. in ordine, Ma. c. 23. nu. 110. confidentia præsumi posset.

DECISIO II.

Ex consil. 2. aliàs 5.

2 PRocurator constitutus in causa ciuili, & factus Dominus litis, mortuo suo principali, re integra nec subire, non deferre iuramentum litis decisorium potest; non solum, quia mandatum procuratoris regulariter re integra morte mandantis expirat, Clem. fi. de procur. ca. Mandantis, de offic. deleg. l. inter causas, ff. mandati, sed etiam quia iuramentum decisorium, specialissimum mandatum requirit, quale procurator, mortuo mandante habere nõ potest.

DECISIO III.

Ex consil. 3. aliàs 1.

3 IVrans non ludere ad Cartillam, siue carteram, siue Primeram, & similes ludos vetitos, & malos, sub pœna adeundi Ierosolymam, promissum seruare tenetur, illamque si iuramentum fregerit adire obligatur, sicut obligaretur, qui voueret non ludere sub simili pęna, & ludere illicitè; potest tamen iuramentum illud iusta de causa etiam ab Episcopo relaxari, sicut & votum. Man c. 12. nu. 75. Per Cruciatam vero a fractione iuramenti, quamuis non voti adeundi Ierosolymam Cõfessarius absoluere potest, Cum iuramenti relaxatio de adeundo terram Sanctam Papæ reseruata non sit, sicut est relaxatio voti idipsum faciendi. cap. ex multa, de voto, & gl. ibi, & Extrau. Etsi domini, de pę. & remis. Man. d. num. 75. & præserim cum dispensatio huius non concedatur specialiter confessario legitimè per Cruciatam electo, sicut illius; Sicut econtra aliquando per Iubilæum relaxari potest a Confessario votum adeundi Ierosolymam, & non iuramentum, cum in eo solum detur facultas dispensandi super votis nulla facta mentione de iuramentis, quæ sunt diuersa ab illis, & a diuersis non fit illatio, l. Papinianus, ff. de minoribus, maximè in dispensationibus, quæ sunt odiosæ, & exorbitantes, c. quæ a iure, de reg. iur. in 6.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. aliàs 2.

4 QVamuis iuramentum absolutè metu, seu vi pręcisa factum vix inueniri poterit; eo quod voluntas hominis ad actum aliquem immediatè ab ea prodeũtem volendum, aut nolendum vi præcisa cogi nõ possit, S. Th. 1. 2. quæstio. 9. artic. 4. & 5. Man. prælud. 6. num. 2. & 4. violentum autem fit a principio extrinseco, passo non opitulante; huiusmodi tamen iuramentum violenter vi præcisa factum, iurantem non obligaret, cap. Sacris, de his, quæ vi, c. presbyteros, d. 56. conditionale verò præstitum, dummodo licitum sit, iurantem obligat, c. verum, si vero, de iureiur. quamuis absolutio in tali euentu iustè peti possit, & præstanda sit. c. 1. & c. debitores tit. eo.

TITVLVS XIV.

De præscriptionibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficij onera in fundatione posita, implenda sunt, nisi legitima præscriptione sublata sint.*

2 *Præscriptione 40. annorum res aliena iustè possidetur.*

DECISIO I.

Ex consil vnico in vtrisque.

1 LIcet regulari ei qualitates, & onera a patrono in fundatione beneficij imposita sub peccato, tam iure antiquo, c. Eleutherius 18. q. 2. & c. cũ dilectus, de const. & c. super eo, de iure patr. quã nouo Cõc. Tri. ses. 25. c. 5. de ref. implenda, & seruanda sint; quia tamen lex posita a patrono in fundatione beneficij, firmior esse non potest quã lex posita a Papa in Ecclesiæ gubernatione, cum a potentiori causa maior producatur effectus, l. cum multa, C. de bo. quæ lib. ideo sicut lex aliqua siue a Papa, siue Regis a principio non recepta, nec seruata, non ligat, c. in istis, §. leges, d. 4. & Fel. in c. 1. de treug. & pac. ita neque lex patroni beneficio in fundatione imposita ab initio nec recepta, nec seruata, vim obligandi beneficiarium, aut in foro exteriori, aut interiori habet; sed beneficiario sufficit, quod lex illa vel non monstretur esse a principio seruata, quia facta non præsumuntur, nisi probentur, c. cum in iure, de offic. deleg.

Digitized by Google

deleg. & l. mād. princ. vel si recepta, & seruata fuerit, quod legitima præscriptione sublata sit, & quod beneficium illud lōgo aliquo tempore, quadraginta scilicet, vel circiter annis liberum ab oneribus in fundatione iniunctis ab ipso, & prędecessoribus suis bona fide possessum fuerit: cum in bonis, & iuribus ecclesiasticis per lapsū triginta, vel quadraginta annorum etiam in valde præiudicialibus titulus iuste præsumatur. cap. de quarta, c. ad aures, c. illud autem de præscr. Bald. tract. de præscr. 3. par. 3. partis. q. 10. num. 27. & possessor in dubio bonam fidem habere cēsetur. Gl. in c. Sanctorum, verb. syncerè. & in c. si diligenti, ver. bona fide, de præscr. Iura verò antiqua cum Tridentino solum de oneribus, & qualitatibus beneficiorum, quę semel recepta, & seruata, nec aliqua postea præscriptione legitima sublata sunt, intelligenda sunt.

DECISIO II.

Ex consil. 3. & 5. in Nouis, desunt in antiquis.

2 PRæscriptione 40. annorum res aliena tuta conscientia possidetur; dummodo præscribēs nec sciebat, nec scire debuit rem alterius esse: quam tamen ignorantiam probabilem non habere censetur is, qui in domo sua publica documenta habuit rem alterius esse.

TITVLVS XV.

De sententia, & re iudicata.

SVMMARIVM.

1 *Sententia in non citatum, vel inauditum lata est nulla.*
2 *Regulares verbo defensionis, non appellationis, vti solent.*
3 *Delictum meum non dicitur deductum in iudicium, licet socius criminis in iudicium vocetur.*

DECISIO I.

Ex consil. vnico, alias 5. de appel.

1 SIcut omnis sententia a iudice incompetente lata, capit. cum super, de offic. deleg: vel in damnum particularis personæ, saltem sine causa rationabili, & ab eo, qui nō habet Regalia, seu qui superiorem recognoscit, Pan. in c. cum omnes. de consti. est ipso iure nulla; ita etiam & contra nō citatum, vel non auditum legitimé, ordinatio, vel sententia data, ipso iure nulla censetur, ca. Nos in quenquam, 2. q. 1. a quocunque superiore siue ab Imperatore, Cle. pastoralis, §. ceterum, de re iud. siue a Papa feratur. c. 1. de causa possess.

DECISIO II.

2 REgularis licet grauatus verbo appellationis, & petitionis Apostolorum, quo seculares Clerici vtuntur, vti nequeat: remedio tamen defensionis, quæ est iuris naturalis, quam appellatio in se includit, vti potest, cū Religiosus peioris conditionis esse non debeat, quam alij, sed melioris; nec magis grauari, quam alij, sed lōge minus propter quod sunt eis multæ immunitates, & priuilegia concessa, c. 1. de priuil. in 6. vnde taliter grauatus etiamsi non possit appellare, aut per viam appellationis ad superiorem accedere: potest tamen per viam simplicis querelæ superiorem grauantis adire. Pan. & alij in ca. dilecti, 2. de appell. & superior, causa cognita, ea facere tenetur, quæ bonus & rectus iudex ad se appellanti legitimè faceret, cū itineris arreptio ad superiorem, vim & effectum appellationis obtineat, c. dilecti, 2. de appella.

DECISIO III.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

3 DElinquentibus duobus vnum delictum, ob quod incurritur irregularitas, quamuis contra vnum intentata sit actio in iudicio, si tamen defectu probationis absolutus sit, alter virtute Concilij Trid. sess. 24 c. 6. de refor. ab ordinario dispensari potest, eo quod delictum illius in iudicium deductum non sit, quamuis socius criminis in iudicium vocatus sit. Res enim inter alios acta, alijs non præiudicat, quibus res iudicata non nocet, l. 1. & 2. C. res inter alios acta. Nauarr. in Man. cap. 27. num. 254. vnde cum illius delictum adhuc occultum sit, ordinarius in eo dispensare valet.

TITVLVS XVI.

De Appellationibus.

SVMMARIVM.

1 *Legatus Cardinalis reuerenter recusari potest.*
2 *Appellare a sententia definitiua, vel ab interlocutoria quando liceat.*
3 *Appellari potest ad Papam ab omni sententia definitiua.*
4 *Appellare quando Regularibus liceat.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. aliàs 3.

1 QVamuis Legati a latere sententia, & iudicium sine causa recusari non debet, honestè tamen, & reuerenter recusari potest. cap. Nouit, de appel. & Pan. & Dec. ibi. cum etiam & totum vnum Concilium Prouinciale recusari, & ab eo appellari possit, c. Suspecti, 3. q. 5. Pan. & Feli. in c. 1. de iud.

DECISIO II.

Ex consil. 2. aliàs 1.

2 IVdex in omnibus casibus, in quibus legitimè appellatur, hoc est, intra legitimū tempus, c. ab eo, de appell. in 6. seu decendium. Auth. Hodie, C. de appel. appellationi deferre tenetur. Et quamuis olim tam a definitiua, quam ab interlocutoria regulariter in omni causa appellare licebat: a definitiua quidem non expressa iusta causa appellādi, cap. 1. de appel. in 6. dummodo non sit causa, in qua, vel a iure, vel ab homine remouetur appellatio: (quia tunc etiam a definitiua appellare non licet, nisi exprimatur iusta causa ad appellandum;) c. licet, de off. ord. & gl. ibi, & cap. Romana, §. si autem, de appel. in 6. Ab interlocutoria autē iure canonico scriptis, & expressa iusta causa appellandi, c. vt debitus honor, de appel. & c. 1. de appel. in 6. post Concilium tamen Tridentinum, sess. 13. c. 1, de ref. & sess. 24. ca. 20. de refor. ab interlocutoria in causis criminalibus appellare non licet, nisi quando grauamen per illam illatum non possit per appellationem a definitiua tolli, sed nec a definitiua etiam appellari potest in causis visitationis, & correctionis, habilitatis, & inhabilitatis; quod tamen ita intelligendum est, vt non nisi iusta de causa expressa id fiat, c. Romana, §. si autem, de appel. in 6. & iudex qui iustę appellationi non defert, puniendus est, c. de priore, de appel. & c. 1. de appell. in 6.

DECISIO III.

Ex consil. 3. aliàs 2.

3 AB omni sententia definitiua, vel habente vim definitiuæ Concilij Prouincialis ad Papam, vel ad Concilium Generale appellari potest, c. 1. de iudic. & regulariter appellatio iusta sententiæ executionem, & inde sequuta suspendit, l. 1. ff. nihil nouari pen. appe. nisi in casu quo iudex procedit cum clausula, omni appellatione remota, c. Pastoralis. de appel. vel cum appellatur a sententia excommunicationis, d. cap. pastoralis, §. verum, vel ab alijs censuris, c. is cui, §. fi. de senten. exc. in 6. vel cum appellatio est friuola, cui iudex a quo non detulit, c. cum appellationibus, de appell. in 6.

DECISIO IV.

Ex consil. 4. aliàs 4.

4 CVm appellatio defensio quædam sit, c. cum inter, de except. & non quæcunque, sed quæ iure naturæ debetur, & proinde nemini deneganda sit, Clem. pastoralis, §. cæterum, de iudic. non solum potest religiosus in causa ciuili, & criminali, sed etiam in causa immoderatæ correctionis ad suam innocentiam tuendam, ad superiorem appellare, & recurrere, cap. reprehensibilis, & cap. de priore, & Dec. ibi, de appel. & c. licet, de offi ord. & glo. & Pan. ibi, & superiore nimis in eum sęuiente, de monasterio fugere

Digitized by Google

gere licet,nec propterea dicetur,aut erit Apostata.Bald.in capit.ad nostram,de appell.Immo Abbate odio grauante monachum iustè arma pro defensione sua monachus accipere potest.Card.in Cle.1.§.præfatæ.de statu mon. Et iniquè,& irreligiosè validè facit superior,qui iustas appellationes a se oppressorũ non admittit, nec licentiã dare vult prosequendi,& adeundi superiorem,peiusq; facit qui subditum suum in carcerem inedia torquendum conijcit,donec appellationi,& iustæ defensioni renunciet,& grauiter puniri debet,c.de priore,de app.& glo.& Dec.ibi.cum iure naturæ,& canonico omnibus oppressis appellatio concedi debeat,c.Ad Romanam 1.& 2.2.q.6.a qua cõcessione nullo vnquam iure religiosus reperitur exclusus.Quod si ius,c.ad nostram,de app. aliquãdo religiosis appellationem prohibere videatur,de nõ oppresso,)& iniusta de causa appellante,loquitur; sed neque Concilium Tridẽtinum sess.25,capit.4.de Reg. appellare vetat religiosum, sed solum adire superiorem sine licentia Prælati prohibet,quod longe diuersum ab appellatione est,& a diuersis,& separatis illatio fieri non potest,l.Papinian.ff.de minorib.

Finis Libri Secundi.

DECISIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri collectarum.

LIBER TERTIVS.

TITVLVS I.

De Cohabitatione Clericorum,& Mulierum,

SVMMARIVM,

1 *Fornicator notorius est suspensus,& nisi prius peniteat,celebrando fit irregularis.*

DECISIO I.

1 SAcerdos fornicator notorius suspensus est, c. præter,distin. 32. & nisi prius peniteat, celebrando irregularis efficitur.c.Si qui sunt,dist. 81.Man.c.25.nu.76. & quamuis in foro interiori sola penitentia interior sufficit cum sacramentali confessione ad hoc, vt irregularitatem non incurrat,quam ante actam penitentiam celebrando incurreret. Turrecr.in d.c.si qui sunt,§. verum. in foro tamen exteriori etiam requiritur exterior, cum in hoc foro de non apparentibus,& non existentibus idem iudicium sit, ca. si Sacerdos,de offic.ord.

TITVLVS I.

De Clericis non residentibus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia simplicia de consuetudine residentiam non requirunt.*
2 *Lex prior,vel posterior generalis non tollitur, sed limitatur per specialem.*
3 *Seruitium 40. annorum ecclesiæ præstitum a residentia non liberat.*
4 *Parochus ex iusta causa, & licentia a residentia excusatur.*
5 *Regularis beneficium residentiam requirens canonicè adeptus,in eo residere tenetur.*
6 *Residens,sicut alij similes residere solent,an excusetur.*
7 *Consuetudo non residendi in similibus excusat a residentia per fundatorem imposita.*
8 *Consuetudo,quod interessent certis officijs diuinis lucretur distributiones pro illis, & alijs assignatur, est iuri contraria.*
9 *Distributiones quotidianæ ei debentur, quem necessitas corporalis tenet.*
10 *Residere censetur,qui de mandato superioris abest.*
11 *Canonicus inseruiendo prælato suo fructus,non distributiones percipit.*
13 *Dispensatio superioris iusta de causa a residentia,& promotione ordinum excusat.*
13 *Beneficiariorum residentium, & morientium suis ecclesijs fructus successori debentur.*
14 *Distributiones quotidianas canonicus absens percipere nequit.*
15 *Anniuersaria sub distributionibus quotidianis non comprehenduntur.*
16 *Litigans circa iura sui beneficij iustam causam non residendi habet,*
17 *Canonicus frequenter absens ab horis,vt parochiali inseruiat,distributiones non lucratur.*
18 *Beneficium curatum habens, residere, & per se curam exercere tenetur.*

DECISIO I.

Ex consil.1 aliàs 4.

1 CVm constitutiones pœnales benignius interpretandæ sint,c.in penis,de reg.iur.in 6.& consuetudo saltem immemorialis omni iuri humano præiudicet,c.super quibusdam, de verb. signif. non tenetur habens Capellaniam in Ecclesia Cathedrali vi constitutionis Sixti V.(Edictũ)hoc non extat in Bullario. autem contra non residentes promulgatę,ad reddendum in ea,dummodo ab immemoriali tempore Capellani præfatæ Capellæ absentes dictis Capellanijs per suos Vicarios seruierint,c.cum omnes,de const. nec cultus Diuinus inde minuitur; maximè cum beneficia simplicia de consuetudine residentiam non requirant. Innoc.in cap.fin.de cleric.non resid.

DE-

Digitized by Google

DECISIO II.

Ex conf. 2. aliàs 1.

2 SIcut lex generalis prior non tollitur, sed limitatur, per posteriorem specialem in aliqua specie illi contrariam quoad illam speciem: ita etiam lex generalis posterior per legem priorem specialem ei contrariam quoad illam speciem limitatur, l. Sed & posteriores, ff. de legib. etiamsi in lege noua poneretur clausula illa, *Non obstantibus legibus contrarijs*, Dec. in Reg. in toto, ff. de regul. iur. a num. 7. vnde consequenter nec statutum, quo Concilium Tridentinum sess. 24. c. 12. §. præterea, de reform. disponit, vt omnes Canonici teneantur residere, & quod nemo possunt abesse vltra tres menses, & quod nemo percipiat fructus in absentia, derogando statutis, & consuetudinibus contrarijs derogare censetur duobus illis capitibus iuris antiqui c. de cetero, & c. ad audientiam, de cle. non resid. quæ sunt leges speciales, & hanc generalem Concilij constitutionem limitantes sicut neque per præfatum Concilium derogatur alijs canonibus, c. 1. de cler. non resi. in 6. quibus conceditur infirmis, & detentis legitimè lucrari fructus in absentia, sed Concilium potius per illos limitatur.

DECISIO III.

Ex conf. 3. aliàs 12.

3 CAnonicus qui quadraginta annis seruiuit Ecclesiæ, non liberatur ex hoc a residentia, cum id nulla lege statutum sit, & post Tridentinum, sess. 24. c. 16. de ref. Canonicatus personalem residentiam requirit, non obstante quacunque consuetudine antiqua; Et qui non interest officijs diuinis, distributiones quotidianas lucrifacere non potest.

DECISIO IV.

Ex consilio 4. aliàs 15.

4 PArochus, qui ex iusta causa licentiam scriptam habuit ante Concilium ab Episcopo suo absentandi se ab Ecclesia sua parochiali: etiam post Concilium Tridentinum sess. 23. c. 1. de ref. & c. relatum, de cleric. non resid. sine alia noua licentia abesse potest: cum licentia semel data, quousque renocetur, durat, etiam post mortem concedentis: Arg. c. si super gratia, de offi. dele. in 6. vnde & parochi qui ante Concilium Tridentinum causa studiorum licentiam ab Episcopo absentandi se obtineuerunt, c. cum ex eo, de electi. in 6. etiam post Concilium confirmatum nouam licentiam petere non tenentur.

DECISIO V.

Ex conf. 5. aliàs 19.

5 CAnonicus regularis retento suo statu regulari, licet parochialem de nouo obtinere non possit, vel obtentam ante professionem post eam factam retinere, nisi cum legitima dispensatione, ca. ne pro cuiuslibet 16. q. 1. c. si quis iam translatus, 21. q. 2. Cle. Ne in agro, §. sanè, de statu monac. Ecclesiam tamen residentiam requirens canonicè adeptus, in ea potius quam in Ecclesia regulari, cuius est Canonicus, residere tenetur: cap. 1. 18. q. 1. & c. cum olim, 2. de priu. Propter suam tamen parochialem, aut residentiam in ea, statum suum regularem non amittit, sed obligatus manet ad castitatem paupertatem, & obedientiam, licet hanc non debeat præfato regulari, dum residet in parochiali seculari, sed Episcopo illius superiori.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. aliàs 5.

6 REsidens, sicut alij similes residere solent, satisfacit, nisi postea iuxta Concilij Tridentini decreta sess. 21. capit. 3. de ref. & sess. 22. c. 3. de ref. alia residentia cum consensu Capituli singulis imponatur, tunc enim residere tenebitur, & interesse diuinis officijs eo modo quo ab ipsis fuerit ordinatum.

DECISIO VII.

Ex conf. 7. aliàs 6.

7 CVm de similibus idem sit iudicium, c. Dudum, de el. consuetudo non residendi in similibus, scilicet vel per aliu idoneum, & ab Episcopo approbatu excusat a residentia tali vel tali modo a fundatore imposita: maxime cum Episcopus ex consensu patroni iusta de causa dispensate possit super qualitate ad beneficium tuendum requisita. Fel. in c. cum accessissent, de constit. num. 18.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. aliàs 9.

8 QVamuis distributiones assignari possint certis quibusdam horis, & non alijs, statuit tamen nō potest, quod quis beneficiarius tum interessens certis officijs diuinis, lucretur distributiones non solum assignatas pro illis, sed etiam assignatas pro alijs, vel quod interessens vna hebdomada certis officijs lucretur illa, quæ pro illis alia hebdomada interessentibus eis dari solent: Et si quæ talis alicubi consuetudo sit, & illicita est, & tam iuri antiquo, cap. 1. de cler. non resid. in 6. quam nouo Cōcilij Tridentini decreto sess. 24. c. 12. de refor. ius antiquum innouanti, omninò contraria.

DECISIO IX.

Ex conf. 9. aliàs 11.

9 CAnonicus coniectus in carcerem propter suspicionē homicidij, & ob indicia tortus, & tandem absolutus, & innocens iudicatus omnes fructus, & distributiones quotidianas Ecclesiæ, quæ inter alios, canonicos præsentes, & officijs diuinis interessentes distribuuntur: lucri facit, eo quod omnis necessitas corporalis non solum ea, quæ reddit impossibilem aditum ad diuina, vt est cōiectio in carcerem, sed etiam quæ redddit incommodū notabiliter corpori, ita vt etiamsi posset ire, modo non posset sine læsione corporis, puta quia est sanguine minutus, vel accepit potionem aliquam medicinalem, efficit, vt absenti reddantur fructus, & distributiones quotidianæ, quas lucratus fuisset si sic impeditus non fuisset: cap. 1. de cler. non resid. in 6. & Dom. ibi & ca. quoniam, dist. 28. cum nemo ad impossibile obligetur. c. Nemo, de reg. iur. in 6. nec culpa carens damnum pati debet. c. de constitut.

DECISIO X.

Ex conf. 10. aliàs 8.

10 HAbens Canonicatum, vel dignitatem in aliqua Ecclesia Cathedrali, vel Collegiata residēdo in Curia Romana, de mandato sui Capituli, vel Collegij, pro causis, & negotijs Ecclesiæ suæ gerendis satisfacit obligationi quam habet residendi in sua Ecclesia, tam secundum iura communia antiqua, c. ex parte, de cler. non resid. quam noua Concilij Tridentini, sess. 24 c. 12. de ref. & residere censetur, etiam quoad quærendos fructus temporis, c. cum non deceat, de elect. in 6. & etiam distributiones lucrandas pro toto tempore quo abest, pro Ecclesiæ suę vtilitate; Archid. recep. in c. 1. tit. & h. eod. Sicut etiam & Regularis ob Monasterij sui, vel amici eius negotia, de superioris sui licentia absens, residere censetur & præsens in suo Monasterio. Ar. ca. Monachi, 2. & c. qui vere, 16. q. 1. Inno. in c. cum I & A. de re iudic. Immo & Nouitius, qui iuxta Concilij Tridentini decretum, sess. 25. ca. 15. de reg. professionem facere nō potest, nisi in religione resederit per annum, sine in Monasterio, sine extra, de mandato & licentia superioris resideat negotia vtilia ei faciendo, ita residere censetur, vt annum probationis compleat Silu. ve. Religio. 5. q. 19. & Nau. c. statuimus, n. 75. com. 4. de Regular.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. aliàs 2.

11 EPiscopi in suis obsequijs duos Canonicos suarum ecclesiarum retinere possunt, c. ad audientiam, & ca. cum dilectus, de cleric. non resid. & alij Prælati Ecclesiarum collegiatarum non Cathedralium qui sunt quasi Episcopi saltem vnum. Arg. c. his quæ de maior. & obed. Panorm. in c. de cetero, de cler. non resid. Quo tempore absentiæ, & seruitij, licet fructus suorum Canonicatuum lucrifaciant, distributiones tamen quotidianas, quas aliqui victualia vocant, & quæ tantum interessentibus diuinis diuiduntur, recipere non possunt, c. licet de præb. & c. de cetero de cler. non resi. nisi ex speciali Papæ licentia, præter quam in diebus, & mensibus, & negotijs illis, in quibus & propter quæ etiam alij Canonici lucrifaciunt illas etiamsi absint: adeo quidem, vt consuetudo non possit eis prodesse, c. 1. de cler. non resid. in 6. Immo nec hodie remissi a collegarum saltē præcedens earū amissionem illis prodesse potest ex Conc. Trid. sess. 24. c. 12. de ref.

D DE-

DECISIO XII.

Ex conf.22.aliàs 18.

12 HAbens Canonicatum in Ecclesia cathedrali, cuius fructus, qui in quotidianis distributionibus consistunt, non sufficiunt eidem, vt secundum decentiã sui status viuat: ex dispensatione superioris a residentia, & promotione ad ordines excusari potest, donec maiores reditus acquirat, vt in Canonicatu, & ordine honestè, & decenter viuere possit. S. Thom. 2.2.q.147. art.4. & Caie.ibi. Ma.præl.9.n.14.& c.23.n.42.

DECISIO XIII.

Ex conf.13.aliàs 22.

13 FRuctus beneficiariorum residentium, & morientium in suis Ecclesiis successori debentur: non residentium autem sine legitima licentia in scriptis obtenta, & morientium extra suas Ecclesias Cameræ Apostolicæ redduntur: nec suffic t iusta causa cum licentia tacita, sed omnino necessaria est vt expressa sit, & in scriptis data, ex Con. Tr. ses.23.c.1.de ref. aliàs licentia data in foro exteriori nõ prodetit successori, sed pro fisco, & Camera Apostolica iudicabitur, cũ actus sine scriptura factus, in quo lege, vel conuentione partium illa interuenire debet nullus sit. l. contractus, C. de fide instr. & glo. in c. de censib. in 6.

DECISIO XIV.

Ex consil.7.in Nouis, deest in antiquis.

14 CVm consensu, & priuata pactione publico iuri præiudicari nequeat, l. ius publicum, ff. de pact. & c. diligenti, de foro compet. Naua. in Man. c.22. num.59. vt canonicus absens, distributiones quotidianas percipiat, canonici præsentes concedere nequeant, sicut nec vt subdiaconatu carens vocem habeat, Capitulũ permittere valet. & Conc. Trid. sess.22.c.4. de ref.

DECISIO XV.

Ex consi.13.in Nouis deest in antiquis.

15 ANniuersaria Manualia Missarum, & eleemosinarum, & alia his similia emolumenta, nec sub fructibus, reditibus, prouentibus iuribus, emolumentis Canonicatuũ, nec sub distributionibus quotidianis cõprehendi censentur & multo minus quando hæc propter opera extra ecclesiam exhibita percipiuntur.

DECISIO XVI.

Ex conf.14.in Nouis, deest in antiquis.

16 CAnonicus Ecclesiæ chatedralis super iuribus Canonicatus sui Romæ litigans, iustam causam non residendi habere censetur, c. ex parte, de cle. non resid. ad hanc tamen non residentiam necessaria est sui Prælati, vel Papæ licentia, seu scientia. c. ad audientiam, de cler. non resid. ad hoc vt fructus iustè interim lucrari possit. c. Relatũ, de cl.

DECISIO XVII.

Ex consil 20 in Nouis deest in antiquis.

17 CAnonicus etsi frequentee absens ab horis tertiæ, sextæ & alijs minoribus, quæ in Cathedrali recitantur, vt parochiali inseruiat, quam cum dispensatione simul retinet, dummodo non percipiat distributiones pro illis horis, magnum defectum non committit: cum & Canonico, & Curato liceat per duos menses abesse nec propterea subreptitia dici debet dispensatio, si Papæ narrauerit, se vtrique commodè deseruire p sse.

DECISIO XVIII.

Ex conf.21.in Nouis deest in antiquis.

18 CVratum beneficium habens quamuis regulariter residere & per se curam exercere teneatur, ex consuetudine tamen immemoriabili, vel priuilegio induci, & concedi potest, vt eidem per Vicarium, seu Capellanum etiam temporalem, & ad nutum ammouibilem inseruiat.

TITVLVS III.

De Præbendis.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiarius, qua intentione esse debeat suscipiendo ordines.*
2 *Beneficium presbyterium actu requirens si non conferatur presbytero, collatio est nulla.*
3 *Beneficium curatum habens infra annũ ordinari tenetur.*
4 *Prioratum Regularem obtinene, quando ordinandus.*
5 *Capellania sine auctoritate ecclesiastica erecta, aut cuius Capellanus ad nutum patroni est amouibilis, non est beneficium ecclesiasticum.*
6 *Dispositio, vt quis quotidie celebret, intelligenda, si benestè, & deuote poterit.*
7 *Beneficium quodnam seculare, aut regulare censendum.*
8 *Canonicus regularis beneficium seculare sine dispensatione habere non potest,*
9 *Vicariatus perpetuus Ecclesiæ parochiali, dignitati, aut Monasterio vnitus, beneficium curatum censetur.*
10 *Valor beneficij 24. aureos non excedens, licet multa simul summam illam excedentia impetrentur, non est necessario exprimendus.*
11 *Infantes, & pueri ante 14. annũ beneficij incapaces sunt.*
12 *Beneficia compatibilia tot ante Concilium Trid. tenere licebat, quot honestę sustentationi sufficerent.*
13 *Gratia beneficialis, tacito etiam bona fide, beneficio obtento, non valet.*
14 *Beneficia plura habere quam decentia personę requirit, est contra Concilium Trid.*
15 *Confessarius in dubio, habentem plura beneficia, absoluere tenetur.*
16 *Beneficium recipiens animo dimittendi an peccet.*
17 *Vacationis beneficij, Papę modus narrandus, alias prouisio censetur subreptitia.*
18 *Dies termini in reseruatione alternatiuę ex mente Papæ, & ex consuetudine in termino computatur.*
19 *Possessor bonæ fidei, etiamsi litiget, præsentare potest, secus si malæ fidei possessor sit.*
20 *Collatio Canoniæ pænitentialis, ad quem spectet.*
21 *Episcopus retento Episcopatu, quando illud beneficiũ simplex acceptare poterit.*
22 *Pænitentiarius cum speciali præbenda institutus, optare aliam nequit.*
23 *Renunciatio beneficij, ad cuius titulum quis ordinatus est, reseruata pensione, valida est.*
24 *Beneficium curatum acceptans animo non inseruiendi ei peccat.*
25 *Habens Capellaniam, quæ residentiam requirit, an aliud beneficium curatum quærere possit.*
26 *Missam quotidie dicere obligatus illam salua decentia dicat.*
27 *Beneficium omne sufficiens, cum alio, etiam simplici, incompatibile est, non tamen vacat primum per alterius assecutionem.*
28 *Abbatia beneficium curatum est, & cum alia Abbatia incompatibilis.*
29 *Præbendæ duæ eiusdem Ecclesiæ, licet altera sit vnita, retineri nequeunt.*
30 *Dignitas etiam prima post Pontificalem cum Canonicatu quamuis in vna Ecclesia compatibiles sint, in Ecclesiis tamen diuersis post Concilium Tr. incompatibiles sunt.*
31 *Beneficium commendatum, eo modo quo ante Commendam, vacat.*
32 *Beneficia plura in titulum nemo habere potest.*
33 *Possessio pacifica ad alterius incompatibilis vacationem est necessaria.*
34 *Beneficium incompatibile per adeptionem alterius quando vacare censetur.*
35 *Beneficium simplex parochialis, per promotionem possessoris ad eam non vacat.*
36 *Beneficia simplicia ecclesiæ suæ conferre qui potest, poterit etiam vacantia per suam promotionem, resignationem, vel priuationem.*

37 Clau-

37 *Clausulæ, dummodo non sint plura, in illegitimorum dispẽsatione operatur, vt dispensatus vnum, vel alterum, & non duo retinere possit.*

38 *Beneficium simplex per alterius incompatibilis assecutionem, quando vacat.*

39 *Beneficia vniformia in vna Ecclesia sunt incompatibilia, non autem difformia.*

40 *Thesauraria, & Capellania sub eodem tecto cõpatibilia sunt.*

41 *Beneficia plura simplicia habens nullam cẽsurã incurrit.*

42 *Legi bona fide auctoritate sui prælati contraueniens, non peccat.*

43 *Credulitas iusta, quod seruitiũ sit beneficio 40. annis per alium, a residentia excusat.*

44 *Beneficiarius a sententia iniusta priuationis appellans, si secuto compromisso possessionem continuauerit, coram Deo beneficium dimittere non tenetur.*

45 *Natus alibi ob fugam matris beneficium loci domicilij habere potest.*

46 *Possessio triennalis de colorato titulo facit verum in vtroque fora.*

47 *Dispensatio ad beneficium retinendum expressa vna irregularitate, alia tacita, est subreptitia.*

48 *Accessus, & regressus qualiter differunt.*

49 *Pensionis translatio coram persona dignitatem non habẽte, non valet.*

50 *Pensionem transferens, eam sibi ad uitam reseruando, est simoniacus, sed non excomunicatus.*

51 *Parochus pensione constituta super sua parochiali ea lege ut 50. sibi libera remaneant, ordinaria onera subire tenetur.*

52 *Pensionem habens super beneficio, ad illius ecclesiæ reparationem tenetur, nisi pensio ab omni onere sit libera.*

53 *Pensionarius stylo curiæ pensiones decursas de fructibus beneficij a successore petere potest.*

54 *Valor beneficij verus per locationis instrumentum non probatur.*

55 *Beneficiarius pensionem promittens, ad eam etiam non adepta possessione tenetur, iusteque ab eo pẽsio accipi põt.*

56 *Pensio beneficialis sine Papæ auctoritate gratis remitti, sed non pretio redimi potest.*

57 *Pensio non est certa portia fructuum, sed ius illos percipiendi.*

58 *Pensio a patre in filium soluta ei, pro quo reseruata fuit certa pecunia, quatuor concurrentibus transferri põt.*

59 *Pensionarius horas recitans, quamuis clericaliter non viuat, pensionem tamen non amittit, sicut nec beneficiarius fructus beneficij.*

60 *Pensionem pro laico solui Papa reseruare potest.*

61 *Pensio beneficialis, nec in alium transferri, nec pretio cassari, vel ad longũ tẽpus locari, sine Papæ consensu potest*

62 *Beneficiarius redditibus abundans, superflua in vsus vanos impendens peccat, & restituere tenetur.*

63 *Beneficiarius de patrimonio, & sua industria quæsitis, sicut laicus, disponere potest.*

64 *Diuisio fructuum beneficij inter præcessorem, & successorem qualiter fieri debet.*

65 *Distributiones quotidianæ horis interessentibus debentur*

66 *Fructus quibus Canonicus propter absentiam priuandus est, operi pio, iudicis arbitrio applicari possunt.*

67 *Episcopus beneficia deuoluta, & reseruata vnire potest.*

68 *Beneficiarij, licet bona laica habeant, de fructibus tamen beneficij se sustentare possunt.*

69 *Fructus beneficiorũ, vt tales, potestati laicæ non subiacẽt.*

70 *Beneficiarius, qui ex tribus causis fructus restituere debet, ex vna condonationem impetrans, nihil agit.*

71 *Idoneus habitus ad clericatum non censetur statim ad beneficium habilis.*

72 *Edictum publicum proponere, an teneatur episcopus, vacante parochiali.*

73 *Plures parochiales sine dispensatione obtinens, ad illas, et alia beneficia obtinenda inhabilis est.*

74 *Canonicatus, & dignitas in eadem ecclesia ab eodem obtineri potest.*

75 *Capellania perpetua iurispatronatus, ad manualitatẽ per ordinarium reducta, desinit esse beneficium.*

76 *Distributiones quotidianæ ab hæretico perceptæ quibus accrescunt.*

77 *Subreptitiã reddit gratiã omnis expressi o falsi, quæ Principem ad facilius eam concedendam mouere potest.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 ETsi laicus licite beneficiũ desiderare nequeat pro tempore quo laicus est, & indignus, & incapax beneficij ecclesiastici: c. ex literis, de transact. & c. cum adeo, de rescrip. potest tamen illud desiderare licite pro tempore, quo erit clericus, dummodo illud principaliter desideret, vt Deo seruiat, & secundario ad consequendos reditus, vnde honestè viuat; Nec sic obtenturo beneficium necesse est absolutam voluntatem habere percipiendi sacros ordines, existente necessitate, vel vtilitate ecclesiæ, sed sufficit habere voluntatem absolutam subeundi omnia onera beneficio de præcepto incumbentia tempore quo illud tenuerit, & assumendi sacros ordines iubente superiore; ex Gl. & communi in summa distin. 74. vel relinquendi beneficium.

DECISIO II.

Ex cons. 2. aliàs 8.

2 CVm beneficium presbitero conferendum, vel presbiterium actu susceptum tempore collationis, vel solũ ętatem habilem ad suscipiendum presbyteriũ requirere possit; Gl. in c. cui de non sacerdotali, & c. ei cui. de præb. in 6. collatio beneficij actu presbiterium requirentis, si nõ presbitero fiat, nulla ęst, nec aliquos consequenter beneficij fructus lucratur: Arg. c. 1. de reg. iu. in 6. secus tamen si presbiterium actu in collatario non requirat, tunc enim satis est vt habenti ætatem, & qualitates requisitas a Concilio Trid. sess. 24. c. 4. de ref. conferatur: qui si infra annum non promoueatur, voce, & suffragio in Capitulo carebit, & dimidium distributionum quotidianarum etiam diebus, quibus interest officijs Diuinis, & horas canonicas recitat, amittit ad easq; restituendas cogi potest, Cle. ei qui 2. responso, de æta. & qualit.

DECISIO III.

Ex cons. 3. deest in Nouis.

3 BEneficium curatum ante ætatem accipiens, aut eius possessionem sine titulo Canonico, vel non viuens clericaliter, vel horas recitare omittens, peccat mortaliter, beneficium acceptando ante ætatem, & horas omittendo, dummodo credat se ad eas recitandas teneri, cum contra conscientiam faciat, ad eas tamen dicendas talis verè non tenetur, eo quod beneficium vere non habet, cum collatio beneficij ante ætatem omnino sit nulla, ex Conc. Tri. sess. 24. c. 4. de refor.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 13. de electione.

4 HAbens beneficium curatum, vel Prioratum regularem monachorum Nigrorum, cui annexa est cura per eundem exercenda infra annum ad sacerdotium promoueri tenetur, alias ipso iure beneficio obtento priuatur. c. licet canon. de elect. in 6. Clem. ne in agro, §. cæterum, de statu monach. & Feder. consil. 250.

DECISIO V.

Ex cons. 5. & 6. aliàs 5. & 7.

5 CApellania sacerdotalis, quę vel sine auctoritate ecclesiastica erecta est, vel cuius capellanus ex fundatoris volũtate, ad nutũ patroni amouibilis est, beneficiũ ecclesiasticum non censetur, eo quod omne beneficium ecclesiasticum, & auctoritate ecclesiastica fundari, & perpe-

Digitized by Google

tuum esse debet, nec nisi causa per iudicem ecclesiasticum cognita auferri potest, c. inuentum 16. q. 7. & c. satis peruersum d. 56. Et capellanus ad huiusmodi beneficium sacerdotale nominandus, ætatis legitimæ ad præsbiterium suscipiendum esse debet, ita vt illud in proximis a iure statutis temporibus suscipiat, non tamen oportet vt actu presbiter sit, c. ei cui, de præb. in 6. & c. 2. de inst. in 6.

DECISIO VI.

Ex conf. 7. alias 6.

6 Constitutio siue synodalis, siue fundatoris, qua habens Capellaniam ad Missam quotidie celebrandam teneatur, intelligenda est, quoties honestè & deuote id facere potest, c. significatum, de præb. & satis suo officio facit, quibus, aut ter in hebdomada celebrat, modo id non voluptatis, aut negligentiæ causa faciat sed causa honestatis, vel augendi deuotionem, aut alia simili iusta occasione.

DECISIO VII.

Ex conf. 8. aliàs 3.

7 Beneficium omne seculare censetur nisi ex aduerso regulare esse probetur, vel ex eo quod in erectione illius statutū fuerit, vt sit regulare, & ei per regulares seruiatur vel per quadraginta annos continuos a regularibus, tanquam regulare fuerit possessum, cap. cum de beneficio, de præben. in 6. cum vel per erectionem, vel per gubernationem quadraginta annorum beneficia regularia fiant secularia.

DECISIO VIII.

Ex conf. 9. aliàs 11. de statu Monachorum.

8 Cum regularia regularibus, & secularia secularibus conferenda sint, c. vt possessiones. de reb. Eccle. non alien. & cap. cum de beneficio, de præb. in 6. & ex Concil. Triden. sess. 14. c. 10. de re. licet beneficia curata regularia, siue per canonicos regulares regi consueta, canonicis Monasterij illius annexa sunt, sine vlla dispensatione, eo quod sunt regularia, & regularibus in titulum conferri possint, Arg. cap. cum singula. de præ. in 6. cle. 1. de supp. neg. prælat. in d. cap. beneficio curata tamen secularia, non continere per regulares præfati canonici absque Papæ, vel Episcopi dispensatione obtinere non poterunt ex Pan. in ca. Quod Dei timorem, de statu monac. & Rota dec. 5. de iu. patron. in nouis.

DECISIO IX.

9 Vicariatus perpetuus ecclesiæ parochialis vnitæ alicui Dignitati vel Monasterio, beneficium curatum est, & de iure ecclesiæ illius parochialis censetur, Clemen. 1. de off. vi. non tamen beneficium Regulare efficitur eo solo, quod Monasterio Regulari vnitum sit, nisi per literas vnionis, vel per consuetudinem præscriptam factum fuerit regulare: & vicarius ille ad præsentationem eius, cuius Dignitati ecclesia parochialis est annexa instituendus erit, c. extirpandæ, §. qui vero, de præbend. & Panor. ibi. quod ius præsentandi Vicarios vnitorum Concilium Tridentinum sess. 7. ca. 7. de ref. non tollit; Arbitrabitur tamen episcopus, an vicarij perpetui in ecclesijs vnitis instituendi sint, nō obstante priuilegio literarum vnionum deponendo Vicarios temporales, cui expresse per idem Concilium derogatur; quod si male sine iusta causa id arbitraretur episcopus, & Vicarios temporales in perpetuos commutaret, ab eo appellari possit, ex Glo. recep. in ca. super his. ver. arbitrio, de accusa. & appellatio illa licet non suspenderet eius sententiam quo minus executioni mandaretur deuolueret tamē iurisdictionem ad Superiorem, qui æquitate causæ cognita, illam reuocare debet. c. pastoralis de appell.

DECISIO X.

Ex consi. 10. aliàs 10. de rescriptis.

10 Impetratio plurium beneficiorum, quorum nullius valor ascendit ad summam viginti quatuor aureorum de camera, non efficitur nulla, eo quod in supplicatione, in qua petuntur quatuor beneficia talia, aut plura non exprimatur valor verus omnium coniunctim, etiamsi omnium simul valor ascenderet ad triginta, vel quadraginta scuta, & nullius valor per se ad decem: quia cum valor beneficij exprimi debeat & beneficia debite dispensari possint ex Pan. & Feli. in c. Ad aures de rescri, valor beneficij non ascendentis ad summam viginti quatuor ducatorum non est necessario exprimēdus, ex Gome. in reg. de valore benefi. q. 8. cum in istis non magna fraus, aut dolus committi possit, & raro impetrari soleant.

DECISIO XI.

Ex conf. 11 aliàs 1. de grat. & qualit. ordin.

11 Licet infantes & pueri ante decimum quartum annum beneficij sint incapaces, ex Concil. Trid. sess. 24. ca. 6. de ref. & glo. in c. si eo tempore de rescri. in 6. ordines tamen minores ante legitimam ætatem suscipiendo suspēsionem non incurrunt; sicut promoti ad maiores eam incurrunt, si ante legitimā ætatem promoueantur. Extr. Cū ex sacris.

DECISIO XII.

Ex conf. 12. aliàs 10. & 19.

12 Iure antiquo beneficia plura simplicia, & compatibilia quæ continuam residentiam secundum consuetudinē præscriptam non exigebant, tenere licuit, dummodo alterum ad honestam beneficiarij sustentationem non sufficeret, ita gl. in c. dudum. 2. de elect. Pan. in c. extirpandæ, §. qui vero de præb. & Nau. in Man. c. 25. num. 125.

DECISIO XIII.

Ex conf. 13. aliàs 9. de rescriptis.

13 Impetrans beneficium a Papa tacito alio, quod obtinebat, eo quod volebat statim illud relinquere, credens bona fide quod non tenebatur illud relinquere ob ignorantiam facti non peccat, c. gratia de rescri. in 6. gratia tamen beneficialis ob tacitum bona fide beneficium obtentum, ipso iure nulla est; c. si motu proprio, de præb. in 6. & Felin. in c. super literis, de rescrip. in 6. nec ob ignorantiam iuris tam antiqui, & iam clari excusatur, cap. cum adeo c. si proponente de rescrip. in 6. cle. 1. de præben & c. ignorātia, de re. iur. in 6. sed noua tituli reformatione indiget, ca. 1. de re. iur. in 6.

DECISIO XIV.

Ex consil. 14. aliàs 11.

14 Quamuis quis plura beneficia simplicia, & præstimonia obtinuit ante Concilium, quam suæ honestæ sustētationi requirantur, illa tenere valet dando superflua pauperibus, vt ait Card. in clem. gratiæ, de rescrip. & Nauar. in Ma. ca. 25. num. 128. si tamen illa post Tridentinum ses. 24 c. 17. de ref. obtinuit, retinere non potest, etiamsi sint simplicia, & compatibilia, sed tantum vnum illorum, vel duo quod, vel quæ sibi honestè sustentando sufficiunt.

DECISIO XV.

Ex conf. 15. aliàs 8 de pœnit. & remiss.

15 Confessarius habentem plura beneficia, antequam audiat interrogare debet an ea licite retineat, vt asserit Caie. ver. interrogationes confessarij cum probabiliter dubitare possit de iusta causa retentionis; in dubio autem illū absoluere tenetur, quia iusta aliqua causa subesse potest, & dispensatio, quæ illum saltem a mortali peccato excuset, quam non tenetur confessario ostendere, si non vult.

DECISIO XVI.

Ex consilio 16 aliàs, 17. de cler. non resid.

16 Obtinens beneficium residentiam requirens & ab Episcopo licentiam petens, vt causa studiorum abesse possit, cum animo vt de fructibus illius sibi prouideat in studio, donec gradum assumat, & postea eo assumpto beneficium illud resignet, & clericaliter viuendo meliorem cōditionem sibi acquirat, non peccat, dummodo eo sit animo, vt omnia, quæ beneficium requirit de præcepto, præstet, donec illud retinuerit, nec alicui iniuriam aliquam facit, sed suo tantū iure vtitur, c. cū Ecclesia vulterana. de el.

DECISIO XVII.

Ex conf. 17. aliàs 11. de rescript.

17 Sicut electo ad aliquam dignitatem nolente consentire electioni de se factæ, vel renunciante iuri sibi quæsito, vel moriente, antequam electio confirmetur, ius eligendi ad primos electores redit; qui habebunt tantū tempus ad eligendum denuo, quantum habuerūt ante primā electionem; c. elect. de ele. in 6. ita nominato ad ecclesiā parochialem per concursum, iuxta formam Conc. Tri. sess. 24. c. 8. de ref. renunciante, moriente, vel alias ius quod habebat perdente, antequam ipse instituatur, redit potestas

pro-

Digitized by Google

prouidendi per nouum concursum ad Episcopum; adeo vt si alteri de beneficio illo per Papam prouideatur, non narrato ei modo quo vacauerit, prouisio illa subreptitia erit, c. postulasti, de rescrip. cum gratia Papæ intelligenda sit sine præiudicio Episcopi, & nominatit, cap. superior. de offic. deleg. de quibus nulla ei mentio facta fuit tempore, quo ecclesiam illam alteri contulit.

DECISIO XVIII.

Ex conf. 18. alias 31.

18 VAcante Canonicatu, præbenda, aut alio beneficio in aliqua ecclesia, vel loco illa ipsa die qua fit reseruatio alternatiuarum in Curia a Papa, ita censetur ex mente Papæ, & ex consuetudine beneficium illo die vacans in reseruatione prefata includi: vt collatio illius ab ordinario facta in vim alternatiuæ præcessoris nulla, & inualida omnino sit; non solum, ex eo quod gratia ad beneplacitum Papæ facta, (qualis est collatio beneficiorum virtute acceptationis alternatiuæ Episcopis residentibus a Papa concessa) per mortem ipsius expirat, licet non, si fiet vsque ad beneplacitum sedis Apostolicæ, cap. si gratiose, de rescrip. in 6. sed etiam quia dies termini in huiusmodi reseruatione alternatiuarum ex mente auctoris reseruatoris in termino computatur, præsertim cum id suis literis satis declaret, & quia quilibet se, suosque magis diligere præsumitur, quam extraneos, charitas enim ordinata a seipso incipit c. si non licet. 23. q. 5. & l. prefes. C. de seruit. & aqua. Inclusio autem illius diei respicit commoditatem & vtilitatem suam, & suorum familiarium & aliorum clericorum pauperum in Curia degentium, quam certum est maluisse intendere, quam episcoporum, & aliorum collatorum voluntatem, & appetitum.

DECISIO XIX.

Ex conf. 19. alias 2. de iurepatronatus.

19 POssessor bonæ fidei iurispatronatus, vel beneficij, siue dignitatis, ad quem præsentatio pertinet, præsentare potest, etiamsi litiget super iurepatronatus, vel super beneficio: c. Consultationibus de iurepat. & Inn. ibi secus autem si malæ fidei possessor sit: Non tamen malæ fidei possessor qui ex eo solum censetur, quod super illo iure patronatus, vel beneficio litiget.

DECISIO XX.

Ex conf. 20. alias 1. Ne sede vacante.

20 ETsi electio, & institutio Canonicatus, & præbendæ pœnitentialis, quem Concilium Tridentinum sess. 29. c. 8. de ref. in Ecclesijs cathedralibus iubet institui, ad solum episcopum spectat, collatio tamen id eos pertinet, ad quos ante spectabat, nimirum, vel ad solum episcopum, vel ad episcopum, & Capitulum communiter, vel ad episcopum cum consensu, & consilio Capituli ita vt si collatio & prouisio illius pertineat ad episcopum & Capitulum simul, possit tunc Capitulum sede vacante dictam præbendam, seu Canonicatum Penitentialem conferre, cum Capitulum succedat episcopo in collatione beneficiorum ad collationem Episcopi, & Capituli communiter pertinentium c. 2. Ne sede vacante, in 6. secus vero si collatio eius, vel ad solum episcopum, vel ad episcopum consensu, & consilio capituli pertinet, tunc enim sede vacante Capitulum illum conferre non potest eo quod Capitulum non succedit episcopo sede vacante in talium beneficiorum collatione. c. Illa, ne sede vacante. Pan. in c. cum olim de maio. & obedie.

DECISIO XXI.

Ex consil. 21. alias 14. de elect.

21 EPiscopus non perdit ipso iure beneficia quæsita donec adipiscatur possessionem, & facultatem percipiendi fructus episcopatus sui Glo. in c. si tibi concesso de preben. in 6. & post episcopatum conferri potest et ex causa legitima beneficium simplex DD. in c. cum nostris, de concess. præb. & cap. ad supplicationem, de renuncia. puta ob necessitatem quia non habet fructus sufficientes ad se sustentandum: aut quia fructus sui episcopatus alij debentur, vel ab eo percipi nequeant, quia exulat, vel est absens præsertim cum ecclesiæ decus sit eius honesta sustentatio, sicut esset dedecori eius mendicatio. c. Diaconi. 1. d. 93.

DECISIO XXII.

Ex conf. 22 alias 14. de rebus eccles. non alien.

22 POenitentiarius in ecclesia cathedrali institutus cum vnione perpetua specialis præbendæ facto officio suæ Pœnitentiariæ, altam præbendam retento ipso officio Penitentiariæ optare non potest, cum vnio, aut diuisio beneficiorum vnitorum requirat auctoritatem, & solennitatem, & iustam causam id faciendi; quam potestatem hominibus priuatis, & Penitentiarijs ipsis tot vniones, vel diuisiones ad libitum faciendi Concilium Tri. sess. 24. c. 8. de ref. dedisse non est verisimile.

DECISIO XXIII.

Ex conf. 23. alias 3 de renunc.

23 PRomotus ad sacros ordines ad titulum cuiusdam beneficij si postea reseruata sibi pensione centum aureorum, aut alterius summæ illud renunciat nulla facta mentione quod ad titulum illius beneficij ordinatus esset; non obstante Concilij Tridentini decreto, sess. 21. ca. 2. de ref. resignatio in foro conscientiæ, & etiam exteriori valida censeri debet, quia ad veritatem dispositionis copulatiuæ sufficit verificari alterum copulatiuum quando vtrum que per se ad eandem verificandam sufficit, Gl. in c. ex parte de rescrip. & Fel. ibi. nu. 23. ad hoc autem vt satisfiat mẽti Concilij statuentis, vt renunciatio valeat si fiat mentio de ordinatione ad titulum beneficij renunciandi, & quod renuncianti remanet id, quod ad victum eius sufficit, satis est quod remaneat ei victus honestus; cum concilium ideo hoc statuit, ne sacris initiatus indecore mendicet: vnde renuncians reseruando pensionem sufficientem ad honestam sustentationem, menti & intentioni præfati Concilij satisfacere videtur: & proinde renunciatio hæc valida censenda est.

DECISIO XXIV.

Ex conf. 24. alias 16. de cler. non residen.

24 BEneficium curatum acceptans animo non inseruiendi ei, vt consentit, sed permutandi ob aliud simplex, vel renunciandi reseruata pensione, peccat, eo quod eiusmodi acceptatio est actus plane inordinatus, cum beneficium datum sit propter officium ca. fi. de rescr. & ex Man. præl. 7. n. 4. actus autem omnis inodinatus in re graui peccatum est: Secus tamen si acceptet animo seruiendi eo tẽpore, quo ipsum tenuerit, nec renunciandi sine auctoritate superioris, c. admonet, & ca. Quod in dubijs, de renuncia. etiam cum iustæ pensionis reseruatione.

DECISIO XXV.

Ex conf. 25 in vtriusque.

25 HAbens Capellaniam, ratione cuius debet in aliqua ecclesia quotidie residere, beneficium aliud curatum quærere potest; Non tamen potest iuste simul illud, & Capellaniam illam retinere, sed compelli potest ad vtrum illorum maluerit relinquendum, c. præterea, de præben. & cap. fin. de cle. non resid. Pan. in c. referente, & c. de multa, de preb.

DECISIO XXVI.

26 OBligatus simpliciter ad Missam quotidie dicendam satisfacit celebrando quoties salua honestate, & debita deuotione potest: secus autem si obligatus sit Missare quolibet die per se, vel per alium, tunc enim ipse, vel alter loco illius quotidie celebrare tenetur: Patronus autem instituens multos Capellanos ad dicendam quotidie Missam vnam, in dubio intelligendus est de pluribus Missis, & non de vna tantum, ita vt non solum teneantur omnes ad vnam solam Missam quotidie faciendam, sed quilibet Capellanus quotidie Missam celebrare tenetur.

Digitized by Google

lo iure antiquo, cap. referente, & ca. præterea, de præben. autem iam nouo Concil. Trident. sess. 7. c. 4. de refor. & sess. 24. cap. 17. de refor. regulariter ipso iure vacare non censetur; præsertim cum pœna ipso iure non incurratur, nisi in casibus a iure expressis gl. in c. vlt. de iur. patro. Concilium autem id expresse non dicit, & per tacitos intellectus iuris correctio fieri non debet, glos. in cap. cupientes, §. quod si per viginti, de elect. in 6. immò Concilium in illo capite quarto solum loquitur expresse de curatis incompatibilibus; & sine correctione iurium antiquorum intelligi commodè potest de Dignitate, & Personatu non curatis, ca. de multa, de præben. & de simplicibus, & vniformibus eiusdem ecclesiæ, c. literas, de concess. præb. & cle. fi. eo. tit. Nec vllam vacationem nouam ipso iure addere, sed veterem confirmare Concilium voluit, & disponere quod beneficia incompatibilia, quæ per vetus ius vacabant, etiam per illud nouum ipso iure vacent.

DECISIO XXXIX.

Ex consil. 1. aliàs 5.

39 DVo beneficia simplicia obtinens in eadem ecclesia parochiali, pro quorum vno tenetur celebrare duas Missas in mense in vno altari, & vnam pro alio in alio altari, dummodo vnum non sufficiat ad honestam sustentationem habentis, incompatibilia non sunt, c. gratiæ. de rescr. in 6. cle. gratiæ. tit. eo. Pan. in c. extirpandæ. num. 33. de præb. Quamuis enim duo beneficia simplicia vniformia, vt duæ præbendæ, vel duæ canoniæ sub eodem tecto incompatibilia sunt, c. literas, de conces. præb. cle. fi. de præb. difformia tamen, & dissimilia, vt sunt prædictæ Capellaniæ & altaria, (cum habeant diuersa munera & onera, vnum siquidem est in vno loco, & alterum in alio situm, & vnum habet vnum onus, & alterum aliud) compatibilia sunt, c. eam te. de rescr. c. olim, de re iudic. & c. 1. de consue. in 6. quandoquidem ea beneficia vniformia sunt, quæ ad vnum & idem officium sunt instituta.

DECISIO XL.

Ex consil. 36. aliàs 22.

40 THesaurarius alicuius ecclesiæ, de alijs duabus Capellanijs eiusdem ecclesiæ prouisus, quas alij Thesaurarij ex consuetudine immemoriali tenere solebant, neque illis neque Thesauraria est ipso iure priuatus, si illa non sit sufficiens ad honestam eius sustentationem; eo quod consuetudo rationabilis, & legitimè præscripta vim priuilegij, & legis habet, c. fi. de consuetu. & pluralitas beneficiorum, non sint curata, vel Dignitates, vel Personatus, aut officia, c. de multa, de præb. aut beneficia vniformia, c. literas de conces. præben. non est illicita ei, qui non habet vnum beneficium sufficiens ad viuendum decenter; alioquin secus. Gl. in c. dudum. 2. de elect. Trid. ses. 24. c. 17. de ref. vnde consequenter Thesaurarius talis dictas capellanias, & Thesaurariam tenere potest; modo Thesauraria ad decentem eius sustentationem non sufficiat.

DECISIO XLI.

Ex consil. 37. aliàs 20.

41 PArochus, cui parochia tenuis viginti quatuor ducatorum non sufficit ad decenter viuendum duas Capellanias tenues cum Episcopi dispensatione retinere potest, nec aliquam propterea censuram incurrit; potestque Episcopus capellanias prædictas beneficio curato vnire, c. sicut vnire, de exces. prælat. ex Conc. Trid. ses. 27. c. 8. de refor.

DECISIO XLII.

Ex consil. 38 deest in Nouis.

42 LIcet dispositio loquens generaliter, regulariter etiam minimum includat, c. si proponente, de rescrip. & c. 2. de appel. fallit tamen quando ratio, quæ in magno militat, non militat etiam in minimo, c. Etsi quæstiones, de simon. vnde qui legi & dispositioni tempus duodecim annorū pro dignitate aliqua consequenda statuenti, bona fide accedente superioris auctoritate contrauenires, non est peccati mortalis condemnandus, nec defectus minimus, qualis est viginti circiter dierum, respectu temporis magni duodecim annorum est attendendus, cum parum, & nihil æquiparentur. Bald. in Auth. præterea. cap. vnde vir, & vxor.

DECISIO XLIII.

Ex consil. 39. deest in Nouis.

43 CRedulitas, & probatio iusta, quod alicui beneficio quadraginta annis per substitutos & vicarios seruitum sit, absentem a residentia personali in vtroque foro excusat; quia verisimilia iuste credi possunt, cum contraria non probantur, c. quia non est verisimile. de præsump. & ad canonicam præscriptionem quadraginta anni sufficiunt, c. de quarta, de præscr.

DECISIO XLIV.

Ex consil. 40. deest in Nouis.

44 BEneficiatus a sententia iniusta priuationis appellās, si secuto compromisso possessionem continuauerit, in foro conscientiæ beneficium dimittere non tenetur, & fructus eiusdem perceptos, & percipiendos tuta cōscientia retinere potest, modo ius bonum in illo beneficio habere se credat; eo quod sententia priuationis per appellationem suspenditur, DD. in rub. de appel. & l. 1. ff. eod. & ita illa non obstante beneficiatus cum suo titulo, & possessione remanet, donec per aliam sententiam iustam spoliatur; iniusta vero sententia in conscientia non obligat. ex Innoc. in c. quia plerique, de immu. eccl. nec tempus appellationis curante compromisso currit.

DECISIO XLV.

Ex cons. 41. aliàs 2 de parochijs.

45 MVlieris habentis domicilium in vna parochia, & parientis in alia, vbi causā recreationis, belli, pestis, vel alterius impedimenti habitabat ad aliquod tempus, animo reuertendi ad suum domicilium cessante impedimento, filius in illa parochia, vbi illa domicilium habuit, natus censetur ita vt in ea beneficium sibi debitum habere possit. Glo. in l. tale pactum, §. fin. ff. de pact. Bartol. & Bald. in l. huiusmodi, §. legatum, ff. de leg. 1. sicut & parochianus alicuius ecclesiæ intra parochiam suam mori iudicatur, licet moriatur extra illam, vbi aliqua de causa prædictarum manebat, cum animo reuertendi ad illam, sine voluntate domicilium mutandi, c. is qui, de sepul. in 6.

DECISIO XLVI.

Ex cons. 42. aliàs 30.

46 POssessio triennalis beneficij cum titulo colorato bona fide, sine simonia, & violentia acceptum in vtroque foro titulum verum, & beneficium suum facit, etiamsi titulus non fuerit Canonicus, glo. antiqua Guil. de Monte Ferato in reg. 33. cancell. Rebu. de pacif. possess. amplia. 3.

DECISIO XLVII.

47 IRregularis vna de causa obtinēs beneficium, & postea factus irregularis alia de causa, impetrans commissionem a Papa ad quendam, vt dispensaret super prima irregularitate, cum retentione beneficij, & commissarius habens auctoritatem dispensandi super secunda, dispensat cum illo super illa secunda, auctoritate quam habet, sine illa commissione, & a prima virtute commissionis, cum retentione beneficij: nihilominus beneficium illud in irregularitate obtentum retinere non potest; cum commissio Papæ de dispensando super retentione dicti beneficij subreptitia sit, eo quod tacita fuit alia irregularitas, qua expressa non fuisset tam facile facta commissio de beneficio retinendo, & proinde nulla fuit; vnde nec commissarius virtute illius retentionem beneficij concedere potuit. Arg. cap. postulasti, de rescrip. & Fel. ibid. cum ex nihilo nihil effici possit. c. Non præstat, de reg. iur. in 6.

DECISIO XLVIII.

Ex cons. 44. aliàs 11. de verb. signif.

48 QVamuis accessus, & regressus differant, ita vt de vno ad alium inferre non liceat, eo quod habens accessū agat de iure omnino nouo quærendo, habēs autem regressum iuridicum, de iure antiquo recuperando agat,

ita

Digitized by Google

ne beneficij, vel vllos fructus eius accipiat; eo quod euentus quem quis præuidit, vel præuidere debuit, l. si putator, ff. ad l. Aquil. aut difficultas præstandi rem promissam promittentem ad illam præstandam non excusat, l. continuus, §. cum ita, de verb. oblig. vnde cum beneficiarius potuit, & præuidere debuit impedimentum non adipiscendæ possessionis, & tamen se obligauit ad soluendam pensionem, etiam non adepta possessione, sibi solum imputare debet, cum damnum quod alicui sua culpa, & negligentia venit, sibi, & non alteri imputatur, c. damnum, de reg. iur. in 6.

DECISIO LVI.

Ex consil. 16. in Nouis, deest in antiquis.

56 QVamuis pensio beneficialis gratis remitti potest inscio Papa, non tamen emi, aut redimi, aut ad minorem summam reduci, aut transferri sine Papæ auctoritate valet, sicut nec sine eius auctoritate constituitur, c. extirpandæ, de præb. Quia eadem concurrere debent in destructione, quæ in constructione, c. 1. de reg. iur. ex Nau. in Man. c. 23. nu. 111.

DECISIO LVII.

57 SIcut beneficium non est fructus, qui ex illo percipiuntur, sed ius illos percipiendi; ita pensio nō est certa portio fructuum mensæ, vel beneficij, sed ius percipiendi illam: Et sicut beneficium est ius spirituale, vel annexum spirituali non quidem antecedenter, vt ius patronatus, sed consequenter ex S. Th. 2. 2. q. 100. ar. 4. ita etiam pensio licet non sit quid spirituale, est tamen spirituali annexum consequenter, vt ipsum beneficium, & proinde inuendibile. Et sicut beneficium est spirituale, quia prærequirit rem spiritualem, videlicet ordinem, ita etiam pensio ordinem, seu clericatum prærequirit; vnde nemo eam laico concedere potest, nisi solus Papa; sed neque Papa id potestate ordinaria facere potest: Et de stylo Curiæ requiritur etiā, vt nec illegitimus, nec irregularis sit, & per cōstitutionem Pij V. Extrau. ex primo Lateranen. obligat ad horas saltem B. Mariæ Virg. ex Nau. in Man. c. 25. nu. 122.

DECISIO LVIII.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

58 PEnsionarius, cui reseruatur pensio ad vtilitatem alicuius curialis, pensionem in fauorem soluta sibi certa quantitate transferre potest, quatuor concurrentibus, videlicet Papæ auctoritate, consensu Curialis, consensu beneficiarij eam soluturi, & narratione quantitatis pecuniæ, quæ prædicto Curiali datur, vt in id consentiat, quorum vno deficiente, eam transferre non poterit.

DECISIO LIX.

Ex consil. 55. alias 3. de vita, & honest. cler.

59 CLericus pensionatius propter pensionis tenuitatem se sustentare non valens, si relicto habitu clericali ad militiam se transferat, pensionem non amittit, nec fructus receptos restituere tenetur, dummodo horas B. Mariæ Virginis recitauerit; tenetur tamen clericaliter viuere, aliàs peccat, nec absolui potest, nisi militiam secularem relinquere proponat, quæ omnino contraria est vitæ clericali; potest tamen aliqua negotia, & officia secularia vitæ clericali non omnino contraria exercere propter pensionis tenuitatem, vt sic cum pensione honestè & decenter viuere possit; sicut etiam habens beneficium ecclesiasticum clericaliter viuere tenetur, fructus tamen beneficij non amittit, si clericaliter non viuat, modo horas canonicas recitauerit, etiamsi homicidium committat, & factus sit irregularis. Inno. recep. in c. cum nostras, de concess. præbend.

[Hæc authoris sententia post Bullā Sixti V. quæ incipit *Cum Sacrosanctam*, editam anno 1588 quinto Idus Ianuarij, falsa est, cum ibi Pontifex statuerit, vt qui clericus sit, & beneficium, aut pensionem obtinet, habitum clericalem deferat, alias beneficio, vel pēsione ipso facto priuatus sit ita vt non teneatur quis vlterius ad fructuum beneficij, aut pensionis solutionem, sed neque ob non solutionem censuras, aut pęnas aliquas incurrit.]

DECISIO LX.

Ex consil. 56. alias 34. de praben.

60 CVm ab inferiori Papæ pensio laico etiam non coniugato constitui nequeat, multo minus a Magno Magistro militiæ Sancti Ioannis Hierosolymitani alicui laico coniugato super Commendam collatam alicui sui ordinis militi pensio constitui poterit; potest tamen Commendatarius causa paupertatis, pietatis, vel necessitatis, vel tota sua vita, vel ad aliquot annos gratis dicto pensionario aliquid soluere.

DECISIO LXI.

Ex consil. 57. & 58. alias 11. de reb. eccles. non alien. deest in Nouis.

61 PEnsio beneficialis licet gratis remitti, seu condonari debenti eam possit. Card. in c. Agathosa, d. 63. ex Nauar. in Man. c. 23. nu. 111. in alium tamen transferri, aut pretio causari, vel ad totam vitam pensionarij vendi, aut ad longum tempus locari, scilicet vltra triennium, sine consensu Papæ non potest. Extrau. de reb. Eccl. non alien. Clement. tit. eod. sicut etiam pactio omnis sine beneplacito eius in spiritualibus prohibetur, c. quam pio, 1. q. 2. & c. fin. de pactis.

DECISIO LXII.

Ex consil. 59. deest in Nouis.

62 HAbens plura beneficia & redditus ecclesiasticos, quā sua persona, aut qualitas requirit ad honestam sustentationem, superflua renunciare tenetur, & solum iuxta suam dignitatem sumptus facere potest; superflua verò vanè expendens peccat, & restituere tenetur: Potest tamen beneficiarius diues fratrem suum egentem, & studētem sustentare ex redditibus sui beneficij, etiamsi habeat patrem diuitem, qui probabiliter id facere possit, eo quod viuente patre bona illius non sunt filij, vnde filius iure pōt dici pauper, & ope aliena indigens, neque tenetur pater illum studentem in studio, vti sibi inseruientem alere.

DECISIO LXIII.

Ex consil. 60. alias 2. & 4. de peculio cleric.

63 BEneficiarius de patrimonio suo, & sua industria quęsitis, & de alijs fructibus pensionum secularium, potest pro libito suo etiam principaliter largiri cognatis suis ob consanguinitatem, & amicitiam, sicut quilibet laicus potest de fructibus laicis pro libito largiri, etiam extraneis; De reliquis autem ex sua pensione, aut beneficijs ecclesiasticis egentibus donare potest, etiam cognatis, dūmodo id principaliter faciat ob amorem Dei, quamuis minus principalem respectum ad cognationem, amicitiā & alios fines seculares habeat.

DECISIO LXIV.

Ex consil. 61. alias 7. de success. ab intest.

64 DIuisio fructuum beneficij inter prædecessorem, & successorem. gl. in c. si propter, de rescr. in 6. sicut inter vsufructuarium, & proprietarium finito vsufructu, l. si vsufructuarius. ff. quib. mod. vsufruct. amit. vel inter fideicommissarium, & eum qui restituit fideicommissum cedente die faciendæ restitutionis, l. Herennius, ff. de vsur. fieri debet; ita vt prædecessor attanto iure communi habere debet omnes fructus collectos, vel debitos ante suam mortem; reliquos verò omnes successor eius, non habita ratione partis anni, qua vixit.

DECISIO LXV.

Ex consil. 62. alias 20. de celebr. Miss.

65 CAnonicus ecclesiæ Cathedralis per multos annos absens, nec horas canonicas recitans, fructum tamen eius, qui in distributionibus quotidianis consistunt, continuo percipit, eos nec ecclesiæ, nec pauperibus, sed illis, qui horis interfuerunt restituere tenetur, cap. 1. de cler. non resid. in 6. cum non sufficit dare pauperibus, quod debetur alteri, cap. ex te, de iureiur. nisi quando ignoratur quis sit; cap. cum tu, de vsur. & glo. ibi. distributiones verò quotidianæ solum horis interessentibus debentur, adeo vt obuenicns

uenlens tēpore vacationis non reseruatur successori, qualē regulariter Canonicus non habet. gl. in ca. sicut, de elect. sed inter superstites diuiditur. ex Nau. in Man. c. 25. n. 122. Fructus autem parochialis Ecclesiæ ob absentiam perditi, vel fabricæ illius Ecclesiæ parochialis, vel pauperibus loci, oppidi, vel pagi, vbi sita est restituendi sunt, ex Cōc. Tri. sess. 23. c. 1. de ref.

DECISIO LXVI.

Ex consil 63. aliàs 3. de cler non resid.

66 FRuctus quibus Canonicus priuandus est, eo quod vltra tres menses abfuerit a seruitio Ecclesiæ, contra Cōcil. Triden. sess. 24. c. 12, de ref. decretum alicui operi pio, in quod arbitrabitur is, qui priuauerit applicandi sunt; Quia quod a iure determinatum non est, iudicis arbitrio determinari debet, c. de causis, §. 1. ff. de off. deleg. Nec potest episcopus, aut Legatus pęnam a Concilio impositam remittere, aut super ea dispensare, gl. in c. dilectus 2. de præb. & c. cum dilectus. de elect. capit. fin. de fil. presbyt. immo sine causa iusta realiter delinquentem episcopus punire dissimulans, peccat, arg. cap. irrefragabili, de offic. ord. & gl. in c. ea, quæ, de off. Archiep. Non tamen tenetur Canonicus in conscientia fructus sic acceptos restituere, donec ab episcopo illis priuatus sit; cum nemo soluere tenetur pęnam, prefertim ipso iure non impositam, sed per sententiam imponendam, donec a iudice condemnetur. glo. in c. fraternitas 11. q. 2.

DECISIO LXVII.

Ex consil. 64. aliàs 12. de reb. eccl. non alien.

67 EPiscopus beneficia ad sedem Apostolicam deuoluta, & eiusdem collationi reseruata, alijs beneficijs tam iure antiquo, c. vnic. 10. q. 1. ca. sicut vnire, de excess. prælat. Panor. ibid. quam nouo Concilij Trid. sess. 21. c. 5. de ref. perpetuo vnire potest; Per quam vnionem iure accessionis, & accessorij, ius quod beneficiarius habuit in alijs beneficijs obtēntus, ad illa etiam vnita se extendit, arg. c. super eo. de præb. in 6.

DECISIO LXVIII.

Ex consil. 65. aliàs 1. de vita & hon. cler.

68 CVm operarius dignus sit mercede sua. Luc. 10. & qui seruit altari, de altari viuere debet. 1. Cor. 9. & c. cum secundum, de præben. clericus beneficiarius habens bona patrimonialia, & ecclesiæ seruiens, de fructibus beneficij sui iustè se alere potest, non aliter, ac si patrimonium non haberet, & patrimonium suum cum fructibus illius cognatis suis, & alijs quibus volet, erogare potest. Innoc. in c. episcopus, de pręben. Pan. & Fel. in cap. postulasti, de rescr. Manu. ca. 25. nu. 127. maximè cum Ecclesia clerico beneficium conferens, cum eo tacitè conuenire videtur, vt sibi seruiat in his, quæ beneficium requirit, & reditus eius accipiat, c. nisi pridem, de renun. & proinde seruienti sibi ministerij pretium de iustitia soluere tenetur: adeo vt habere, vel non habere patrimonium, nihil prodest, aut nocet ad hoc, quod Ecclesia beneficiario debeat, vel non debeat operæ suæ pretium, & reditus pro illa opera per beneficij titulum assignatos.

DECISIO LXIX.

Ex cons. 66. aliàs 3. de immun. eccl.

69 BEneficia cum iura sint spiritualia, ca. dilecto. de pręb. vel certe illis annexa, non quidem antecedenter, vt est ius patronatus, sed dependenter, seu sequenter, ex Nau. in Man. c. 23. nu. 111. quod est maius, adeo vt ad illorum capacitatem requiritur, vt quiddam spirituale pręcedat, quo quis eorum capax efficitur, c. cum adeo de rescr. S. Tho. 2. 2. q. 110. ar. 4. immo, & ipsa etiam prædia Ecclesiarum quatenus talia, sacra sunt, & qui ea diripit, vel absque solemnitate ecclesiastica vsurpat, est sacrilegus, c. sunt, qui opes, & c. quisquis 17. q. 1. consequenter etiam fructus huiusmodi beneficiorum ecclesiasticorum, quatenus tales sunt, potestati, & dispositioni laicorum quorumcunque non sint subiecti; Quamuis ea ratione, qua res vendibiles sunt, & emibiles, & translatæ a beneficiarijs in aliquem, per aliquam dispositionem licitam, ab ecclesia probatam, eo quod per illam facta sunt quodammodo profana, regum, & principum potestati subiecta dici possunt.

DECISIO LXX.

Ex consil. 67. aliàs 16. de præscript.

70 SIcut pluribus ex causis excommunicatus, licet absoluatur ab excommunicatione vna de causa contracta, non censetur absolutus a contractis ex alijs causis, cap. ex parte, de offic. ord. c. cum pro causa, de senten. excommo. ita & beneficiarius, qui tribus de causis fructus beneficij male percepit, videlicet, quia accepit illos post irregularitatem contractam, & quia vno anno horas non recitauit, & altero abfuit a beneficio, quod erat parochialis Ecclesia; si obtineat a Papa reualidationem tituli, quem nulliter acceperat existens irregularis cum cōdonatione fructuū, nulla facta mentione, de prædicta horarum omissione & absentia, ex sola præfata Papæ condonatione a restitutione fructuū illorum duorum annorum non liberatur: quia gratia illa condonationis subreptitia censetur ex taciturnitate aliarum duarum causarum, gratia autem subreptitia non est valida, ca. Super literis, de rescrip. nec tam facilè concessisset illam condonationem Papa si sciuisset, quod ex tribus causis perdidit fructus, ac concessit sciens, quod ex vna tantum, cap. postulasti, de rescript. Vnde condonatio illa restringitur solum ad causam perditionis ex defectu tituli in petitione expresso, & non ad alias causas non expressas, præsertim quia voluntas non fertur in incognitum, l. Rutilia pollea, ff. de contrah. emp. & debens aliquid ex pluribus causis, si liberetur a debito ob vnam tātum illarum, non liberatur ab eodem quatenus debet ex alia, l. cum quæritur, ff. de except. rei iudic. Quia tamen fructus obuenientes tempore vacationis debentur successori, cap. cum vos, de offic. ordin. c. præsenti, de elect. in 6. & fructus præfati obuenerint tempore vacationis, ex eo quod collatio prius ei facta ob irregularitatem non valuit, ipsemet beneficiarius tanquam primus successor eius, qui habuit postremum titulum canonicum, illos tanquam nouus successor ratione reualidationis sui tituli, retinere potest.

DECISIO LXXI.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiquis.

71 VIm plura requirantur ad hoc, vt quis beneficium, quam clericatum accipiat, idoneus reputatus ad clericatum assumendum, non ideo idoneos ad beneficia obtinenda reputari censetur.

DECISIO LXXII.

Ex consil. 4. in Nouis, deest in antiquis.

72 VAcante parochiali Ecclesia, quāuis multum deceat, vt episcopus edictum publicum proponat, ad id tamen virtute Concilij Trid. sess. 24. cap. 18. de refor. non cogitur, nisi in ijs locis, in quibus id postea per Synodum prouincialem statuitur. Plures autem nominare tenetur, nec impedire potest, ne alius, vel plures intra decem dies examinandi veniant, quos per se vel Vicarium suum, & alios examinatores examinare debet.

DECISIO LXXIII.

Ex cons 12 in Nouis, deest in antiquis.

73 PArochiales plures sine dispensatione Papæ obtinens, & ad illas, & ad alia beneficia quæcunque obtinenda inhabilis fit. Extrau. Execrabilis, §. porro, de præbend. & vltimo loco adeptæ collationi Papæ reseruantur, ita vt si ordinarius illas conferret, collatio nulla, & inualida esset.

DECISIO LXXIV.

Ex consil. 21. in Nouis, deest in antiquis.

74 CAnonicatus, & dignitas cum iure communi incompatibiles non sint, in eadem ecclesia ab vno, eodemque obtineri absque dispensatione possunt. Arg. cap. cum olim, de sent. & re iudic.

DE-

Digitized by Google

DECISIO LXXV.

Ex consil.33.in Nouis,deest in antiquis.

75 CApellania perpetua iurispatronatus, si (vt licet) per ordinarium ad Manualem reducatur, beneficium esse desinit, & simplex beneficium efficitur; ad quod patronus sine alia Episcopi approbatione quemcunque deputare potest, & deputatum remouere; quod si postea impetretur vt beneficium, non tenet institutio, nisi iterum de Manuali per Episcopum in beneficium ecclesiasticum instituatur.

DECISIO LXXVI.

Ex consil.29.in Nouis deest in antiquis.

76 DIstributiones quotidianas, quas canonicus hæreticus occultus accipit, si postea absoluatur cum retentione canonicatus, canonicis illis restituere tenetur, quibus accreuissent si ipse non interfuisset.

DECISIO LXXVII.

Ex consil.33.in Nouis,deest in antiquis

77 CVm omnis expressio falsi, quæ principem ad gratiam facilius concedendam mouere possit, eam subrepticiam reddat, cap. Super literis, de rescr. consequenter impetrans beneficium exprimendo se teneri ad soluendam pensionem, quam iam licitè redemit, non solum peccat, sed etiam gratiam perdit.

TITVLVS IV.

De Clerico ægrotante, vel debilitato.

SVMMARIVM.

1 *Coadiutor datus alicui ex fructibus beneficij ab eo administrandi sustentare debet.*

2 *Coadiutor datus alicui, quænam facere potest.*

3 *Beneficio ob superuenientem amentiam quis priuandus non est.*

DECISIO I.

Ex consil.1.aliàs 2.

1 COadiutores, qui iure communi dantur Prælatis beneficiarijs, vt adiuuent eos in his, quæ ipsi facere tenentur, & non possunt, c. de rectoribus, & c.fi.de cleric.ægrot. Inn.in c.nisi cum pridem, de renun. sustentationem habere debent ex fructibus, & reditibus beneficiorũ, ad quæ administranda designantur, d.c.de rectorib. & c.1. de cle.ægro.in 6. Quæ sustentatio eis conceditur pro obligatione faciendi ea, quæ beneficiario agenda incumbunt, cum beneficium datur propter officium, c.fi. de rescr.in 6. & ca.1.de cleric.ægrot.in 6. Coadiutores verò extraordinarij, & qui conceduntur cum futura successione, ea solum facere possunt, & lucrantur, quæ illis ex Papę concessione permittuntur.

DECISIO II.

Ex consil.2.aliàs 3.

2 COadiutor Episcopus datus Archiepiscopo propter senectutem cum futura successione, & facultate exercẽdi spiritualia, & temporalia, quæ iure, vel consuetudine ad coadiutoris officium pertinẽt, absente Archiepiscopo, vel annuente, põtificalia exercere, & benedictionem dare potest, pallio tamẽ vti non potest, donec fit Archiepiscopus, vel moriatur, aut cedat Archiepiscopus. arg.c.Nisi. & c.ex tuarum, de auct. & vsu pallij, nec beneficia conferre, vel alia exercere valet, quæ is, cuius est coadiutor per se vult, & potest exercere; cum ad Coadiutoris officium de iure non pertinent ea, quæ principalis rectè potest, & vult agere per se, nec coadiutoris consilio, aut auxilio vti vult. Arg. c.Pontifices, & c.penult 7.q.1.

DECISIO III.

Ex consil.1.in Nouis,deest in antiquis.

3 BEneficium iustè possidens, si postea in amentiam incidat, eo priuandus non est, sed ei a superiore coadiutor dari debet, manente iure beneficij in illo, etiãsi amens sit. Arg.c.tua.de cleric.ægrot.

TITVLVS V.

De concessione præbendæ, & Ecclesiæ non vacantis.

Hic titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia sine diminutione conferri debent.*

2 *Simonia mentalis nullam pęnam infligit, nec restituere obligat.*

3 *Episcopus licet perdat beneficia habita, ad alia tamen habenda non fit inhabilis.*

DECISIO I.

Ex consil.1 aliàs 1 vt eccl.benef.sine diminutione conferantur.

1 ORdinarius in beneficij collatione collatarium iuramento adigere nequit, quod non renunciabit beneficium cum pensione in alicuius fauorem, aut quod non permutabit illud, sed tantum purè, & liberè, & simpliciter renunciabit in manibus Papæ, vel ordinarij, si illud renunciare, vel permutare valuerit; eo quod beneficia sine diminutione conferenda sunt, c.1.vt eccl.benef. collatum autẽ beneficium cum huiusmodi onere, & pacto, nõ solum beneficij pretium minuit, ca.cum Ioannes, de fide instru. sed etiam simoniã sapit; eo quod in collatione interuenit conditio, modus, vel pactum quod iure non inest actui conferendi, vel recipiendi beneficium, c.significasti, de elec. & gl. & Fel.in c.ad audientiam, de rescr.

DECISIO II.

Ex consil 2.deest in Nouis.

2 QVamuis sola volũtate dandi, aut accipiendi spirituale pro temporali, simonia committi potest, cum Simonia sit voluptas emendi, aut vendendi spirituale pro temporali. gl.in summa 1.q.1. & Nau.in Man.c.23.n.100. adeo vt laicus nullã habens potestatẽ conferre vellet aliquod spirituale pro temporali, simoniã committeret, non minus, quam qui furari vellet, furtum committeret, licet non furaretur. c.Si cui, de pęnit.d.1. Per huiusmodi tamẽ simoniam mentalem nulla pęna, aut censura incurritur, c.fin.de simon. nec aliqua restitutionis obligatio inde inducitur.

DECISIO III.

Ex consil.3.aliàs 15 de elect.

3 EPiscopus, licet per consecrationem beneficia habita perdat, ad alia tamen futura habenda non fit inhabilis. Arg c.licet canon. & c.commissa, de elect.in 6. præsertim Episcopus titularis; sed neque Cardinalis ad beneficia saltem simplicia obtinenda inhabilis est. ex Pan.in c.ecclesia vestra, nu.2. de elect.

TITVLVS IX.

De his, quæ fiunt a maiore parte Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Administratio bonorum Monasterij tota Abbati incũbit.*

2 *Professionis receptio, an ab Episcopo sine Capitulo fieri possit.*

DECISIO I.

Ex consil.1.in vtrisque.

1 ABbas licet sine conuentus, aut prioris consensu bona Monasterij alienare non possit, cap. Sine exceptione, 12.q.2. pensionem tamen constitutioni assentire sine eorũ

consen-

Digitized by Google

consensu valet; cum de iure communi nullam ipsi administrationem habeant, sed tota potestas administrandi spiritualia, & temporalia penes Abbatem sit, c. Nullam 18. q. 2. & c. edoceri. de rescript. dummodo non sint diuisa bona inter Abbatem, & conuentum.

DECISIO III.

Ex consf. 2. aliàs 36. de regular.

2 PRofessionis receptio facienda in manibus Capituli Ecclesię cathedralis Regularis, & ipsiusmet Episcopi, in manibus Capituli facta, Episcopo nolente illam recipere non valet; cum iura, c. porrectum, c. ad Apostolicam. & c. Ioannes, & c. sanè, de Regula. tractantia de persona, quæ potest recipere possessionem communiter de Abbate, nunquam autem de conuentu loquuntur: vnde licet superior renuens facere quod debet, ad id per superiorem cogi poterit, ab inferiori tamen illud fieri non potest, nisi in casibus iure expressis, ca. Nullus. de iur. patr. Pan. & Fel. ibi. ca. pastoralis, de off. ord. Et consequenter licet Episcopus compelli potest ad suscipiendam professionem Nouitij, tam ad ipsam, quam ad Capitulum pertinentem, non potest tamen a Capitulo, quod non est superior eius, id fieri, quod ipse facere tenebatur.

TITVLVS VII.

De his, quæ fiunt a maiore parte Capituli.

SVMMARIVM.

1 *Concilium Generale Papa refragante nihil statuere potest*

DECISIO I.

Ex consf. vnico in vtrisque

1 QVamuis Papa refragante, Concilium Generale nihil statuere potest. Arg. ca. significasti, de elect. sed aliorum omnium, qui in Concilio sunt sententiæ Papæ sententia præfertur, eo quod Concilio Papa vt persona præest, in qua tota potestas ecclesiæ residet, ita quod solus posset statuere, quicquid cum Concilio possit, c. cuncta per modum, & c. per principalem. 9. q. 3. Prouinciale tamen Concilium contradicente Archiepiscopo, aliquid decernere valet, eo quod Archiepiscopus Cōcilio Prouinciali præsidens, non a se illam potestatem solus habet, sed vna cum suffraganeis collegialiter; quæ autem ab aliquibus collegialiter aguntur, ex maioris partis sententia terminantur Gl. & DD. in c. cum omnes, de cōst. Qua de causa collatio pertinens ad Episcopum, & Capitulum ab Episcopo cum aliquot canonicis sui Capituli facta non valet, si maior pars ei contradicat; Sicut etiam in receptione Monachorum spectante Collegialiter ad Abbatem & Capitulum, ita quod Abbas nō nisi vnam vocem, seu suffragium habet, maior pars eorum minori pręualet, etiāsi in ea Abbas fuerit. Arg. c. 2. Ne sed, vac. in 6. & c. fi. de Regul. in 6.

TITVLVS VIII.

De rebus Ecclesiæ alien. vel non.

SVMMARIVM.

1 *Instrumenta antiqua causa inuenta, si alicuius res tangāt, tutius est reuelare, quam occultare.*

2 *Episcopus de fructibus fabricæ vnius Ecclesiæ superfluis, fabricæ alterius Ecclesiæ pauperis assignare nequit.*

3 *Alienans res Ecclesiæ suæ sine iusta causa, & solennitate peccat, & pęnas incurrit.*

4 *Excommunicatus quando sit locans bona Ecclesiæ ad longum tempus.*

5 *Abbas quas arbore sine conuentu, aut pœnis alienare potest.*

6 *Episcopus beneficia perpetua, manualia reddere, & extinguere potest.*

7 *Diuisio bonorum Monasterij per Abbatem, & Conuentum facta valet,*

8 *Abbas exemptus, an res ecclesiæ alienare possit.*

9 *Contractum faciens circa res ecclesiæ, reseruata voluntate Papæ, an censuras incurrat.*

10 *Vnitum beneficium alteri, statum suum non mutat.*

11 *Emphyteuticis prædijs ecclesiasticis diuitis, cui solui debet census solitus.*

12 *Locans res ecclesiæ, quando incurrit excommunicationem.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. aliàs 16.

1 INstrumenta antiqua casu inueniens, si alicuius res, maximè vero Ecclesię vtilitatem tangant, quo minus bona, & redditus alienentur, tutius est reuelare, quam occultare, cum inueniens rem, aut sciens illam ad alium pertinere, restituere, & reuelare obligatur, c. Si quid inuenisti. 14. q. 6. & c. qui cum fure, de furt. & restitutio in integrum ignoranti, præserim Ecclesiæ contra præscriptionem datur, c. vigilanti, de præscrip. Fel. ibi.

DECISIO II.

Ex consf. 2. aliàs 15.

2 EPiscopus, licèt ex causa ecclesias duas vnire, aut vnā in duas diuidere, c. vnio. 10. q. 3. & c. sicut vnire, de excess. prælat. & etiam auctoritatem impartiri permutandi vnam ecclesiam cum altera, duobus habentib. illas, c. Quæsitum. de rerum permu. & c. 1. eo. tit. in 6. & pensionem super beneficio vnius ad alium clericum pauperem sustentandum imponere. c. Nisi. c. extirpandæ de præb. & Canonicos ad contribuendum reparationi ecclesiæ suæ cogere, & etiam canonicorum suorum præbendas pauperes & reditibus beneficiorum episcopatus sui augere possit, c. exposuisti, de præb. & ibi Panor. De superfluis tamen fabricæ vnius ecclesiæ, aliquid fabricæ alterius ecclesiæ pauperis carentis fabrica sufficienti ad parietes eius reficiendos, & ad ornamenta emenda, sine auctoritate, & licentia Papæ assignare nequit, cum hoc nullo iure ei concessum esse constat, præsertim cum semel donata, data, & relicta a fidelibus in suarum ecclesiarum vtilitatem, & vnum vsum pium, ad alium etiam pium, tam iure antiquo, c. 1. 12. q. 1. Clem. quia contingit, de relig. dom. & glo. ibi. quam nouo Concilij Tridentini sess. 7. c. vlt. de ref. & ses. 25. ca. 8. de ref. confirmatione, applicari non possint sine auctoritate Papæ, qui non facilè eam cuilibet Episcopo impartiri solet, etiam in casu licito, faciēdam, cum etiam alienationem rerum ecclesiæ suæ, in casu licito episcopo non concedit, nisi se prius consulto Pius II. Extrau. 1. de reb. eccl. non alien.

DECISIO IIII.

Ex consf. 3. & 5. aliàs 18. & 4.

3 REs ecclesiæ suæ sine iusta causa; & debita solennitate tam alienantes, quam alienatas recipientes peccant, & pęnas iuris, c. Si quis presbyterorum, de reb. eccles. non alie. & extra. 1. tit. eo. & cap. sine except. 12. q. 2. excommunicationem scilicet, & priuationem beneficiorum, quæ habent in ecclesijs, quorum bona alienarunt, si inferiores Episcopis, vel Abbatibus fuerint, ipso facto incurrunt; adeo vt pęnæ, quas ipso iure incurrerunt, nec debent, nec possunt iuridicè minui propter integrationem, & restitutionem bonorum, ob quorum alienationem pęnas præfatas incurrerunt, cum aliud sit restitutio damni, & aliud pęnæ, quæ malefacienti a iure, vel ab homine imponi solent, c. licet canon, & ca. commissa, de elect. in 6. secus autem si res ecclesiæ iusta de causa, & seruata forma debita alienauerunt, tunc enim neque peccatum aliquod committunt, nec vllam censuram incurrunt, capit. Sine cessione 22. quæst. 2.

DE-

DECISIO IV.
Ex cons. 4. alias 10.

4 SI duobus existentibus curatis in eadem ecclesia, & habentibus prædia, & fructus, & oblationes, & emolumenta obuenientia indiuisa, alter alteri, & de consensu episcopi ad vitam locat prædia ecclesiæ; non excommunicationem contra Simoniacos latam, cum hic nulla committitur simonia, nec etiam contra alienantes res ecclesiæ & contra recipientes illas male alienatas latam, extrau. g. 1. de reb. eccl. non alien. incurrit: maximè si consensus episcopi accedat, & consuetudo in episcopatu, & Regno sit, vbi ecclesia sita est, vt res ecclesiæ ad longum tempus locari, & accipi soleant, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 149.

DECISIO V.
Ex cons. 6. & 7. alias 6. & 7.

5 ABbas sine consensu conuentus, & sui Generalis arbores fructiferas, & non fructiferas scindendo, & vendendo peccat, & excommunicationem contra male alienantes res ecclesiasticas latam Clem. 1. de reb. eccles. non alien. incurrit, cum pariter sint alienare res pretiosas mobiles, & immobiles alienare; Panot. in c. nulli, de reb. eccl. non alien. secus autem si tantum arbores opacas locorum sui Monasterij pro vberiori fructuum collectione cœdat, præsertim si arborum abscissarum pretia in commodum, & vtilitatem Monasterij conuertat, tunc enim neque peccat, neque in pœnam aliquam incidit, etiamsi sine consensu conuentus id faciat, eo quod hoc non est rē immobilem, neque mobilem pretiosam, quæ seruādo seruari potest alienare, nec bona Monasterij deteriorare, sed meliora reddere; quandoquidem sæpe nimia arborū densitas nocere solet arboribus, & fructus ab eis ferendo; Et iura prohibentia rerum alienationem intelliguntur de rebus immobilibus, & mobilibus pretiosis, quæ seruando seruari possūt. Pan. in d. c. nulli, & in c. sine except. 12. q. 2.

DECISIO VI.
Ex cons. 8. aliàs 2. de prescript.

6 POssidens bona fide per aliquot annos Capellaniam factam de perpetua manualem, siue ad nutum amouibilē auctoritate ordinarij, credens bona fide eam fuisse in Manualem redactā, quæ tamen declaratur postea male fuisse in Manualē redacta, nec peccat, nec fructus perceptos restituere tenetur; quia cum Ordinarius ex iusta causa, cum consensu patroni, & alijs necessarijs interuenientibus beneficia perpetua, Manualia reddere, & extinguere possit; credens bona fide episcopum non errasse, & rem auctoritate eius bona fide possidens, fructus rei suos facit; iusta enim credulitas tituli ex errore facti, aut iuris, l. bona fides, ff. de acq. rer. domin. & Fel. in c. de quarta, de præscrip. etiam non obscuri defendens, licet non prosit ad vsucapiendum, & præscribendum rem ipsam, ex qua quæruntur fructus, prodest tamen ad quærendos fructus ex ipsa, bona fide perceptos, l. si de eti §. scire, ff. de petitio. hæred. Dinus in c. possessor. de reg. iur. in 6. immo ad quærendos fructus sufficit, vt mala fides absit, quamuis bona fides positiua non adsit. Felin. vbi sup. Bartol. in d. §. scire.

DECISIO VII.
Ex cons. 9. in vtrisque.

7 DIuisio bonorum Monasterij facta per Abbatem, & conuentum solos, sine particulari auctoritate Papæ valet, cap. edocem, de rel. & Pan. & Fel. ibi. & confirmatio Papæ accedens non efficit, vt Dionysio facta sit valida, sed tantum vt ab eodem Abbate, vel a successore eius pro libito reuocari non possit, quod etiam per se solum, & suum conuentum, reuocare pro libito posset, antequā eam Papa confirmaret.

DECISIO VIII.
Ex cons. 16. aliàs 5.

8 ABbas exemptus licet iurisdictionem habeat quasi Episcopalem gl. recep. in Clem. 1. ver. proprij, de rebus eccl. non alienan. & alienatio rei Cathedralis ab Episcopo de cōsensu Capituli facta valet, cap. sine excep. 12. q. 2. & Pan. in c. 1. de his, quæ fiunt a prælat. alienatio tamen rei eccl. siæ extra Episcopatum, vbi Abbatia sita est, ab Abbate exempto de consensu capituli etiam in casu iure permisso facta, sine auctoritate Papæ, aut prælati superioris, cui immediate subijcitur, inualida est; Pan. in ca. 1. vbi sup. Car. in clem. 1. vbi sup. q. 4. 35 & 37. per superiorem tamen eius, & episcopum, in cuius ditione res aliena sita est, ratificari pōt, ex Pan. & Car. vbi sup. & DD. in c. Nulli de reb. eccl. nō alien. & in c. sine except. 12. q. 2.

DECISIO IX.
Ex cons. 1. in Nouis, deest antiquis.

9 COntractum venditionis, vel permutationis circa ecclesiastica, sub conditione, *Si Papa placuerit*, faciēs, censuram antiquam non incurrit, si ante beneplacitum Papæ obtentum, ad venditionem rei vēditæ, aut rei permutatæ traditionem non procedat.

DECISIO X.
Ex cons. 13. in Nouis, deest in antiquis.

10 CVm per vnionem vnius beneficij ad alterum, beneficij vniti status, & conditio nō mutetur, sed antiqua priuilegia, & exemptionem etiam post vnionem retinet: consequenter ecclesia exempta non exemptæ vnita priuilegium exemptionis retinet: sed & dignitas prima ecclesiæ post Pontificalem auctoritatem Papæ mensæ capitulari vnita, ita vt capitulum illius possessionem apprehendat, perpetuoque retineat, eque inseruire faciat non ideo suppressa censetur: vnde quamuis dignitas illa vacare desinat, non tamen operatur, & secunda eiusdem ecclesiæ dignitas incipiat esse prima per regulam Cancellariæ sedi Apostolicæ reseruata.

DECISIO XI.
Ex cons. 17. in Nouis, deest in antiquis.

11 EMphyteuticis prædijs ecclesiasticis dirutis ad ciuitatem muniendam, census annuus, qui in recompensā assignatur, non directo domino, sed ipsi emphyteutæ soluendus venit, qui solitam recognitionem Ecclesiæ Dominæ directę soluet.

DECISIO XII.
Ex cons. 19 in Nouis, deest in antiquis.

12 QVamuis beneficiarius rei ecclesię suæ extra casus iuris expressos locans, ipso iure excommunicatus sit, Extrauag. 1. de reb. eccles. non alien. & beneficiarius regularis locans aliquid de rebus suorum beneficiorum ad longum tempus ab officio suspensus sit, Clem. 1. de reb. eccl. non alien. qui tamen bona fide id faceret, & maximè in ecclesiæ suæ vtilitatem, pœnas præfatas, quæ in solum præsumentes feruntur, non incurreret; siquidem pœna imposita contra præsumentem aliquid facere, ab eo, qui absq. dolo, vel contemptu illud facit, incurri non videtur ex Car. in clem. 1. q. 19. de priuil.

TITVLVS IX.

De Deposito.

SVMMARIVM.

1 *Depositio pecuniæ cum pacto, vt depositarius aliquid soluendo ea vti possit, vsuraria est.*
2 *Restituere tenetur, qui aliquid accipit ab exactore, pro facultate vtēdi pecunia exacta vsq; ad diē solutionis.*
3 *Depositum rei in pondere, numero, vel mensura consistētis cum facultate ea vtendi fit mutuum.*
4 *Deponens nihil a depositario exigere potest.*
5 *Cōtractus omnis cum ecclesia, si sit ei vtilis, iniri potest.*

Digitized by Google

DECISIO I.

Ex conf.1. in vtrifque,

1 CVm contractus depositi fit contractus gratuitus, ficut & contractus commodati; ex Gl. in c. 1. de commodat & in cap. 1. de deposito, ita vt si aliquid acciperetur, fieret contractus locationis, & conductionis; & depositum factum de re aliqua, quæ consistit in numero, pondere, & mẽsura, cum facultate vt ea depositarius vti possit, fit mutuum, simul ac ipse cęperit eo vti; l. Quintus, ff. de deposit. & l. certi condictio. §. fi. ff. de rebus credi. adeo vt mutuum, & depositum pecuniæ cum facultate ea vtẽdi paria sunt, eodem iure censenda; consequenter sicut acceptio alicuius rei pecuniariæ ob mutuum iniusta est, & accipientem ad restituendum acceptum obligat, c. si fęnerat aueris, 14. q. 3. & c. cõsuluisti, de vsur, cum sit contra legem diuinam, dicentem Mutuum date nihil inde sperantes; Luc. 10. ita etiam omnis depositio pecuniæ cum facultate vt ea depositarius vti possit & eo pacto, vt aliquid deponenti soluatur, cum verè mutuum sit, iniusta, & vsuraria est, & ad restitutionem acceptorum obligat, ex Nau. in Man. c. 17, num. 280. 281, & 283, nec in ea vlla ratione Papa dispensare potest vt licita sit, eo quod vsura omnis iure naturali, & diuino prohibetur, c. quia in omnibus de vsur. & S. Th. 2. 2. q. 78. art. 1. nec dispensare valet: Papa, vt quis licite vsuram exerceat, c. super eo, de vsu.

DECISIO II.

Ex conf.2. deest in Nouis,

2 QVi aliquid ab exactore, vel Thesaurario constituto vt reditus exigat, cum facultate vtendi pecunia recepta, quousque veniat dies præfinitus ad eam reddendam, accipit, vsuram committit, & acceptum restituere tenetur; eo quod depositum gratuitum factum cum facultate vtendi pecunia, fit mutuum, l. rogasti ff. de reb. cred. ratione cuius nihil iustè exigi potest, sed vsura esset, quę non est licita. c. consuluit, de vsur,

DECISIO III.

Ex conf.3. deest in Nouis,

3 PRinceps, aut ciuitas constituens aliquem depositariũ alicuius gabellæ, cum depositario iustè conuenire nõ potest, vt præter pecuniam, quam colligit ex gabella, certam ei quantitatem soluat pro facultate, quam facit, vtendi ea tempore, quo est apud eum ex Nau. in Man. c. 17. nu. 283. eo quod deponere pecuniam, vel aliquid aliud in numero pondere, vel mensura consistens cum facultate vtẽdi eo est mutuum, l. certi condictio. §. fi. ff. de reb. cred. aliquid autem ob mutuum vltra rem mutuo datam accipiẽs, vsuram committit, & ad restituendum acceptum obligatur. Multoque minus iustè poterit talis depositarius officium illud Depositarij transferre in aliquem cum pacto, vt soluta quãtitate, quæ debetur Principi, vel ciuitati, soluat ei dimidium eius, quod ex vsu prædictæ pecuniæ gabellarum acceptæ fuerit lucratus,

DECISIO IV.

Ex conf.4. in vtrifque.

4 CVm depositum pecuniæ numeratæ cum facultate vtendi eam subeat naturam contractus mutui, l. certi condictio. §. fi. de reb. cred & per contractum mutui dominium mutuo data, & onus custodiendi, in mutuatariũ tanquam dominum trãsit: l. 2. §. appellata ff de reb. cred. & l. 2. C de commodat. consequenter deponens aliquid depositario pro custodia soluere non tenetur: quando autem depositarius depositam pecuniam accipit sine facultate ea vtendi, & cum obligatione eandem restituẽdi, pro custodia mercedem meretur, quia non transit dominium in illum; nec aliquid deponenti reddere tenetur vltra depositum: l. si sacculum. ff. de deposit. neque deponens ab eo aliquid vltra sortem exigere iustè potest.

DECISIO V.

Ex conf.5. in vtrifque.

5 QVamuis summam aliquam pecuniæ numeratæ apud aliquam ecclesiam ea lege deponere liceat, vt administratores bonorum eius, aliquot exinde reditus annuos emant, quorum quinta, aut aliqua alia certa & statuta pars vtilitati illius ecclesiæ pro decima, & onere administrationis cedat, & aliæ quatuor partes deponenti, & successoribus eius debeantur: c. 1. de deposito. eo quod regulariter omnis contractus alioqui illegitimus, cum Ecclesia fieri potest, si est ei vtilis: Arg. c. fine exceptione, & c. si quis 12 q. 2. melius tamen, aptius, & securius fieret, si pecuniæ illæ ecclesiæ donarentur, sub modo, & onere reddendi donanti, & successoribus suis certam aliquam partem reditus rei ex illis pecunijs emptæ.

TITVLVS X.

De Emptione, & venditione.

SVMMARIVM.

1 *Census constitutio qualiter olim, & modo fieri possit.*
2 *Hospitibus, quam indigenis, carius vendere illicitum.*
3 *Vendens vltra taxam peccat, & ad restitutionem tenetur.*
4 *Papa, & qui alij, ex causa iusta, relicta laicorum ad pios vsus in alios vsus pios mutare possunt.*
5 *Actus, ad cuius valorem dispensatio requiritur, donec illa impetretur, est nullus.*
6 *Vendens scienter malè emptori id scienti, quamuis peccet, non tamen de euictione, aut ad interesse tenetur.*
7 *Emptio, & venditio sunt iniusta, cum pretium maius notabiliter iusto datur, vel accipitur.*
8 *Mercator, qui multis in vendendo nocuit, quid faciet.*
9 *Mutuans frumentum vt melius recipiat, peccat, & restituere tenetur.*
10 *Societas, vt sors conferenti salua maneat, est illicita.*
11 *Census ante Pium V. partim pecunia, partim alijs bonis emebantur.*
12 *Vendere carius ob dilationem quando liceat.*
13 *Cambium per minutum cuilibet, cum licitum sit, licitè mutuari potest pecunia minuta cum intentione recipiendi argenteam,*
14 *Census impositio in pecunia numerata, vt fieri debet.*
15 *Census redimibilis positus super re immobili, quando vsurarius censendus.*
16 *Venditio cum pacto, vt pro parte pretij non soluti censûs annus soluatur, vsuraria est.*
17 *Mercator peccat vendendo vltra rigorosum pretium, cum obligatione restituendi.*
18 *Locator venditori rem emptam cum pacto de retrouendendo tanti locare potest, quanti cuilibet tertio locaretur,*
19 *Vsura non est, si dem tibi irreuocabiliter aliquid, vt certum quid annuum mihi des.*
20 *Census annuus an olim super persona constitui poterat.*

DECISIO I.

Ex conf.1. alias 13.

1 LIcet constitutio census olim fieri poterat si pretium constitutum esset in pecunia numerata, etiam si eius solutio facta fuisset in alia pecunia, vel re alia, quæ nõ esset pecunia numerata, & etsi cõstituta fuisset ob pecuniã lõge antea a vẽditore debitã; ex Ext. Mart. v. & Calixti 3.

Post

Post constitutionem tamen Pij V. Extrau. Cum onus, requiritur, vt solutio tot us pretij census constituendi solu atur in pecunia numerata ipso tẽpore quo constituitur: Census tamen ol m contract⁹ iniustè non erãt, cum ad iustitiam census satis sit, qu d constitutio Vfolus verificetur ex natura contractus emptionis; de cuius substantia & essentia solum est, quod pretium in pecunia numerata constituatur, S.item pretium. Instit.de emp. non tamen quod in ea soluatur, & in tempore. & articulo constitutionis, d. §. item pretium. quod est de fo ma accidentali, & voluntatis vtrius nde non obstante noua hac Pij V. constitutione, emptio census constitu o pretio in pecunia numerata,& soluto etiam in alijs rebus æstimatis illa quantitate, est iusta; immo tortassis vtilior eo respectu, quo vẽditor maiore tempore fruitur pretio sine vllo censu, & interesse, quam eiusdem quantitatis soluto tempore constitutionis, qua nescitur, an, & quomodo fructus fit.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 9. de censib.

2 CVm hosp talitas res adeo laudabilis sit, vt eam non exhibentes à Deo arguantur, Matth. 25. & hospitibus, & alienigenis, quam indigenis carius aliquid vendere vetitum sit, c. s. de empt. & ven. consuetud. vendendi ius hospitandi cum priuilegio vendendi carius vno denario fogletam vini, hosp tibus, & peregrinis, quam indigenis iniqua, & illicita est, & tam vendentes, quam consentientes cooperando, & participãdo de lucro mortaliter peccant. c. s. de offi. deleg. ex Na. in Man. c. 17. nu. 195.

DECISIO III.

Ex conf. 3. in vtrisque.

3 HAbens potestatem imponẽdi iustum pretium & taxam carnib. & alijs rebus, eg. sq. iustas super pretio, & modo vẽdendi ea ferens, & inferiores ad legis observantiã sub peccato mortali obliga eius en ẽs, ita subditos ligat, ex Nau. in Man. c. 14. nu. 48. vt res carius illo pretio, & vltra taxam vendens, non solũ peccat mortaliter reus efficiatur, sed etiam ad restituendum damnum eis, quos lædit, ob igetur; adeo vt lic t pars vltas res acceptæ, vel damni dati excusetur culpa mortali, quãdo accipitur, vel fit sine intentione accip endi quam tatem notab lem; non tamen excusari, quando fit cum intentione lædendi multum multis v rbus. ex Nau. in Man. c. 17. num. 239.

DECISIO IV.

Ex conf. 4 alias 8.

4 PApa, sicut ex causa iusta relicta testatorum laicorum ad pios vlus, in alios vsus pios, mutare pot st: Cl. quia contingit de relig. domib. Ita Imperator, Rex, & alij qui Regula a b oẽt, & io temporalibus superiorem non agno cunt ulta de causa rel cta testat rum laicorum ad vsus profanos, in alios vsus profanos, & a fortiori in alios vsus pios mutare possunt. l. 1. & l. leg. tam, ff. de administ. rer. ad ciuit pert. & c. quæ in ecclesiarum, de const.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 9.

5 CVm actus, ad cuius valorem necessaria est dispensatio, antequam illa impetratur, non valet: Matrimonium cõt actum i iter cognatos aliquo gradu prohibito intra se undum ies, ante dispensationem est nullum, et si alter con ug m promit at aliter impetraturum eam c. 1. de consang. & affi it. Et resignans beneficium, reseruata sibi aliqua parte fructuum, vel pensione, falso beneplacito Papæ, si antequam obtineatur beneplacitum eius, capiat illam partem fructuum, vel pensionem, Simoniacus realis censetur. ex Nauar. in Man. cap. 23. num. 107. Et alienatio rei alienari prohibitæ, non impetrata prius alienandi dispensatione & licentia, adeo inualida est, vt non fatis fit ratificatio ex interuallo facta, nisi cum modis a concedente licentiam expressis, cap. 1. de rebus eccles. non alien. in 6.

DECISIO VI.

6 VEndens scienter ma e, emptori sc enti rem vel alienam esse, vel venditorem illam iustè vendere non posse, mortal ter peccat, non tamen de euictione, aut interesse tenetur. l. f. su dum. & l. emptor. C. de euict. & l. si fundo, ff eod. secus autem si rem talem scienter emptori b næ fidei, & ignoranti vẽdat; tunc enim vltra peccatũ, et am de eu ctione, & ad interesse obl gatur, p itrique emptor tal s bonæ fidei iustè & licitè ex empto aduersus venditorem agere l & liberi hominis, ff de contrah. emp.

DECISIO VII.

Ex conf. 6. in vtrisque.

7 VEndens aliquid preti o per arbitri os æstimando, cum conuẽtione addita vt emptor vltra iustum pretium constitutum, aliquidma us notabiliter singulis annis, etiã antic pata solu one in pr ncip o anni venditori soluat, peccat; cum omnis em ptio, & venditio, in qua pretium maius iusto datur, vel accipitur, iniusta sit, præsertim si ante p ite soluatur. c. t. & s de emp & l. r ff. de emptio. S. Th. 2. 2. q. 77. art. 1. & Nau. in Man. c. 23. nu. 77.

DECISIO VIII.

Ex conf. 7. alias 15.

8 VAria mercimonia longo tempore exercẽs, quæ vix, & d fficulter fine peccato exerceri solent; & subinde dubitans, an aliquid illicite equ sierit, & quibus nocere it, secum reputa e d bet, quantũ in, & in qua quantitate verisimil proxim s nocuit, & si m mi et illi quãtum a iq ibus certis rstfons n cuerit; eisdem restituere in c nscie ma e nei ur; A g cap ea re de iureiur sin vero ad mem riam reuocare no, nesci, qu bus in p rticulari, & quan um n cuerit, deb t bona fide r puta e quantum plus, vel m nus eo modo n cuisse potuit, & illud pauperibus restituere, vel in alia opera pia imp ndere. c. cum tu de vs r.

DECISIO IX.

9 MVtuans frumentum cum pacto, tacito, vel expresso, quo, mutuatarius redderet melius frumentum qua a cepit, pecc t, & illud pl s, qu d accep t, restituere ten t. Arg c. 1 & 2. 14 q. 3. Si vero in fiat conuentio c con ue udo obligat ad r ddẽdum melius, sed cõtingit, quod cum tenẽatur reddere idem in specie, reddat m lius frumentum, eo q od christianus, vel non us, & ad conseruandum aptius, nec peccat accipiendo, nec restituere tenetur, etiamsi motus principaliter motus fuerit ad mutuandum aliqua, quod recipe etur mel us; ea tamen mente quod contentus foret rei intione frumẽti æque b ni, nec pet. r ampl us, nec conq ere e ur: cum spes illa m nus principalis nõ faciat mutuum vsurarium, Glo. recep. in c. consuluit, de vsur.

DECISIO X.

10 SOcietatem contrahentes super mercimonijs cum pacto inter socios de stando lucro, & damno, ita vt capitale non maneret saluum conferenti pecuniam, sed si perderetur, illi, & non alijs socijs periret, licita est: si vero ita contracta sit, vt capitale, seu sors principalis salua reddatur con ferenti, iniusta, & illicita erit ex Nauar. in Man. cap. 17. num. 251.

DECISIO XI.

11 CEnsus ante constitutionem Pij V. impositi, nõ ex eo illiciti erant, qu d pars pretij in pecunia numerata soluta fuisset, & pars in alijs rebus, & boni stabilibus ab ipsis partibus æst matis, dummodo alia ne, etia sa seruata essent: Immò etiam ante illam pretium Census non solũ in alijs rebus quam in pecunia numerata solui poterat, sed etiam remittendo debitum a venditore, seu debitum emptori: sicut etiam ante præfatam Pij V. cõstitutionem iustè pœna restituendæ sortis in casu contractæ moræ soluendi censum apponi, & peri poterat, & etiam peti poterat restitutio prædicta lo t s post contractam moram; immò & impensæ, & damna ob illam litem consequuta

debentur à tali moloso, eo modo quo in alijs litibus ab iniustè litigante debentur, cap. finem litibus, de dolo & contu. & toto tit. de calum. & de pœna tenere litig. Sed præterea post dictam cōstitutionem pretium Census redimibilis omninò incertum est adeo, vt secundum varias terras, varium etiam est census redimibilis pretium, quāuis pro censu irredimibili videtur dari debere ad rationē viginti pro vno, gl. recep. in authen. perpetuę C. de sacrosan. eccles.

DECISIO XII.

12 VEndere rem carius, quam valet tempore venditionis propter dilationem ad soluendum datam, duobus concurrentibus licet; Alterum est, si venditor volebat seruare rem vendendam vsque ad tempus solutionis faciendæ; Alterum, si esset dubium, an tempore solutionis res illa plus, aut minus valeret, quam pretium constitutum, cap. in ciuitate &c. fi. de vsur. & ex Nau. in Man. c. 17. num. 206. & 210. Quorum aliquo deficiente, vsuram vltra iustum pretium ob datam dilationem vendens, committit.

DECISIO XIII.
Ex cons. 8. aliàs 1.

13 EMens cum lucro duorum, vel trium pro quolibet cētennario monetam æream minutam eamque am'eis egentibus ad quotidiana comparanda mutuo dans sine aliquo pacto, cum intentione tamen recipiendi monetam argenteam, non mutuaturus nisi pro ærea argenteam recipere speraret, non peccat, eo quod in effectu exercet cābium, quod vocatur per minutum, quod non solum Cāpsoribus, sed etiam quibuslibet priuatis licet, ex Nau. in Man. c. 17. num. 288. Neque inde mutuarius damnum aliquod patitur, cum ei tantum profuit impendisse æream minutam monetam, quam recepit, sicut si argenteam, quā dedit, impendisset.

[Alia huius consilij legenda sunt lib. 5. tit. 12 consil. 12. & 28. de vsuris ideo hic breuitatis causa prætermittimus, vt ibi suo loco aptius reponi, & legi possint.]

DECISIO XIV.
Ex cons. 6. aliàs 16.

14 CEnsus impositio etiam in pecunia numerata facta, cū illis conditionibus, videlicet, vt re censuaria perempta solui debeat, vel ne illa alienari, aut vēdi possit, vel ea alienata censuarius censum soluere teneatur, & non soluendo pœnam aliquam soluat, vsuraria est. ca. si fœneraueris, 14. q. 3. vbi Nau. in no. 69. & nu. 25. & constit. Pij V. de censibus contraria. extr. cū onus, edita 1568. cōstit. 80.

DECISIO XV.
Ex cons. 10. alias 17.

15 CEnsus redimibilis super re immobili suis finibus designata constitutus cum pacto, quod si inuenta fuerit incapax talis census, censeatur impositus generaliter super omnibus bonis constituentis ad electionem emptoris, & iure communi, cap in ciuitate, de vsur. & ca. ad nostram, de empt. & extante præsertim extrauagante Pij V. vsurarius censendus est.

DECISIO XVI.
Ex cons. 11. aliàs 13.

16 VEnditio domus alteri cum pacto, vt soluta parte pretij reliquam partem emptor retineat, & venditori pro parte pretij non soluti, cēsum, annuum soluat, donec reliquum pretij soluatur, vsuraria est, eo quod venditor accipit aliquid vltra sortem principalem ab emptore quia dat ei dilationem constituendi censum annuum pro parte pretij non soluti: cum tamen aliquid pro dilatione solutionis, vel termini debiti accipere vsurarium esse constet, & lege communi vetitum, c. consuluit, de vsu.

DECISIO XVII.
Ex cons. 5. in Nouis, deest in antiquis.

17 MErcator aliquid vltra pretium rigorosum vēdens non solum peccat sed etiam emptori tantum restituere tenetur, quantum iusto pretio addiderit, cū emptorem in hoc notabiliter læserit, ex Nau. in Man. c. 23. n. 77. nec excusatur ea eo quod illud det [Sensariam] caeterorū. Sensarius autem seu proxeneta, qui ipsi fidentem ad mercatorem deducit, quem scit, vel scire debet excessurū pretium iustum cum concausa sit damni, quod datur emptori, in subsidium ad restituendum in solidum obligatur. Illud autem quod gratis vltra taxam a mercatore, timente, ne diuertat emptorem ad alios mercatores accipit, restituere non tenetur.

DECISIO XVIII.
Ex cons. 7. in Nouis, deest in antiquis.

18 EMens fundum cum onere retrouendendi & locandi cū venditori, & propter hæc onera ei imposita emit illum pretio multo minore, quam si absque illis oneribus emisset, eo quod onera illa sint quasi pars pretij, iuste fundum illum venditori illi tam grandi pensione, & affectu locare potest, quam grandi locare poterat, si absolutè sine oneribus iusto pretio emisset, Argum. l. fundi partem, ff. de contrahen. emptio.

DECISIO XIX.
Ex cons. 20. in Nouis, deest in antiquis.

19 CVm contractus vsurarius esse non possit, vbi nullum est mutuum expressum, aut tacitū, ex Nau. in Man. cap. 17. nu. 206. vsura non erit dare alicui irreuocabiliter seuta ducenta cum conditione, vt certum quid annuum durante vita donantis detur, & post obitum, recipiens Dominus absolute, & sine aliquo onere maneat.

DECISIO XX.
Ex cons. 21. in Nouis, deest in antiquis.

20 CEnsus annuus ante extrauagantem Pij V. etsi secundum aliquo, s. Henr. tract. de cōtract. q. 74. & 75. & Sot. l. 6. de iust. q. 5. art. 1. etiam super persona ipsiusmet vēdentis constitui poterat, & etiam super omnibus bonis immobilibus mobilibus, iuribus, & actionibus præsentibus, & futuris alicuius, prout Nicolaus V. ad petitionem Regis Aragoniæ, & vtriusque Siciliæ Alphōsi declarauit; Quos census sic constitutes, extrauaga. Martini V. & Calixt. quæ habentur sub tit. de empt. & vend. inter communes, non reprobauerunt et āsi illos mag s approbarint, qui super rebus immobilibus constituti fuerant. Nunc tamen post extrauagantem præfatam Pij V. vt super rebus solū immobilibus, huiusmodi census annuus constitui potest.

TITVLVS XL.

De locato, & conducto.

SVMMARIVM.

1 *Salarium iustum quodnam censeri debet.*
2 *Lex tollens pacta a caducitate excusantia de quibus pactis intelligitur.*

DECISIO I.
Ex cons. 1. in vtrsque.

1 COnuentio inter herum, & famulum pro aureo mēstruo, & vt famuli decentibus vestib. se induant, vt licita, vel illicita sit ex quantitate, & qualitate operarum, quas præstat seruus, & Dominus ab eo exigit, & an famulus ætatis legitimæ sit, & sciat valorem operarum quas pręstaturus sit, & an necessitate pressus pro tali salario seruire cogatur, arbitrio boni, & prudentis confessarij æstimanda est, argu. l. 1. de iure delib. nullus autem cō tractus vltro citroque obligatorius iustus esse potest, nisi æquale pro æqualis detur ex Nau. in Man. c. 17. nu. 267.

DE-

DECISIO II.

Ex conf. 3. in Nouis, deest in antiquis.

1 Lex tollens pacta a caducitate, excusantia de illis solum pactis intelligitur, quæ illam simpliciter tollunt, & non de illis, in quibus loco caducitatis alia pœna apponitur.

TITVLVS XII.

De Rerum permutatione.

Hic titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus in bonorum vniuersitate consistens, eis emptis, vel permutatis, quando transfertur.*

DECISIO I.

Ex conf. vnico in antiquis alias 5. de iure patron.

1 Habens multa bona, & ius patronatus in vniuersitate bonorum suorum consistens, nec non ius percipiendi decimas in quadam ecclesia, si bona illa vēdat, aut permutet, nulla facta mentione iuris patronatus, etiam iuspatronatus in emptionem, & permutationem illius transire censetur, cap. ex literis, cap. cum seculum, de iure patr. sin vero in emptione, aut permutatione eiusdem iurispatronatus mentio fiat, vel excipiendo simpliciter illud a contractu & translatione, d. c. ex literis. vel per copulationem (Et) dicendo, vendo, vel permuto bona, & iuspatronatus, ex Decio in c. Quanto num. 6. de iud. non transfertur iuspatronatus; secus autem si fiat mentio ad transferendum per præpositionem (cum) dicendo, quod vendit, vel permutat bona cum iurepatronatus, tūc enim translatio valere dicitur: Permutatio autem decimarum pro aliis rebus temporalibus, etiam cum auctoritate ordinarii, sine consensu Papæ fieri non potest, & aliter facta, Simoniaca censetur.

TITVLVS XIII.

De Feudis.

SVMMARIVM.

1 *Feudatarius an omnis iuramentum fidelitatis præstare, & inuestituram petere teneatur.*

DECISIO I.

Ex conf. vnico in vtrisque.

1 Quamuis iuramentum fidelitatis, & petitio inuestituræ a feudatariis communiter exigi soleant, in recognitionem directi domini, quod apud concedentem feudum remanet, c. de forma a. a. q. 5. & c. ego N. de iure iur. & c. 1. de forma fid. in vsib. feudorum. adeo vt si feudatarius illa non obseruat, feudum amittit, cap. 1. §. 1. Quæ fuit prima causa benefamitt. in vsib. feud. & cap. r. Quo tempore miles in vsibus feud. non tamen omnis vasallus feudatarius, qui feudum habet, ad petendam inuestituram, & iurādum fidelitatem obligatur, sed is solum, qui feudum illis oneribus, in illius concessione & inuestitura subiectum habet.

TITVLVS XIV.

De Fideiussoribus.

Hic titulus deest in Nouis.

SVMMARIVM.

1 *Debita priora prius soluenda sunt.*

DECISIO I.

Ex conf. vnico in antiq. alias 4. de solution.

1 Fideiussor pro aliquo, & postea pecunias ab illo pro seipso accipiens & non habens, vnde pro vtrisq; satisfaciat, peccat mortaliter, & iniustitiam committit, volendo prius soluere his, a quibus posterius pro seipso accepit, quam his, quibus antea se pro fideiussorem obligauit, ex Nauar. in Man. cap. 17. nu. 51. cum debita priora prius soluenda sint; nisi ex ignorantia, vel inaduertentia excusetur credens se potius teneri ad soluēda debita, quæ pro seipso accepit, & quæ in sui ipsius vsus impendit, quā quæ per fideiussionem debentur.

TITVLVS XV.

De solutionibus.

SVMMARIVM.

1 *Contractus omnis in creditorum fraudem factus reuocari potest.*

2 *Famulus, qui accepit mille ab hero, illa permutando iuste, auctarium domino restituere non tenetur.*

3 *Pensionem præteritorum annorum ab antecessore non solutam successor ex fructibus perceptis soluere tenetur.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. & 2. alias 61. deest in Nouis.

1 Debitor multorum creditorum transferens locationē triennalem vineæ alicuius in postremum creditorē, vt ex fructib. illius soluatur sibi debitum eo pacto, quod administratio vineæ, & fructuum pertineat ad debitorē, & eo manente posset creditor capere fructus eius remanentes pro debito suo, in fraudem priorum creditorum illam transferre iudicatur, & sic transferendo peccat, & talis contractus per debitorem in fraudem priorum creditorum factus, iuste ab antiquioribus creditoribus reuocari potest ex toto tit. quæ in fraud. credit.

DECISIO II.

Ex consil. 3. deest in Nouis.

2 Cvm monetæ excussæ pretium verum cēseri debeat, quod a principe Reipub. præstituitur, Argum. cap. Quanto, & ibi Pan. communiter recep. nu. 6. de iureiur. œconomus vel dispēsator, aut quiuis alius officiarius accipiens a Domino suo, vel eius nomine mille scuta auri in auro, quorum singulorum precium a principe taxatū est vndecim iulii, & dimidium, si illa mercatori tradendo, vltra illos vndecim iulios cum dimidio, aliquot quattrinos, vel bolognnos accipiat, auctarium illud restituere Domino suo non tenetur, sed sibi illud iuste retinere potest, & suo officio facit satis, impēdens pro hero tantum, quantum scuta auri secundum institutionem Principis valent, nec auctarium illud suorum, vel pluri, in quatrimonium; quod incertum, immo & voluntarium est in foro conscientiæ, aut exteriori restituere tenetur; cum augmentum vel diminutio æstimationis monetæ, quæ mod co tempore durat, non sit attendēda. arg. l. pretium. in fin. ff. ad l. g. falc. Pau. in d. c. quanto.

DECISIO III.

Ex consil. 4. in Nouis deest in antiq.

3 Qvi pensionis retentationi nec per se, nec per procuratorem consensit, ob non solutionem cēsuris nō ligatur, antequam reseruationis literæ, non per alterius Notarii transumptū, sed in forma authentica cōntimentur, Cle. causam. de electio. Auth. si quis in aliquo documento, C. de eden. instru. ita tamen pensionem præteritorum annorum ab antecessore non solutam successor ex fructibus, quos ipse percepit, vel in futurum percipiet, soluere tenetur, vt ab hærede antecessoris, qui fructus dictorum percepit, quod soluit, recuperare valeat.

TITVLVS XVI.

De Donationibus.

SVMMARIVM.

1 *Donatio sub modo iusto, vt licita sit, qualis esse debet.*
2 *Parentes, qui filios alere non tenentur, in dubio expensas pro illis de illorum bonis facere censentur.*
3 *Donatio inter viuos a nupta sine assensu mariti facta est nulla.*
4 *Donare potest beneficiarius ad pia dum viuit, etiam ad cultum diuinum destinata.*
5 *Donatio episcopi, aut beneficiarij, siue sani, siue infirmi, inter viuos, & ad pia valet.*
6 *Regularis omnia, quæ ante, & post professionem habet, Monasterio acquirit.*
7 *Donatio intra duos menses ante professionem facta, quado valida sit.*
8 *Donatio omnium fructuum Episcopatus a solo separatorum, quid includat.*
10 *Lex prohibens patri, ne aliquam partem bonorum dare possit, qualiter intelligenda.*
11 *Donatio causa mortis, cum clausula. (De non reuocando.) quando valet.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 DOnatio, qua quis alteri donatione irreuocabili inter viuos ea lege mille donat, vt donatarius ei singulis annis vitæ ipsius centum soluat, & ita vt mortuo donatore nihil hæredibus debeatur, iusta est, non solum ex eo quod contractus donationis modalis a lege non improbatæ licita est; ex toto tit. de donat. quæ sub modo, sed etiam ex eo quod donator subit periculum perdẽdi magnam partem illorum mille, quæ donat; Nam si paucis, vel nullis annis vixerit longe minus, quam donauit: accipiet, vel forte nihil capiet, & fubito periculi iusta est causa suscipiendi aliquid vltra id, quod datur, l. 1. & 2. C. de nautico fœn. & c. fi. de vsur. & Dec. consil. 123.

DECISIO II.

Ex cons. 2. deest in Nouis.

2 PArentes, qui filios, aut filias alere non tenentur, & negotia eorum gerentes, impensas de bonis filiorum, & non de suis proprijs, in vtroque foro facere cẽsentur; nisi in foro conscientiæ præfatas impensas non tanquam gestores negotiorum filiorum, sed animo donandi, & non repetendi eas fecerint, l. si quis liberis. §. si mater. ff. de liber. agnosc. quia in illo foro non præsumptioni, sed veritati statur. c. Humanæ aures. 22. q. 5. & cap. is qui. c. tua. de sponsal.

DECISIO III.

Ex cons. 3. deest in Nouis.

3 MVlier coniugata promittẽs alicui, quod relinquet illi bona sua, si neptem suam in vxorem duxerit, conditione impleta, promissionem seruare non tenetur, imò iuste eam reuocare potest, quia licet promissio legitime facta seruanda sit, l. 1. ff. de cond. causa data, causa non, hęc adeo vt sine peccato reuocari non possit, c. 1. de pactis, & ex Nau. in Man. cap. 18. num. 6 quia tamen donatio inter viuos a nupta sine licentia, & assensu mariti fieri nequeat, non adimplendo, & reuocãdo promissum non peccat, & cui facta est promissio sibi ipsi damnum imputet, qui sciens, aut scire debens, non potuisse coniugatam sine licentia mariti talem promissionem facere, conditionem tamen adimplere voluit: Nam scienti, & consentienti non fit iniuria, aut dolus. cap. Societatis. de reg. iur. 106.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. deest in Nouis.

4 DOnatio beneficiarij, qua capellæ cuidam, in qua elegit sepulturam per duos annos antequam moreretur, vasa, & bona donauit, adeo valida censetur, vt non obstante constitutione Pij V. super spolijs clericorum; Extrau. Romani. ædit. ann. 1567. const. 44. capella illa, ab ecclesia ipsius beneficiarij illa sibi repetere volẽte, se defendere, & iuste sibi retinere potest, non solum si bona, & vasa data, ad vsum diuinum destinata non fuerint, sed etiamsi ad eundem cultum diuinum fuerint deputata fuerunt præfatæ capellæ duobus annis ante obitum beneficiarij; cum tamen præfata Bulla non de omnibus bonis beneficiariorum, sed tantum destinatis ad vsum, & cultum diuinum disponat, nec etiam de omnibus ad vsum, & cultum diuinum deputatis, sed de illis solum, quæ tempore obitus beneficiarij ex testamento, vel ab intestato inueniuntur relicta, in quibus ecclesia beneficiatij virtute Bullæ illius succedit.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 4.

5 DOnatio ab episcopo, aut aliquo alio beneficiario facta inter viuos de redditibus episcopatus sui aut beneficij ad opera pia valet, non solum si eã faciat sanus, sed etiam ægrotus, & in infirmitate ea ficens; ex eo quod beneficiarius omnis, siue sanus, siue infirmus, superflua suæ sustentationi in pijs operibus impẽdere tenetur c. 1. 16. q. 1. neque per infirmitatem suos titulos amittit, aut facultatem dandi bona sua pauperibus; cap. tua. de cler. ægrot. & c. ad hæc. de testam. Donatio autem beneficiarij ægroti facta sub hac forma, Si eam intra duos menses non reuocauero; donatio inter viuos censetur, & nõ donatio causa mortis. Adeo vt siue ante duos menses moriatur, siue multo tempore viuat, dummodo eam nõ reuocet, valida & efficax iudicari debet ad effectum, vt donatarius legitime bona data possidere valeat, nec collectori spoliorum vlla ratione debentur.

DECISIO VI.

Ex cons. 60. alias 2. & 4. de peculio cleric.

6 REgularis per professionem omnium bonorum patrimonialium, quæ ante professionem habebat, & capacitatem habendi dominium illorum, vel aliorum in tota sua vita perdit; ita vt omnia, quæ ante, & post professionem habet, per illam facta sunt Monasterii, vel Religionis, nec ea alicui per vltimam voluntatem, aut per donationem causa mortis, quæ quod ad hoc æquiparantur, donare valet.

DECISIO VII.

Ex cons. 7. & 8. alias 81. & 82. de regular.

7 QVamuis donatio intra duos menses ante professionem cũ licentia Episcopi, aut Vicarij facta, valida sit; Renunciatio tamen aut donatio bonorum facta occasione futuri ingressus in religionem ab eo, qui Religionẽ nondum ingressus est, neq; habitum susceperit, eo pacto, quod in omnem euentum, in quem dictus donator ante professionẽ a Monasterio exiret, dicta donatio esset nullius momenti, & inualida, & contra Concil. Tridentini decretum. sess. 25 cap. 16 de regul. facta consequẽs est, neque donatarius ratione illius, bona sic donata, aut renunciata iuste retinere potest; quia actus cõtra formam substantialem a lege præstitutam factus non valet c. cum dilecta. de rescript. præsertim quando fit contra formã substantialem legis continentis clausulam irritantem, l. fi. C. de legibus. qualis est forma præfata Concilii irritantis omnem donationem factam intuitu ingressus religionis ante duos menses proximos professionis faciendæ.

DECISIO VIII.

Ex cons. 9. alias 3.

8 CVm beneficiarius omnis in fructibus per. ipiẽdis vsufructuario similis sit, Gl. in c. si propter ver. primi

anni

anni de elect. in 6. & ad vsufructuarium fructus omnes a solo separati suo nomine pertinēt; l. si eius. ff. de rei vend. consequenter Episcopus moriturus donans alicui præsenti & acceptanti omnes & singulos fructus collectos, & a solo separatos quomodolibet ad suum Episcopatum spectantes, donasse censetur fructus omnes illius anni pertinentes ad Episcopatum, in quibus iam erat donator tunc quæsitum ante diem, quo illos donauit; quales esse cēsentur non solum decimæ, & alij fructus, qui tunc erant collecti, & in horrea reconditi; sed etiā qui erant iam messi, & ab arboribus, vel terra separati, et amsi nondum essent triturati, nec grana ex spicis excussa; & siue fructus illi a seruis Episcopi, seu beneficiarijs collecti, & separati fuerint, siue ab ipsis colonis ea mente messi, & collecti tam erant, vt ex eis decimas soluerent; cum fructus omnes decimandi causa a solo separati, beneficiariorum, esse censeantur.

(Aduertendum quod hæc authoris opinio videtur cōtra Bullam Iul. III. quæ incipit cum sicut constit. 9. edit. Anno 1550. vbi Papa decreuit Beneficiorum fructus, tempore obitus Beneficiatorum inexactos, ad successores in beneficijs spectare.)

DECISIO IX.

Ex cons. 5. in Nouis, deest in antiquis.

9 CLericus modo regularis nō sit, de patrimonialibus, vel quasi, etiam donando pro libito, vt laicus disponere potest, c. quia nos. de testam. quæsita vero ex fructibus beneficij, seu intuitu ecclesiæ, non nisi intuitu veræ paupertatis, vel pietatis alicui elargiri nequit, & aliter vterque, scilicet, tam donatarius, quam donator peccat, & ea pauperibus, & operibus per restituere tenetur.

DECISIO X.

Ex cons. 9. in Nouis, deest in antiquis.

10 LEx prohibens patri ne in damnum filiorum vltra quintam partem bonorum dare possit, donantem pro anima sua ad opera pia, vel in remunerationem, non obligat ex Nauar. in Man. c. 26. num. 29.

DECISIO XI.

Ex cons. 11. alias 1. de ætate & qualit. ordin.

11 DOnatio causa mortis cum clausula, *De non reuocādo*, licet valeat si modo verbis dispositorijs inseratur; secus tamen si id in exequutorijs fiat; ex Cou. pat. 2. rubr. de test. nu. 13. Sed neque donatio causa mortis facta censebitur reuocata, si quis postea donec inter viuos, putans donatarium interijsse. Arg. l. si de dolo de hæreditat.

TITVLVS XVII.

De Peculio clericorum.

Hic titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Clerico filio familias datum sit peculium castrense.*
2 *Fructus beneficij, viuente titulari, cui debentur.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiquis.

1 CLericus tonsuratus, filiusfamilias annuatim a patre pecunias accipiēs, vt clericaliter se sustineret, de prædictis pecunijs testari, aut alio modo disponere potest, non obstante quod sit filiusfamilias; sitque ei huiusmodi peculium castrense. Arg. Auth. presbyt. de episc. & cler. Couar. cit. Vnde ludendo efficaciter dominium illius in alium transfert, sicut etiam omne id, quod lucratur.

DECISIO II.

Ex consil. 56. alias 34. de præben.

2 BEneficiorum fructus, viuente titulari, seu illorum reseruatorio, a solo separati ei debentur, sicut etiam locationum pensiones correspondentes fructibus a solo separatis & hoc etiamsi nondum fuissent in horrea reposita, cum idem de perceptis, & a solo separatis iudicandū sit. Argum. l. si eius. ff. de rei vend. vnde si illos viuens debita honesta contrahendo consumpsisse, non facerent spolium, alias sic. De iure autem debetur successori in beneficio, cap. eam vos, de offic. ordin. & c. quia sæpe, de elect. in 6. sicut & collecti sede vacante, nisi alteri applicati essent.

TITVLVS XVIII.

De testamentis.

SVMMARIVM.

1 *Restituere tenetur famulus, qui compensandi animo clā accepta, fecit, ne herus tot sibi relinqueret.*
2 *Hæres testatoris confessario non tenetur nisi in verisimilibus credere.*
3 *Deponens testator pecunias cum pacto nihil soluendi depositario iniustè facit, & vsuram committit.*
4 *Relictum collegio pro anniuersario quotannis celebrando, inter Collegiatos præsentes diuidi nequit.*
5 *Legitima Iudæorum, & infidelium filijs conuersis, viuis parentibus, debetur.*
6 *Alienare extra familiam prohibito succedere non potest extraneus ex testamento, sed sic ab intestato.*
7 *Institutio in alterius voluntate relicta an valeat.*
8 *Incapax, cui aliquid tacita fide relictū est, illud denuntiando lucratus dimidiam partem, alij vero tertiam.*
9 *Substitutos, si sine liberis decesserit institutus, monasterium, quod institutus intrat, quando succedit.*
10 *Testamentum clerici, vel Episcopi in vrbe decedentis de rebus per negociationem quæsitis, vt validum.*
11 *Regularis ex Papæ priuilegio ad pia testari potest.*
12 *Testamentum factum cogitante ingredi religionem, professione confirmatur.*
13 *Legatum Minoribus, vt eis prosit quomodo faciendum.*
14 *Testamentum a parocho scriptum, & sola manu testatoris subscriptum an valeat.*
15 *Beneficiarius hæres a patre institutus, an ex beneficij fructibus legata mandata soluere teneatur.*
16 *Extrauagans Pij V. reuocans priuilegia concessa clericis disponendi in fauorem illegitimorum, quomodo intelligenda.*
17 *Legatum, quo mandatur hæredi, vt detur vni aliquid, an censeatur perpetuum.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 17.

1 SI testator relinquere deliberans 200. in suo testamēto cuidam famulo suo debenti ei 50. clam minua sin sublata, sed antequam relinqueret, dixit eidem se id deliberasse, & seruos respondens se ob id gratias agere sufficere tamen vt sibi solum relinquat centū quinquaginta; quod fecit animo compensandi prædicta quinquaginta sublata, quæ ex 200. sibi legandis remittebat, testatore mortuo & solum centum quinquaginta legatis, non potest famulus quinquaginta quæ debebat, vltra 150. legata retinere, loco aliorū 50. quia legasset testator, si ipse non impedisset, sed ex illis 150. legatis, quinquaginta quæ clam subtraxit, hæredi restituere tenetur. Quia cum testari, vel legare, & testari, & legare velle diuersa sint, Arg. tex. in l. in vendentis, de contrah. empt. & voluntas vltima vsque ad extremum vitæ exitum mutari potest, c. vltima voluntas. 13. q. 2. etsi deliberasset testator 200. relinquere; quia tamen non nisi 150. legasset, non censetur famulus a reliquis 50. testatori ignotis, & restitutione eorum liberatus, ob bonum propositum, quod habuit, eo quod propositum in mente retentum parit abortum. l. si repetendi C. de condict. ob causam.

DE-

Digitized by Google

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 16.

1 TEstator in suo testamento statuens; vt hæres faceret illa, quæ confessarius eius ei diceret pro satisfactione obligationum, quibus tenebatur; illo mortuo ad credendum dicta confessarij nõ tenetur, nisi quoad ea, quæ per aliquas coniecturas sunt verisimilia intentioni testatoris. l. quæ hæredi. ff. de reb. dub. & ibi Bar. & Couar. in c. cum tibi. de testam.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 3. de deposito.

3 SIcut testator deponens pecunias cum pacto, quod depositarius teneatur septem pro cẽtum singulis annis hæredibus suis soluere, vsurarius est; ita etiam, & deponens pecunias cum pacto nihil soluendi depositario, iniuste facit, & vsuram cõmittit, eo quod accipit vltra sortem principalem illud salarium, quod depositario pro fida custodia suo periculo facienda debetur iure naturali, & Euangelico, quo cauetur mercenarium dignum esse mercede sua. Luc. 10. Nec possunt hæredes pecunias illas cum prædicto pacto in manibus dicti depositarij tenere; quia licet regulariter dispositio testatoris pro lege habeatur, Auth. de nup. §. disponat testator. de testam. fallit tamen quoties est iniusta, & vsuraria, qualis est dispositio cum huiusmodi pactis facta.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 8. de rebus ecclesi. non alien.

4 RElictum Collegio sacerdotum cum onere faciendi singulis annis perpetuo vnum anniuersarium pro legatarie, inter Collegiatos, sicut alij redditus collegij, diuidi non potest, ita vt non transeat simul commodum cum onere ad successores; quia cum iusta mens & dispositio testatoris, quæ seruanda est, c. fi. de preb. & l. in conditionibus, ff de cond. & demonst. ea fuerit, vt collegium perpetuo obligetur pro eo vnum anniuersarium facere, & aliud sit collegium, & aliud singuli de collegio, c. eam te. de rescrip. Et qui sentit onus, sentire debet & commodum; cap. qui sentit. de reg. iur. in 6. Non possunt sacerdotes præsentes relictum collegio cum tali onere inter se distribuere, ita vt onus ad eorum successores sine vllo commodo transeat.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 2. de Iudæis, & Saracenis.

5 FIlij Iudæorum, & aliorum infidelium, quamuis legitima eis debita, c. cum simus, de reg. & gl. in c. R yn. de testam. & Bulla Pauli III. etiam viuentibus parentibus, & alijs bonis suis tam mobilibus, quã immobilibus ad se pertinentibus, nec non quacũque alia portione bonorum patrimonialium, aut paternorum eis de iure, seu successione debitorum priuari non possint; aliqua tamen alia bonorum parte, quæ eis ab intestato contingeret, per parentes testantes non obstante eadem Bulla priuari queant; quia gratia Principis intelligenda est sine præiudicio tertij; super eod. de offic. de leg. & l. si quis a principe. ff. ne quid in loco publ fiat. patribus autem conuersorum graue præiudicium fieret si non liceret eis testari de bonis suis, in quem vellent etiam extraneum, dummodo omnibus suas legitimas, & aliaeta de iure, vel successione debita, intacta, & illæsa relinquant, præsertim cum intẽtionem Pontificis ex eiusdem Bullæ proœmio, vnde mẽs disponentis colligi vt plurimum solet, c. quia propter, de electio. & l. si. ff de hær. i st. eam solum fuisse constet, vt filijs conuersis bene prouisum esset, ne prædicta conuersio eis noceret, non autẽ quod eorum conuersio alios non conuersos læderet, aut parentibus aliquid exinde præiudicium inferratur.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. alias 12.

6 ALienare prohibitus rem aliquam extra familiam, eã alienare nõ potest in aliquem extraneum per hæredis institutionem, licet possit per successionem ab intestato. l. cum pater, §. cum inter, ff. de leg. 2. & ib. Bart.

DECISIO VII.

Ex consil. 7. alias 14.

7 LIcet substantia institutionis legati, vel fideicommissi in arbitrium alterius conferri nequeat; l. illa institutio ff. de hæred. instit. electio tamen incertæ personæ de certis, vel de certo genere personarum, vel familiæ, in alterius arbitrium, & voluntatem legitimè conferri potest. l. vnum ex familia. de leg. 3.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. alias 7.

8 INcapax, cum aliquid tacita fide relictum est, illud primo denuncians fisco, dimidium relicti, fisco alterum dimidium lucrante, acquirit; l. senatus. §. senatus, ff. de iure fisci. alii vero denunciãtes primo solum relicti partem tertiam lucrantur. l. cum tacitum. tit. eod.

DECISIO IX.

Ex consil. 9. alias 13.

9 SI testator carens liberis instituat nepotem ex vno fratre, eiq. filios suos masculos legitimos, si haberet, substituat, alias neptes ex fratre, & sorore, & is nepos institutus intrat Monasterium ibique donat omnia sua bona, & ita filios masculos legitimos habere non poterit, Monasterium in tali casu præfatas neptes substitutas excludet, & in bonis testatoris vi donationis succedet. c. in præsentia. de prob. Pan. ibi. nu. 68. Fel. & alii Couar. l. t. var. resol. c. 19. Sin autẽ testator, qui instituit, vel substituit expresse exclusit Monasterium, aut tacite aliquibus verbis appareret eum de Monasterio cogitasse, vel noluisse, vt in simili euentu Monasterium in suis bonis succederet, substitutæ neptes Monasterium excludent, in dubio autem præsumitur pro Monasterio, vt Monasterium succedens substitutas neptes excludat.

DECISIO X.

Ex conf. 10. alias 3.

10 TEstamentum clerici, vel episcopi in vrbe decedentis de rebus per negotiationem acquisitis validum censeri debet, si negotiatione de se licita, & iustitiæ specialis legib. minimè contraria quæsitæ res fuerint; ex Bulla Iulii III. cupientes const. 3. & Bulla Pii IV. Rom. Pont. const. 31. edit. 1560. licet alias illicita esset ratione circumstantiæ personæ, loci, temporis, vel alterius quæ negotiationem faceret vitiosam. eo quod contraria esset aliis virtutibus, quam iustitiæ speciali: secus si per negotiationem illicitam, vel alias contra canones ecclesiæ, aut iustitiæ specialis bona legata acquisita sint, talia enim per vltimã voluntatem a clericis, vel episcopis in vrbe morientibus relinqui aliis nequeunt, sed eis mortuis Cameræ Apostol. debentur; ex Bulla Pii IV. Decens, const. 23. Sicut etiam Monacho Apostatæ & aliquid per negotiationes, & mercaturas lucranti, non Monasterium, sed camera Apostolica succedit. cap. olim 2. de priuileg.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. alias 6.

11 REgularis licet regulariter, & de iure communi testari non possit, c. 1. de testamen. & Auth. ingressi. C. de sacros. eccl. ex Papæ tamẽ priuilegio ad pia testari potest: sed & filiatio Monacho per professionem in aliquo Monasterio proueniens, ita per consecrationem episcopatus, c. c. 18. q. 5. & c. cum olim. 2. de priu. aut aliter ius beneficii secularis ei perpetuo concessi tollitur, c. ne pro cuiuslibet. 25. q. 1. & Gl. in cle. 1. §. ad hæc, de statu monach. vt & ordini suo desinat esse subiectus. & quicquid acquirit, nõ ordini, & Monasterio suo, sed beneficio suo, & ecclesiæ illud quærit.

DECISIO XII.

Ex conf. 12 alias 10.

12 TEstamentum a cogitante, & volente ingredi religionem sine licentia, & auctoritate episcopi, aut cõsensu con-

fu conuentus, in quem ingreditur, ita validum censetur & morte ciuili, professionis confirmatur, vt hæres instituttus statim post professionem, capere poterit possessionem bonorum, ad quæ institutus fuit, non expectata morte naturali testantis, & profitentis, Couar. cap. 2. d. c. 6. nec vllo modo post professionem testamentum factum reuocari potest.

DECISIO XIII.

Ex conf. 13. & 14. alias 9. & 8.

13 Licet annuum legatum factum fratribus minoribus non valet, etiam ad hoc vt vendatur, & æstimatio in necessitatibus imminentibus impendatur, cum prædicti fratres neque domum, vel prædium, cum pacto, vt ea locent, vel colant, accipere possint, Cle. exiuit §. porro. de verb. signific. & c. exiit. tit. eod. in 6. eo quod annuos reditus habere prohibentur: quia tamen aliud est ecclesia, & fabrica eius, & aliud capitulum, seu conuentus, qui eam tenet, gubernat, & regit: c. per exemptionem, de priuil. in 6. & arg. c. si ciuitas, de sent. excomm. in 6. annuus reditus promissus, vel legatus Monasterio minorum pro fabrica, candelis, vino, oleo, & vestimentis ad Missarum celebrationem validus est, nec iure canonico, d. Clem. exiuit. aut sancti Francisci regula prohibetur: eo quod nihil eiusdem conuentui, sui vsi ea fratribus conceditur, sed soli ecclesiæ, & pijs vsibus illius, nec eorum paupertati inconueniit, vt ecclesiæ annuos reditus habeant.

DECISIO XIV.

Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiquis.

14 Quamuis testamentum etiam a parocho scriptum, & sola testatoris manu subscriptum, sine testibus, in foro exteriori non valeat, quicquid tamen sic possidetur, tuta conscientia in foro interiori retineri potest.

DECISIO XV.

Ex consil. 2. in Nouis, deest in antiq.

15 Beneficiarius hæres a patre institutus, si fecit inuentarium, debita, vel legata ei a patre mandata extra vires hæreditatis, ex fructibus beneficij soluere non tenetur, sed ad id tenentur alij hæreditatem habentes, immo nec volens potest ex beneficij sui fructibus ea soluere, nisi dicta solutio directè, vel indirectè saltem opus pium iudicetur.

DECISIO XVI.

Ex conf 4. & 5. sunt eadem, desunt in antiq.

16 Cum Extrauagans Pij V. Extrau. in c. quæ ordini ecclesiast. const. 1. 2. in ordine. ea solum priuilegia reuocat, quæ vel a se, vel ab aliquo suis antecessoribus in particulari concessa fuerant ad disponendum de quibuscunque bonis inter viuos per donationes, vel in morte per vltimas voluntates, ideo non obstante reuocatione prælatarum facultatum, quæ sunt priuilegia, & gratiæ particulares, possunt clerici, & quicunque alij donare inter viuos, & relinquere in vltima voluntate nepotibus, aut fratribus: aut filijs suis illegitimis si vere pauperes sint, non solum bona sua patrimonialia, aut quasi patrimonialia, hoc est, per suum laborem, & industriam, sed etiam intuitu ecclesiæ acquisita, sicut antea de iure communi potuissent, argum. c. cum haberes, de eo qui dux. in matrim. quam poll. per adult.

DECISIO XVII.

Ex conf. 11. in Nouis deest in antiq.

17 Legatum, quo mandatur hæredi vt singulis annis detur vni aliquid certum nullum tempus certum assignando non solum censetur perpetuum, si fiat loco pio. arg. l. annua. ff. de annuis legat. sed etiam si mandetur aliquid fieri tacitè in memoriam, & honorem familiæ suæ, quod non posset assequi, nisi legatum esset perpetuum.

TITVLVS XIX.

De successionibus ab intestato.

SVMMARIVM.

1 *Filij ex damnato coitu nati parentibus non succedunt, nec contra.*

2 *Mutuatarius pecuniæ a beneficiato clerico in curia decedente acceptas, illius hæredibus, & non cameræ restituere tenetur.*

3 *Clericus simplex omnia negotia, quæ laicus gerere potest, & sic bona sua non sunt spolia.*

4 *Extrauagans Iulij III. quod debita beneficiarij non soluantur de fructibus non exactis, vt intelligenda.*

5 *Bona alienare prohibito, quando succedit fiscus.*

6 *Fructus beneficij a solo separati, cui debentur.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 2.

1 Sicut filijs Spurijs ex damnato coitu natis non succedunt parentes, neq; è contrario parentibus filij Spurij, Auth. quib. mod. nat. effic. sui. §. illud collat. 7 & Pan. in cap. tanta, qui filij sint legit. ita neque fratres fratribus Spurijs ex damnato coitu natis succedere possunt, dummodo ab habente potestatem non sint legitimati.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 3.

2 Mutuatarius pecuniæ a clerico beneficiato in curia decedente ab intestato acceptas, illius hæredibus, & non cameræ Apostolicæ restituere tenetur, uti hæres, & non cameræ clerico in curia mortuo succedat, ex Bulla Iulij III. cupientes. const. 3. Auth. de hæred. ab intest. collat. 9. & post debitam diligentiam adhibitam non inuento hærede, illas parentibus defuncti, aut illis cessantibus, proximioribus in grado, deductis impensis in inquirédo factis restituere tenetur, nec sufficit illas pauperibus, vel pijs locis restituere, nisi casu quo hæres, aut parentes eius non inueniri possunt, c. cum tu. adiuncta gl. de vsu.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 5.

3 Clericus simplex, nondum ordine sacro initiatus, & beneficio carens, omnia negotia, quæ laicus, sine peccato exercere potest. Pao. in c. 1. & 2. de post. & Nan. in Man. c. 25 num. 110. Nec ab intestato moriens, bona eius tanquam spolia a Commissario spoliorum pro Camera Apostolica capi possunt.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. in vtrisque.

4 Beneficiarius in terris, vbi tantum semel Collector Apostolicus positus fuit, obiens mortem, multa debita, & multos fructus sui beneficij in exacta relinquens, non obstantibus duabus constitutionibus Iulij III. quarum vna mense Iunio, altera mense Augusto anni 1550. publicata fuit & in quibus statuit, ne soluerentur debita beneficiarij contracta, neque legata pro tempore infirmitatis facta ex redditibus nondum exactis; per alteram vero priorem præfati Iulij Extrauagantem publicatam ann. 1551. mense Iunio, habentur omnes in Constitut. 9. quæ incip. *Cum sicut*, quæ duas illas priores limitat, ne habeat locum in terris, vbi non consueuerunt a sancta Sede Apostolica poni collectores ex eisdem reditibus beneficij nondum exactis, creditoribus suis per designatos hæredes satisfacere potest, cum extrauagantis vltimæ verba in numero plurali concipiantur & pluralis locutio saltem duo requirit: c. pluralis, de reg. iur. in 6. nec al quid consuetum, aut solitum dici potest quod saltem bis factum non fuerit: l. 3. C. de episc. aud. & Dec. in rub. de consuetud. & proinde vbi semel tantum collector positus fuerit, sui vous ... collector in loco vel prouincia, & Regno admissus sit, constitutionem suam Papa valere noluit; quominus beneficiarij debita de fructibus non exactis solui possint.

DE-

DECISIO V.

Ex conf.6. in Nouis, deest in antiquis.

5 CVi bona sua alienare prohibitum, est si ob delictum aliquod commissum damnatus sit, fiscus nec in vita delinquentis, nec postea in prædictis bonis succedere potest. l. Statius. ff. de iure fisci.

DECISIO VI.

Ex conf.8. in Nouis, deest in antiquis.

6 FRuctus beneficiorum a solo separati, etiam non exacti, deinte ad beneficiarium spectãt, vel ad legitimos eius hæredes (quales in foro conscientiæ non sunt diuites ant qui in vtroque foro legitimi non sunt.) Extrau. Pij V. in c. Quæ ordini. Nec de eis Episcopus disponere valet.

TITVLVS XX.

De Sepulturis.

SVMMARIVM.

1 ***Pater, quare testamentum pro filio impubere facere potest, non autem sepulturam eligere.***

2 ***Sepulturæ locus sine causa & solemnitate concedi non debet.***

3 ***Excommunicatus, licet signa ante mortem contritionis ostendat, non est tamen in loco sacro ante absolutionem sepeliendus.***

4 ***Meretrix noctu ab amico occisa, non præsumitur meretricando occisa, nec sepultura priuanda.***

5 ***Corpora & reliquiæ sanctorum quęnam de vno ad alium locum transferri possunt.***

6 ***Sepeliri in sacro omnis Christianus debet mortuus inuentus, nisi se ipsum occidisse constet.***

7 ***Excommunicatus denunciatus, in articulo mortis absolutus in sacro sepeliri potest.***

DECISIO I.

Ex conf.1. alias 2.

1 PAter, licet filio impuberi testamentum facere, c. si pater de testam. in 6. & illi etiam in bonis maternis substituere possit, l. 1. ff. de vulg. & impensas eius funerales facere teneatur; l. filius. ff. de in rem eo quod hæc tua temporalia sunt: sepulturam tamen sibi f[illegible]li, & n[illegible] filio impuberi eligere valet, c. licet. de sepul. in 6. Quia sepulturæ electio spirituale quiddam est: ad spiritualia vero filij, sicut ad temporalia eiusdem, patria potestas non extenditur. c. Si annum de iud. in 6.

DECISIO II.

Ex conf.2. alias 1.

2 CVm sacrę rei Dominium nullus habere possit; l. inter stipulantem. §. sacrum. ff. de verb. oblig. locus sepulturæ nemini concedi potest, ita vt Dominus eius sit, sed neque alicui sine auctoritate Episcopi, aut cum illa sine iusta causa, & solemnitate, sepulturæ locus concedi debet; ita vt habeat ius sepeliendi in eo mortuos suos, & impediendi, ne alij ibi sepeliantur: Quia licet per talem concessionem dominium rei non transferatur, transfertur tamen vsus eius, & ius quoddam sepeliendi, quod nisi seruatis canonibus de non alienandis rebus ecclesiæ, c. sine exceptione. 12. q. 2. c. nulli, de reb. eccles. nõ alie. fieri nequit. A quolibet tamen habẽte liberam sepulturam, vel ius admittendi ad sepulturam in sua ecclesia, ex iure communi sine priuilegio, aut licentia Episcopi, cõcedi facultas simpliciter potest vt quis in tali loco sepeliatur, c. Abolendæ. de sepult. & clem. dudum. §. huiusmodi. tit. eod.

DECISIO III.

Ex conf.3. alias 4.

3 EXcommunicatus propter debitum ex delicto descẽdens, vel contractu, mortuus, licet ante mortem signa contritionis ostendat, in loco tamen sacro sepeliẽdus non est antequam absoluatur ab eo, a quo fuerat absolui debebat, c. a nobis 2. de sent. exc & c. fi. de sep. ex Nau. in Man. c. 26. nu 31 & si in articulo mortis a confessario absoluatur, & in loco sacro sepeliatur, non est exhumandus, cogi tamen possunt hæredes eius ad debita soluendum.

DECISIO IV.

Ex consil.4. alias 6.

4 MEretrix, quæ in paschate confessa est, & cõmunicauit, si nocte ab amico in domo amici occisa reperiatur, nulloq. pacto cõstare potest, quod mortua fuerit contrita, vel contritionis signa dederit, eo quod nocte occisa sit, & clauso ostio: certum tamen sit illam ab amico suo iugulatam esse, in loco sacro sepelienda est: eo quod cum non constet de mente, qua amicus illam in domum suam duxerit, & verisimiliter credi possit illam duxisse ad meretricandum, si non occidisset eam; Quia tamen occidit, verisimilius credi potest deduxisse illam ad sumendã vindictam de aliqua iniuria quam putabat ille, vel iniustè sibi factam fuisse, & forte denegando ei ad se ingressum, ita vt probabiliter credi possit non fuisse mortuam in meretricando, sed alia de causa, cuius forte illam pœnituit; præsertim cum credi probabiliter possit eam pronũciasse Iesum & alia contritionis signa dedisse, dum ferro appeteretur, quæ sufficiant ad exhibendam sepulturam in loco sacro, dum non constet de contrario. c. a nobis 2. de sent. excom. Sed præterea occisores communiter præmonere solent decidendos, vt se Deo commendẽt, & de peccatis suis doleant, vt exinde etiam contritam mortuam esse meretricem præfatam probabiliter credi possit.

DECISIO V.

Ex conf.5. alias 9.

5 COrpora, & reliquiæ sanctorũ, quæ perpetuæ sepulturæ traduntur, nec de vna ecclesia ad alteram, nec de vno loco Ecclesiæ ad alium eiusdem Ecclesiæ locum c. corpora. de consecr. d. 1. l. Nec dum. C. de reli. & sump. funer. sine legitima auctoritate mutari, aut transferri possunt; Ideoque nec reliquiæ, & partes sanctorum quæ sunt legitimè altaribus ad illorum consecrationem inclusæ, sine licentia de illis ad alia mutari queunt, eo quod altaribus illis perpetuo sunt inclusæ; quæ vero sepulturæ perpetuæ non sunt traditæ, sed extra sepulturam in Sacrario, vel alijs locis manent, aliundè ad processiones, vel Missas, vel alias deuotiones sine licentia transferri possunt.

DECISIO VI.

Ex conf.6. alias 7.

6 CHristianus manè confessus, & a cõfessario absolutus quique tota die & vespera lætus cognoscitur, si die sequenti mortuus in cubiculo, ostio clauso, & habens laqueum ex collo pendentem, ipse tamen nec pendet, nec omnino iacet, sed quasi genuflexus; inuentus sit; His non obstantibus in loco sacro sepeliendus est: eo quod Christianus omnis in loco sacro sepeliri debet, nisi seipsum occidisse constet; Glo. in c. ex parte 2. de sepu. & in dubio non est pręsumendum de aliquo delictum c. 2. de reg. iur. Couar. lib 2. var. resolu c. 1. nu. 11. præsertim tam grãde, & humanæ inclinationi repugnans, & maxime de nuper confesso, absoluto, & communicato. Vnde & mulier cadens de cymba in fluuium in loco sacro sepeliri iubetur, etiamsi fugiendo cecidisset, quia non præsumitur voluntariè ad se occidendum descendisset. c. ex parte 2. de sepult.

DECISIO VII.

Ex conf.5. in Nouis, deest in antiquis.

7 QVi excommunicatus aut interdictus denunciatus est, si tamen in articulo mortis a parocho, vel aliquo Sacerdote simplici, absoluatur, sicut iure antiquo, c. fin. de sepult. ita etiam post Concilium Tridentinum sess. 14. c. 7. sine peccato in loco sacro sepeliri, & alijs ecclesiæ suffragijs iuuari potest.

Digitized by Google

TITVLVS XXI.

De Parochijs.

SVMMARIVM.

1 *Parochianus alterius parochiæ non fit, qui ad tempus ibi habitat.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. in vtrisque.

1 QVi ad tempus de oppido, vel loco aliquo ad villam alterius parochiæ, causa recreationis, vel agriculturæ seditionis, vel pestis, aut belli vel alia simili de causa, primo quoque tempore quo potuerit reuersurus vadit, alterius loci parochianus non efficitur; & is qui de sepult. in 6. H ibi ... tameo bona fide, & non fraude suscepta in aliquo loco vnde oo potest commode reuertere ad fomenda sacramenta in loco parochiæ, vbi domicilium habeat, illius loci parochianum efficit; Glos. in clem. 1. de priuileg. secus tamen si fraudulenter in præiudic. proprii, vel alterius parochi habitationem ad tempus mutaret: eum fraus, & dolus nemini patrocinari debent, capit. Sedes Apostolicæ. de re. c. ipt.

TITVLVS XXII.

De Decimis.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quoad quotam iuris humani sunt, quoad sustentationem, Diuini.*

2 *Decimis in soluendis seruanda est consuetudo.*

3 *Vicarium non potest contra solitum patronus onerare, vt de terris vicariæ soluat parochiæ primitias.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 2.

1 QVamuis iure cōmuni Decimas præsertim prædiales soluere oēs teneantur, adeo vt laici eas quoad quotam, & ab obligatione soluendi de illo vtilio prædio vsu capere, & præscribere possint; quoad debitam tamen & conuenientem parochorum sustentationem nulla ratione præscribere valent, cum hæc de iure naturali, & Diuino sit ex Nau. in Man. c. 21. nu. 26. & 29. Quā tamen si persoluere recusaot, parochus eos auctoritate propria a sacramentis repellere nequit; cum nemo io sua causa propria iudex esse debeat l. extat. ff. quod met. causa,

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 1.

2 IN soluendis decimis seruanda est consuetudo diu obtenta; S Th. 2. 2. q 87. art. 1. secundum glo c. cum con tingat. de dec. Cou. l. b. 1. var. resol. c. 17. De consuetudine autem & iure communi decima personalis soluēda est ecclesiæ parochiali, in cuius parochia domicilium habet ia, quia ei debet, propter sacramenta, & Diuina quæ ibi percipit, & audit. ad Apostolicæ. de decim Domicilium autem ibi esse censetur, vbi quis animo habitat, etiamsi causa commitandi Regem vel fugiendi pestem, vel recreationis, belli, aut aliorum negotiorum causa in alio loco maoeat aliqua parte anni, imò toto etiam annō, sine animo ibi ponendi domicilii; c. 3. de sepul. in 6 Adeo vt decimæ personales debeantur ecclesiæ vbi est domicilium, & non illi vbi propter aliquam causam prædictam accidentale manet: etiamsi Missam illic audiat & sacramenta percipiat quia nō percipit ex obligatione, qua ecclesia vbi manet ei minotrare teneatur; sicut ecclesia domicilii, quo etiam pro ipso absent tenetur conferre, & offert sacrificia, & facere & facit alia Diuina pro parochianis suis præsentibus, & absentibus, ob quam ecclesiæ obligationem ipse etiam ei Decimas personales soluere tenetur, & non alius ecclesiis, quæ non tenentur ei prędicta ministrare, aut pro illo facere. ex S. Th. vbi sup. Decimæ vero prædiales solui debent ecclesiæ, in cuius parochia siti est præ-dium, ratione cuius illa debentur. d cap. Ad Apostolicæ.

DECISIO III.

Ex consil. 3. in Nouis deest in antiq.

3 CVm laicis nulla sit super rebus ecclesiæ disponendi facultas; c. Bene quidē. d. 96. & c Ecclesia S. Mariæ, de const. nec super re spirituali conditio, modus, aut pactum apponi possit absque simonia, sed pure & libere tradi debet, patronus Vicarium præsentans illum contra consuetudinem antiquam onerare non potest, vt de terris vicariæ annexis (quæ pro sustentatione vicarii sunt) parochiæ primitias soluat, nec ipse talem conditionem appositam acceptare valet.

TITVLVS XXIII.

De regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum promissorium firmius est voto.*

2 *Bullarum plumbatores conuersi Cistercienses dicti, verè religiosi non sunt.*

3 *Regularis translatus siue vt præsit, siue vt subsit, iterum profiteri debet.*

4 *Abbatissa perpetua benedici debet, non sit triennalis.*

5 *Monialis occultè, vel publicè corrupta quanam benedictione velanda sit.*

6 *Christiani omnes, nisi speciatim prohibeantur, ad religionem apti sunt.*

7 *Descendentes ex infidelibus professis quando eijci valet.*

8 *Professio ob defectum consensus inualida est, & qualis consensus necessarius.*

9 *Professio religionis non exemptæ in manibus episcopi fieri potest, secus si exempta sit.*

10 *Oblatus plenè est. qui se, & sua Monasterio donat in manibus Abbatis.*

11 *Professio coniugati, cuius vxor publice adulterata est, valet.*

12 *Professio ante nouitiatus annum finitum, in non mendicantibus, ante Concilium Trident. valebat.*

13 *Regularis, quando ad reformationem regulæ tenetur.*

14 *Religio minimorum aliis mendicantibus arctior, non tamen Carthusiana strictior.*

15 *Professi censendi, qui vltra annum habitum regularem de manu commendatarij susceptum gestant.*

16 *Professus regulam tertiam sancti Francisci, non est verus religiosus.*

17 *Coniugium, & religio, dispēsatione Papæ compatibilia.*

18 *Spolia sunt, quæ solutis debitis beneficiarij, supersunt.*

19 *Beneficiarius tam regularis, quam secularis, licet dum viuit, superflua in pios vsus erogare possit, de fructibus tamen beneficij testari, nequit, nisi in Curia degens fuerit.*

20 *Tertiariæ, volentes profiteri, clausurā seruare tenentur.*

21 *Regulares ad duriorem vitam quam vouerunt, cogi nequeunt.*

22 *Professio religionis non approbatæ, & admissa ab eo, qui non poterat, non valet.*

23 *Tertiarij sancti Francisci simul viuentes, veri religiosi sunt.*

24 *Regularis sine prælati licentia, nihil habere, dare possidere, vel accipere potest, cum illa vero sic.*

25 *Monachus ad prælatum se habet, vt seruus ad dominum.*

26 *Milites S. Ioannis veri religiosi sunt, & sub decreto Cōcilij Trid. sess. 6. c. 3. comprehenduntur.*

27 *Annus probationis in fauorem nouitij, & religionis datur.*

82 Re-

28 *Religio sancti Stefani, vera, & approbata religio est, sub regula sancti Benedicti erecta.*

29 *Dolus profitentis, dicentis se diuitem, cum nihil habeat, etsi professionem non annullet, facit tamen ne Monasterium eum alere teneatur.*

30 *Infirmitas, & paupertas, an iusta causa sit dispensandi, vt Monialis extra Monasterium maneat.*

31 *Professio laborantis morbo gallico, eo tacito, an valeat.*

32 *Filius religionem professus, quando ob paupertatem parentum exire tenetur.*

33 *Professio liberati a carcere perpetuo, modo fiat Monachus, valet.*

34 *Vouens religionem sine animo seruandi eius regulam ad eam tenetur.*

35 *Professionem, finito nouitiatu, prælati, & conuentus, ex causa differre possunt.*

36 *Habitum suscipere, aut nouitiatus annum implere ante decimum sextum ætatis annũ, Concil. Trid. nõ vetat.*

37 *Regularis subiectus episcopo, eius vicarius, & cubicularius de superioris licentia, habitu retento fieri potest.*

38 *Professio ante Nouitiatus annum, hodie ipso iure est nulla, etiam in Mendicantibus.*

39 *Probationis anno non possunt nouitij, aut Monasteria renunciare, & quare.*

40 *Probationis annus debet esse continuus, & nullo modo interruptus.*

41 *Professus nulliter ante ætatem, noua receptione capitulari non indiget.*

42 *Professiones tacitas Concilium Trident. non tollit.*

43 *Professus tacite non censetur, qui vt talis in Monasterio tractatur, & ad titulũ religionis ordinatur, nisi, &c.*

44 *Adultera de mariti sæuitia timens ad eum redire non tenetur.*

45 *Professus religionem in genere cõtrahens matrimonium peccat, sed valet matrimonium.*

46 *Professio tacita per habitus delationem non fit, nisi tria concurrant.*

47 *Nouitiatus, per exitum nouitij per tres etiam dies sine licentia, interrumpitur.*

48 *Papa solus, non autem prælatus regulari concedere valet, vt quid irreuocabiliter ad vsus suos teneat.*

49 *Monialium, translatio ad aliud monasterium, iusta de causa a superiori fieri potest.*

50 *Probationis ad annum tenetur, qui ad illam religionem transit.*

51 *Prælatus regularis ob delicta subditum habitu, & ordine priuare potest, & sic eiectus, episcopo originis subditus manet.*

52 *Ecclesiam regularem fundare melius ceteris paribus, quam secularem.*

53 *Regularis ob infirmitatem superuenientem a religione eijci non potest.*

54 *Necessitas parentum, etiam superueniens, iusta causa regulari, est manendi cum licentia ad subueniendum eis extra monasterium.*

55 *Religionem ad laxiorẽ transitum concedere potest Generalis ordinis cum causæ cognitione, et post Cõc. Trid.*

56 *Prælatus regularis, an, & quando de Crimine nouitij cognoscere possit.*

57 *Monachus Casinensis ad Carthusianos sine licentia petita a suo superiore transiens reuocari potest.*

58 *Translatus ad alium religionem, reddere debet iuxta professionem sibi emissam.*

59 *Monachorum receptio ad conuentum, & prælatum immediatum pertinet.*

60 *Regularis iustè eiectus, nec redire, nec rogare superiores, vt eum recipiant, tenetur.*

61 *Prælatus regularis potest ex causa dare licentiam manendi extra monasterium habitu retento.*

62 *Canonici regulares separatas domus habere possunt, in quas mulieres honestis de causis licitè ingredi valent.*

63 *Causa iusta manendi extra monasterium, est eius vtilitas.*

64 *Transitus ad Carthusianos omnibus regularibus licet.*

65 *Minores Conuentuales a Pio V. de authorati, ad quid tenentur.*

66 *Regularis assumptus ab beneficium, illi, & non monasterio quærit.*

67 *Regularis de licentia Papæ inseruiens hospitali, qualiter de quæsitis disponere possit.*

68 *Translatum ad laxiorem cum causæ cognitiane non tãgit Bulla Pij IV. reuocans priuilegia recipiendi alienos religiosos.*

69 *Franciscanus contrahendo, nec sibi, nec monasterio, sed Sedi Apostolicæ quærit.*

70 *Statutum Carthusianum de reuelando appropriata intra tempus præfixum, validum & vtile.*

71 *Monachus Carthusianus appropriando, quando excommunicationem incurrit.*

72 *Carthusiani an & quando, remissione prælati a reuelandi appropriatis excusentur.*

73 *Absoluendi facultas priuilegio perpetuo dignitati competens, est delegabilis.*

74 *Carthusianus proprietarius per cruciatam absolutus, reuelare tenetur.*

75 *Regularis furans, vt quæras monasterio, peccat semel sibi autem appropriando, bis.*

76 *Abbas, vel prior in cdrosis, appellatione monachi non venit.*

77 *Regularis literas dans, vel recipiens sine superioris licentia, non est proprietarius.*

78 *Regularis simplex, vt potest sine licentia superflua piè distribuere.*

79 *Legatum Monacho donec prælati, eo ad suos vsus vti ei permiserint, valent.*

80 *Confessionem iteret, qui reseruatum non fuit confessus, nisi obliuione, vel ignorantia excusetur.*

81 *Confessori eidem confiteada reseruata, & nõ reseruata.*

82 *Absolutus a vicario, censetur absolutus ab eo, cuius est vicarius.*

83 *Monasterium S Trinitatis Romæ correctorem, officiales & monachos Gallos requirit.*

48 *Dispensatus ad omnes ordines piè creditur, cui superior ex Papæ commissione licentiam assumendi aliquem ordinem dedit.*

85 *Taciturnitas eius, quo expresso æquè gratia fieret, non nocet.*

86 *Eleemosinas quærere fratribus sancti Antonij post Concilium Trident licet.*

87 *Bona quæsita ab Apostata, cameræ Apostolicæ debentur.*

88 *Oblatæ Turris speculorum vrbis, vere monachæ non sunt, nec ad clausuram obligantur.*

89 *Regulares per prælatorum negligentiam, quando Episcopis subijciuntur.*

90 *Annus nouitiatus ab vltimo ingressu continuus requiritur.*

91 *Metu reuerentiali professio facta non valet.*

92 *Habitum propriæ religionis sine causa dimittens, excommunicatus est.*

93 *Reli-*

93 *Religionem ingressurus, quid considerare debet.*
94 *Congregatio Hospitaliorum Ioannis de Deo, non est vt religio habenda.*
95 *Professio tacitè emissa per canonicum regularem, quãdo accepit canonicatum, ex eo quod beneficium renũciat, non euanescit.*
96 *Professionem tacitam an censeatur fecisse, qui per annos septem in ordine mansit, & sacros ordines suscepit.*
97 *Professio ante 16. annum expletum emissa, est nulla.*
98 *Religiosus non fit, qui tria vota in manibus nouitij emittit.*
99 *Professio legendo schedulam absque intentione profitẽdi non est valida.*
100 *Licentia absolute a prælato concessa religioso transeũdi ad aliam religionem, est restringenda ad parem, vel strictiorem.*
101 *Licentia concessa monacho standi extra claustrum nõ iustificatur ex eo quod superiori ita videatur, nisi subsit iusta causa.*
102 *Liberatio tutoris ab ingressuro religionem facta an valeat.*
103 *Professio contra religionis statutum eam irritans facta est nulla.*
104 *Bulla Pij V. contra translatos, qualiter intelligenda.*
105 *Monachi, licet non olim, hodie tamen vocem in capitulo habent.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4.

1 Licet votum, & iuramentum, actus latriæ, & religionis sint, & ad sui obseruantiam obligent ex S. Th. 2. q. 88. art. 5. qu. 89. art. 4. & 7. q. 88. art. 3. obligatio tamen ex iuramento, quam ex voto nata, firmior, & indissolubilior est; ita vt rem aliquam licitam facere iurans, religionem iuste intrare non potest, donec quod iurauit, adimpleat, Arg. capit. commissum, de sponsal. dummodo illam post religionis ingressum adimplere nequeat.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 9.

2 Officium plumbatoris Bullarum in Curia, cuius officialis vulgo frater Plumbi dicitur, deferens habitum scapulare certi coloris qui a Papa in collatione eiusdem officij, cõuersus ordinis Cisterciensis nominatur, nullam tamen professionem emittẽs nec sub vllius regula, vel obedientia viuens, vere religiosus non est, nec a Cisterciẽsibus, aut ab alijs superioribus religiosis molestari potest, super personis, aut bonis quæ in dies sibi acquirit sed ea tã quam propria sibi quærit, & etiam matrimonium contrahere, & officio suo cum reseruatione fructuum de consensu Papæ renunciare, & alia omnia quæ clericis, aut laicis licent iuxta statum suum facere potest; eo quod religiosus nemo esse potest, nisi post annum continuũ probationis & etiam professionem; & votum emissum castitatis, paupertatis, & obedientiæ, vt colligitur ex Concil. Trid. sess. 25. c. 15. de reg. & c. 1. de reg. in 6. c. ex eo. §. 1. de electio. in 6 & c. vt lex continentiæ 27. q. 1. & c. fi. de statu monach.

DECISIO III.

Ex conf. 3. aliàs 60.

3 Monachus, seu regularis vnam religionem approbatam legitime professus, ad aliam religionẽ approbatam legitime transiens, de nouo profiteri in secunda religione tenetur; siue transferatur vt fiat in illa prælatus, siue vt maneat ibi, vt subditus, & filius Monasterij. Nam si Monachus simplex sit, ea ratione de nouo profiteri tenetur, quia licet professio prior ad tria substantialia vota seruanda etiam in secunda religione extẽdatur; nequaquam tamen ad alias obseruantias secundæ extenditur; nisi de nouo in ea professio fiat, cum tamẽ omnes religiosi eiusdem religionis eadem disciplina obligari debent. c. recolentes, de statu Monac & c. in noua 16. q. 7. Translatus autem vt fiat prælatus maxime si secunda arctior sit priore, vel expresse eandem professionem emittere tenetur; vel eam tacite emittere censetur, quia præcepto & exemplo curare tenetur; vt obseruantiæ regulares Monasterij sui a suis subditis seruentur.

DECISIO IV

Ex conf. 4. alias 2. de statu Monach. quæst. 1.

4 Abbatissa perpetua electa, & confirmata, licet nisi intra annum benedicatur, si benedici solet, Abbatiam suam amittat. Cle. Attendentes, §. statuimus, de statu monac. & semel benedicta, amplius re benedici nõ debet, etiamsi in Abbatissam perpetuã alterius Monasterij eligatur, iuxta Glos. recep. in d. §. statuimus. Abbatissa tamen triennalis seu tẽporaria de iure benedicenda non est, nisi Curia aliud seruet, aut Papa aliud expresse statuat; Ne si tales benedicerentur, multæ Moniales manerent simul in Monasterio in Abbatissas benedictæ quod indecens, & indecorum est; & etiam aliquæ sæpius benedicerentur, cum vna sæpe eligi posset in Abbatissam. quod iuri antiquo cõtrariatur, vt colligitur ex Glo. & DD. in d. clem. 1.

DECISIO V.

5 Virgo corrupta etiam occulte, licet nullatenus consecratione virginum consecrari possit c. acurius dist. 26. & c. deuotis, & c. iuuenculas, 20. q. 1. etiam ad scandalum euitandum; vt ait S. Thom. 4. d. 33. q. i. c. 1. & d. 38. q. 1. art. 4. simulate tamen consecratione virginum cõsecrari, & quasi virgo benedici valet, vel mutatis verbis virginitatem sonantibus in verba significantia castitatem, ad euitandum scandalum, & infamiam, ex S. Th. vbi supra art. 5. vel etiam rectius pronunciando verba ipsius consecrationis, quæ virginem, & virginitatem sonant, accipiendo illa intra mentem pro verbis castitatem significantibus, vt sic simul mendacium, & scandalum euitetur, vt placet Na. in Man. c. 18. num. 61. & c. 25. nu. 42. vidua etiam etsi cõsecrari vt virgo nequeat, vouere tamen solemniter, & tacite ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere, & portare potest, c. vidua, de regul.

DECISIO VI.

Ex conf. 5. aliàs 26.

6 Cum iure communi canonico Christiani omnes regulariter apti sint ad intrandam, & profitendã religionem a sede Apostolica approbatam si eis impedimẽtum Canonicum nõ obsit, & dispositio ad hoc vt professio aliqua hoc vel illo modo facta valeat, aut nõ valeat, aut vt quis ad religionem habilis sit ad summam Papæ potestatem pertinet, Arg. cap. cum ad monasterium, §. fi. de statu monach adeo vt nullus inferior Papa contra ius commune canonicũ aliquid statuere valet; cap. quod super his, de maior. & obed. consequẽter nec vlla Capitula, quamuis generalia alicuius ordinis, & religionis statuere possunt, vt professio trium votorum substantialium a descendentibus ex Mahumetanorum, vel Iudæorum genere post susceptum ab eis baptismum facta non valeat; cum iure communi canonico capitul. Vndecunque distin. 56 & capitulo, recurrat. 35. quæ. 4. & capitul. eam te. de præscrip. tales intrare, & profiteri religionem approbatam nõ prohibeantur; Et statuta ita inconsultatione ab inferiori Papa facta, tanquã iuri cõmuni contraria non valent; etsi statuta religionis in genere a Papa cõfirmata sint; quia ab eo tã ũ

quatenus sunt licita, & honesta, nec sacris canonibus, aut iuri communi contraria confirmata esse censetur.

DECISIO VII.

7 DEscendens ex infidelibus professus contra statutum a Capitolo generali factum ne recipiantur ad suum ordinem, qui fuerunt infideles, vel ex eis descendunt, quãuis eijci nequeat ob id solum, quod receptus & professus sit contra tale statutum, (quia cum tale statutum nullum sit, nullum potest effectum producere) eijci tamen potest dummodo non interuenerit consensus legitimus recipiẽtium, quia sc licet præstitutus fuit sub conditione, si non esset de tali genere: vnde cum desit in aliquo conditio, sub qua sit admissus, etiam & ipsa admissio, & professio consequenter nulla efficitur; eo quod dispositio conditionalis non existente conditione nihil operatur, c. si pro te. de rescrip. in 6. cap. præterea, de appel. vnde & Prælatus auctoritate propria professionem talem nullam esse declarare potest.

DECISIO VIII.

8 CVm professio sit cõtractus reciprocus vltro citroque obligatorius, quo profitens se obligat Monasterio, vel ordini ad seruiendum ei secundum regulam eius, & econtra Monasteriũ ad alendum, & tractandum eum secũdum eandem regulam, c. porrectum, de regul. ita necessarius est vtriusque partis, id est, tam Prælati, & Monasterij professionem recipientium, quam ipsius profitentis consensus, vt nemo nisi volens, & consentiens religiosus fieri possit: c. Integritas, 32. q. 1. Sed neque sufficit qualisqualis voluntas, & consensus, sed requiritur libera a metu, etiã seuerentiali, cap. 1. de his quæ vi, & ca. præsens, 20. q. 3. & annus totus nouitiatus completus, ex Concil. Trid. sess. 25 ca. 15. de regul. adeo vt professio ob defectum consensus inualida nec per habitus delationem, nec per admissionẽ ad actus solis professis conuenientes ratificari aut validari potest, ita Caietan. 2. 2. q. 189. art. 5. & Nauar. in Man. c. 12. num. 31. Et professionem aliqua de causa nullam solus Papa contra Cõcilium Tridentinum vbi supra. de cõsensu vtriusque partis ratam habere potest, ne opus sit alterum annum nouitiatus expectare.

DECISIO IX.

Ex conf. 6. alias 40.

9 PRofessio religionis non exemptæ, licet in manibus Episcopi habentis iurisdictionem, & superioritatem in religionem, quam profitetur profitens in manibus suis, fieri possit, Arg. c. si vir. 27 q. 2. & Inn. in c. porrectum, de reg. cũ iure communi, omnia subijciantur Episcopis; c. Abbates, & c. Abbatib. 18. q. 2. Religionis tamen exemptæ professio in manibus Episcopi facta non valet, eo quod episcopus nullatenus quenquã religioni a sua iurisdictione exẽptæ incorporare potest, cum sic extra territorium suũ ius diceret; c. 2. de constit. in 6. sed vt professio valida sit, necessarium omnino est vt ab eo recipiatur, qui profitentem religioni illi incorporare potest; c. ad Apostolicam, de reg. quandoquidem professionis receptio a superioritate vim suam habet, et Innoc. in d. c. porrectum, adeo vt satis non sit profiteri in manibus alicuius Monachi, vel fratris regulæ, quam profitetur, nec quod ab eo professio recipiatur, nisi habeat potestatem eum recipiẽdi ab illo, qui profitentem huiusmodi religioni incorporare potest; vt sentit Pan. in c. insinuante, nu. 1 qui cler. vel vouen. Nõ est tamen necessum, vt professio intra Monasterium eiusdem regulæ fiat. c. porrectum, de regul.

DECISIO X.

Ex conf. 7. alias 49.

10 OFferens se, & bona sua Monasterio in manibus Abbatis nihilo sibi reseruato, etiam vouendo obedientiã paupertatem & castitatem, affirmans tamen se nolle regulam ordinis profiteri, nec se obligare ad cærimonias, & obseruantias eius, quamuis oblatus dici poterit; ca. vt priuilegia. de priuileg. religiosus tamen & Monachus non censetur non solum quia formæ profitendi repugnat, vt quit Monachus esse velit, & tamen regulam & cærimonias eius obseruare nolit, eo quod forma dat esse rei: c. in ciuitate. de vsur. & gl. ibi. sed etiam quia actus agentium vltra intentionem illorum non operantur; c. fin. de præben. sic autem vouens se non habere intentionem faciendi se Monachum, sed oblatum solum, quæ duo diuersa sunt, c. ex eo. §. 1. de electio. in 6. manifeste tenetur.

DECISIO XI.

Ex conf. 8. alias 7. de conuers. coniug.

11 PRofessio viri coniugati, cuius vxor publicè adulterata est, in religione approbata, tacito Matrimonio, cui alligatus erat, valida censeri debet, c. Agatosa. 27. q. 2. cum talis vxor nec possessorio, nec petitorio ad sic professi restitutionem agere possit, c. Significasti, de diuort. vnde talis perinde quoad hoc censendus est, ac si morte suæ vxoris esset ab ea solutus.

DECISIO XII.

Ex conf. 9. alias 43.

12 LIcet post Cõcilium Tridentinum sess. 25. c. 15. de reg. professio ante annum probationis finitum facta, nulla & inualida sit; ante confirmationem tamen eiusdem Concilij intra annum nouitiatus in ordinibus non mendicantibus facta valebat. c. ad Apostolicam, de reg.

DECISIO XIII.

13 REgulam ab immemoriali tempore laxatam profitẽs & in eadem viuens, ad inductam postea reformationem, austeritatem, & duritiem, quæ vix ferri potest, seruãdam non tenetur, etiam si austeritas & reformatio illa de natura regulæ sit: vt ait Pan. in cap. super eo, de reg. maxime si profitens adeo debilis sit corpore, vt eam sine periculo salutis pati non valeat ex Inno. & Pan. in d. c. super eo. Idem quoque de duritie noua inducta censendum est. si cũ professus sit, protestatus sit nolle se obligari ad alias austeritates, quæ, quando professus fuit, non seruabantur, prout asserit Pan. vbi supra. Sin vero durities de natura regulæ sit. & relaxatio noua fuerit, aut a tempore, cuius initij memoria est, ad illam seruandam cogi poterit, si cũ professus fuerit, professionem suam, & obligationem ad illum viuendi statum non limitauerit, qui tunc communiter seruabatur.

DECISIO XIV.

Ex conf. 10. alias 51.

14 REligio Minimorum, licet omnibus alijs mendicantibus arctior sit, quod vltra tria vota substantialia, voueant. etiam non vti alijs cibus, quam quadragesimalibus excepto statu ægritudinis. qua ratione Carthusianorum strictior esse videtur, quæ oua & lacticinia, tam in statu sanitatis, quam ægritudinis, edere permittit; & regula Dominicanorum arctior est regula Canonicorum Regularium, ca. Quod Dei timorem, de statu Mona. quamuis vtrique eandem S. Augustini regulam voueant, eo quod Constitutionibus suis a Papa approbatis vitam suã notabiliter arctauerunt: Carthusianorum tamen religio, quæ nullo casu etiam grauissimæ infirmitatis esum carnium permittit, & clausuram perpetuam, & æternum silentium obseruat, ceteris omnibus arctior & strictior est; cum grauius sit semper a carnibus, etiam ægritudinis mortiferæ statu abstinere quam cibis quadragesimalibus semper vti cum facultate vescendi carnibus in infirmitate. Præterquam quod statuta Minimorum, quæ tria vota substantialia,

non

non tangunt, contrauenientes eis ad peccatum mortale, vel venialem non obligant, sed solum ad subeundum pœnam temporalem a statuto impositam; cum tamen statuta Carthusianorum multa, & præsertim illud, quod a carnibus abstinere iubet, ad mortale obligat, in quo nullus superior dispensare poterit, adeo quod dispensatio etiam Papæ non admittitur.

DECISIO XV.
Ex conf. 1 t. alias 15.

15 CVm religione S. Basilij ab immemoriali tempore collabente in ea regulæ non obseruantia, post commendata Monasteria professio consueta, & expressè in ipso emissa defecerit; habitum tamē religionis illius de manu Commendatarij, vel Prioris suscipiens, & susceptum vltra annum gestans, eandem religionem tacite profiteri censetur, & vere illius ordinis religiosus indicari debet, quia sicut Papa statuere potest vt in religione nō fiat professio expressa, sed solum tacita. per solum delationē habitus certo tempore continuatam; Arg. c. proposuit de cōcess. præb. ita vt tacita hæc tanti valoris sit quanti professio expressa; & quicquid induci potest lege humana, vel priuilegio, potest etiam consuetudine immemoriali induci; c. super quibusdam S. præterea, de verb. signif. ita cōsequenter sciens, vel scire debens regulam S. Basilij esse approbatā, & sub ea victuros teneri ad tria vota substantialia solenniter profitendum, iuxta formam regulæ illius, & sciens vel scire debens iura omnia ista, quo s per delationem habitus legitimam tempore vniuannii sine protestatione voluntatis contrariæ, ipso iure professionem tacitam emisisse censetur; maxime cum Commendatarij prælati quoad omnia iura pertinentia ad administrationē proprietarijs æquiparentur; ex Pan. in cap. querel. m. de elect. & Decan. c. edocerl. sub fi. de rescrip. adeo vt suscepto habitus de manu eorum satis sit suscipiētem rel gioni illi incorporare.

DECISIO XVI.
Ex conf. 12. alias 35.

16 REgulam tertiam ordinis S. Francisci professus, quāuis eam seruare tenetur, eo quod sead illam voto ligato obligauit, & vota licita seruanda sunt, c. ip. Magnę, de voto, ve. ē tamen religiosus non est; cap. cum ad Monasterium, de stat. regn. quia licet tria vota emittat non tamen emittit in religione approbata pro religione, sed solū approbata pro bono modo viuendi; ex Gl. in clemen. ex eo. de senteo. excom. cum tamen de essentia religionis sit, vt huiusmodi vota in religione approbata pro religione emittantur, & fiant. cap. 1. de regul. in 6. & clemen. secūda, tit. eod.

DECISIO XVII.
Ex conf. 13. alias 11.

17 LIcet voti obligatio iuris naturæ, & diuini sit, solennitas tamen iuris humani Pontificij est; cap Magna, & c. literaturam, de voto, quo solo statutum est vt, solemniter vouens tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ in Religione approbata & in manibus eius emittat, qui votum in religione acceptare valeat; quæ tria sicut Papa ad votum solemne necessaria esse statuit, & sufficientia ad aliquem verum religiosum faciendum, & ad alios certos effectus; ita et ā statuere potest, vt aliqua amplius requiratur, vel aliquid minus sufficiat; vnde sicut vt religiosi omnes votum paupertatis emittunt, non tamen eo omnes pari modo illam seruādam obligentur eo quod Franciscani de obseruantia, & Capucini tam in communi, quam in particulari seruare tenentur; religiosi vero nō mendicantes tantum in particulari. & non in communi; quin etiam mendicantes ante Concilium Tridentinum, sess. 25. capitulo 2. de regul. in communi habere non poterant nisi cum certa limitatione, post illud vero etiam stabilia habere possunt. Ita etiam, sta nit vt omnes castitatem emitterent, non tamē eodem modo, cum aliqui omnimodam castitatem, alij vero castitatem tantum coniugalem, vt milites ordinis Christi, & S. Iacobi seruare tenentur; omnes tamen vere religiosi sunt, & canonici & fori priuilegio gaudent. ita Caiet. 2. 2. q. 88. art. 11. & Nau. in Man. cap. 12. num. 75.

DECISIO XVIII.
Ex conf. 14. alia 7. de solution.

18 REgularis, aut alius beneficiarius factus episcopus, domum & alia necessaria ad victum suum emens, & se obligans ad debita taliter contracta soluenda, si non soluto debito moriatur, camera, aut alius in bonis & redditibus episcopi, aut beneficiarij præfati succedens, debita sic contracta de redditibus beneficiorum, aut episcopatus soluere tenetur, si beneficiarius alia bona patrimonialia, vel quasi matrimonialia, vnde soluat, non habet. c. peruenit. de fideiuss. Quia cum actiones omnes & obligationes cōueniunt aliquin hæredem eius transeant, & contra hæredes debitores, l. 1. & 2. de hæred. actio. & illa sola bona dicuntur esse a mortente relicta, quæ deducto ære alieno supersunt, l. subsignatum, S. bona, ff. de verbor. significa. consequenter Camera Apostolica, aut alius tanquā hæres in bonis, & redditibus beneficiarijs succedens in illis solis hæres censetur, quæ deducto ære alieno superfunt, & de redditibus beneficij debita beneficiarij soluere tenetur. Sicut enim debitum ecclesiæ, vel beneficij nomine contractum, bona mobilia pretiosa, & immobilia pertinentia ad ecclesiam, vel beneficium efficiunt, adeo vt succedens in ecclesia, vel beneficio debita ecclesiæ, vel beneficij nomine contracta soluenda teneatur, ita etiam debitum prælati rectoris, & beneficiarij nomine suæ personæ contractum, redditus, & fructus beneficij cuius ipse dum viueret dispensationem habuit, & quo alienare, & locare ad modicum tempus vitæ suæ pro suo arbitrio sine alia iusta causa, & solemnitate iuris potuit. cap. vestra de locat. & c. fi. Ne præl. vic. sua, cle. 1. de reb. eccles. non alienā. ita efficit, vt in redditibus beneficij succedens, debita etiam beneficiarij nomine contracta soluere obligetur, obligata enim ad quemcunque transeant, cum onere suo transeūt. c. ex literis, de pign. oblig.

DECISIO XIX.
Ex conf. 15. alias 6. de donat.

19 QVamuis monachus, clericus Episcopus, aut alius beneficiarius, de fructibus beneficiorū, vel episcopatus, de iure communi testari non possunt, c. 2. de testam. Auth. ingressi C. de sacrosf. eccl. cap. 12. q. 5. & c. 1. & cap. relatum, de testam. & Auth. licentiam, C. de epi sc. & cler. de fructibus tamen suorum beneficiorum in vsus suos honestos, & superflua in vsus pauperum, & alios pios vsus, dum viuūt per dispositionem inter viuos, etiam iure antiquo, & cōmuni, donatione irreuocabili disponere possunt. cap. fin. 16 q. 1. & cap. conuenit, 23 qu. 8. & Card. in Clem. 2. S. sed & tales, de vita & honest. cler. nec vlla ratione sic inter viuos irreuocabiliter donata, & dispofita, nomine spoliorum ad cameram spectant, cum illa sola spolia clericorum sunt, & censeri debent, quæ post ipsorū beneficiariorum mortem, nondum pie impensa reperiuntur. Immo priuilegijs diuersorum Pontificum, videlicet Sixti IV. incip. Et si vniuersis. constitut. 4. edita 1474. Leo X. incip. inter curas, constit. 13 edit. 1516. & Pij IV. incip. Rom. Pontifice consfut. 3 t. edit. 1560. constitutum est, vt nulla sint spolia clericorum secularium, & regularium beneficia, vel dignitates habentium de gentium, & morientium in vrbe, vel intra decem miliaria, siue testati, siue intestati moriantur.

DECISIO XX.
Ex conf. 16. alias de statu regular.

TErtiatiæ profiteri volentes, clausuram seruare tenentur, & vt aliæ religiosæ multipl cari possunt ? voue-

F 2 reau.

re autem nolentes, sine clausura viuere possunt; Ab ordinarijs tamen si scandalose viuant. puniri debet, nec vlterius multiplicari, aut recipi queunt, ita decernente Bulla Pij V. circa pastoralis. edita 1566. const. 8.

DECISIO XXI.

Ex conf. 17. alias 16.

21 CVm nemo ad castitatem vouendam, aut ad crescendum in perfectione cogi possit, c. integritas 32. q. 1. c. gestos. d. 74. & gl. ibi in verb. crescere. nec prælatus vllus inferior, aut superior, quamuis Papa sit, vllum religiosum ad duriorem vitam, quam vouerat, aut ad transeundum ad aliam regulam strictiorem, vel laxiorem cogere potest; vnde neque fratres Minores Conuentuales (quorum regulam Pius V. in Hispania extinxit) ad profitendã regulam Fratrum Minorum obseruantię, compelli poterunt, quandoquidem horum regula longe durior, & diuersa sit, quam Conuentualiũ regula: Quia hi sancti Frãcisci regulam Priu legijs Apostolicis temperatam: illi vero eam nullo tali temperamento laxatam, profitentur.

DECISIO XXII.

Ex conf. 18. alias 19.

22 PRofessio religionis non approbatæ, aut ab eo admissa, & acceptaqui profitentem, alicui regulę approbatæ obligare non potest, nulla, & inualida censenda est, sic tamen professus tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, tanquam vota simpl cia, & non solemnia vbicunque fuerit, seruare tenetur.

DECISIO XXIII.

Ex conf. 19. alias 54.

23 TErtiarij S. Francisci licet extra congregationem viuentes religiosi non sint, ex Gl. in clem. 1. cum ex eo, de sent. excomm. intra eam tamen viuentes vere religiosi sunt, & tria vota essentialia vouent, nec ad aliam religionem etiam mendicantium, aut sancti benedicti nisi petita licentia, transire possunt, petita vero licentia, & non obtenta, transire valent Arg. cap. licet, de Regula. Iusta vero causa transeundi ad aliam religionem etiam æqualem, vel laxiorem est, quod regula illa Tertiariorum non sit perpetua, sed finienda, & consumenda, eo quod per nouẽ recipiendos restaurari nequeat. Arg cap. §. adhuc, de relig dom. in 6.

DECISIO XXIV.

Ex consil. 20. alias 14. de statu monach.

24 REgularis quamuis sine prælati licentia nihil habere, possidere, dare, vel accipere possit, c. non dicatis, 12. quæst. 1. neque de licentia tanquam rem propriam, cuius dominum, & possessionem suo nomine habeat, cap. fin. de statu monach. de illius tamen licentia bona mobilia, vel immobilia monasterij tanquam peculium suis vsibus, & necessitatibus deputatum, ad vtilitatem monasterij cuius bona sunt, ex iusta causa, non obstante Concilij Tridentini decreto, in sess. 25 c. 2. de reg. quod nihil noui iuris inducit, sed tantum ius antiquum declarat, & de concessione sine iusta causa loquitur, habere potest. d. c. non dicatis, & c 2. & fin. de statu monach.

DECISIO XXV.

25 CVm monachus ad suum prælatum ita se habeat, vt seruus ad Dominum suum, ex Innoc. in c. cum olim de priuil. Pan. in c. edocere, de rescr. & in c. cum ad monasterium de stat. monach & conf. 80. vol. 2. ita vt illi resistere non possit, cum neq; velle, neque nolle habeat, sed totus dependeat a superioris arbitrio, & voluntate, c. non dicatis. 12. q. 1. c. si religiosus de ele. 6. & c. 2. de testam. in 6. & cap. Nolo 12. q. 1. potest prælatus, regularis pro voluntate sua, sine vlla causa iusta beneficium regulare, & alias quascunque concessiones monacho suo factas reuocare. cap. porrectum cap ad audientiam, de confir. vtil. & d. c. cum ad monasterium. §. tales & cle. 1. § pen. de sup. p. al. adeo vt inferior, etiam de spolio, contra prælatum spoliantem, modo id bono animo faceret agere non possit.

DECISIO XXVI.

Ex conf 21. alias 12.

26 CVm milites sancti Ioãnis Hierosolymitani tria vota substantialia castitatis paupertatis, & obediẽtiæ in manibus superioris sub regula a sede Apostolica approbata emittant, vere & proprie religiosi, & regulares censeri debent, & proinde sub Concilij Tridentini, sess. 6. c. 3. de reform. dispositione, statuentis neminem clericum secularem, vel regularem degentem extra monasterium, etiam sui ordinis priuilegij prætextu, tutum censeri, quo minus, si deliquerit, ab ordinario loci, tãquam sedis Apostolicæ delegato, puniri & corrigi valeat, comprehẽduntur, etiamsi priuilegia aliqua in contrarium habeant, quibus per clausulam generalem Concilij per viam legis positam derogati censetur. Arg. cle. dudum. §. fin. de sep. & Fel. in cap. accedentes, num. 4. de priuileg.

DECISIO XXVII.

Ex conf. 22. alias 25.

27 LIcet annus probationis in vtriusq; partis, id est, Nouitij, & religionis fauorem statutus sit, & vtraq; pars illi fauori, vt cuilibet alij iuri suum fauorem concernenti, renunciare potest: cap. quod ob gratiam, de reg. iur. in 6. & l. quod fauore. C. de legib. adeo vt consuetudo generalis ante Concilium Trid. habebat, vt professio ante finem anni probationis facta de consensu partium valeret extra religionem quatuor mendicantium e non solum, & c. const. de reg. in 6. eo quod ante illud, probationis annus principalius in fauorem priuatum, quã publicum introductus videbatur; professio tamen contra legem prohibentem ne ante certam ætatem fiat, emissa, vt ante decimum sextum annum per Concilium Tridentinum, ses. 25. c. 15. de regul aut ante decimum octauum annum in Monasteriis, in quibus prohibetur illa fieri ante illum, & etiã ante Tridentinum in ordine mendicantium ante finem anni nouitiatus facta, non valet, ex Host, & Pan in c. quia infulis, de regul. eo quod lex profitenti ante illam ætatem vetans, vtilitatem publ cam, potius quam priuatam partem respicere videtur, cui partes stare tenentur, adeo vt actus contra legem sic prohibentem illum fieri factus nõ valet. l. non dubium. C. de legib.

DECISIO XXVIII.

Ex conf. 33. alias 10.

28 CVm religio seu militia sancti Stephani post Conc. Trident. sub regula S. Benedicti erecta & a Pio IV. confirmata sit, consequenter professi eiusdem ordinis vere religiosi censenda sunt, & castitatem coniugalẽ, & paupertatem, quamuis non omnimodam, illam tamen, quam regula eorum requirit, (ita scilicet vt liberam testãdi facultatem non habeant, sed limitatam, relinquendo quintam partem ordini) & obedientiam vouent: vnde & beneficia tantum regularibus professis prouideri solita, obtinere possunt, vt asserit Concil Trid sess. 14. c. 10. de reform & sess. 25. c. 21. de reg. Et quamuis iure communi, castitas coniugalis, & talis paupertas ad solemne religionis uotum constituendum sufficere non uideantur, c. cum ad monasterium, de statu monac. & S. Th. 2. 2. q. 156. art. 4 & 7. Quia tamen uoti solemnitas iuris humani est ex priuilegio & dispensatione Papæ, minui, uel augeri rationabili causa subsistente poterit, ita ut uere & propriè religio, cum castitate coniugali, & testandi facultate consistat, ut sentit. Innoc. & gl in d. c. ad monasterium. Caiet. 2. 2 q. 88. art. 11. & Nau. in Man. cap 12. num. 85.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XXIX.
Ex conf. 24. alias 50.

29 SIcut dolus recipientium, quamuis validitati professionis non obstat, efficit tamen ne monasterium bona ingressi habere debeat; c. cum 1. 20. q. 3. ita dolus profitentis, dicentis se diuitem, cum nihil habeat, etsi professionem ipsam non anullet, cum sit error fortunæ, facit tamen ne monasterium eum alere teneatur. Haud secus ac matrimonium contractum per errorem fortunæ, vel qualitatis personæ valet si non reciatur in persona. c. 1. §. sicut ergo, 28. q. 1. & Nau. in Man. c. 22. nu. 2. Maritus tamen, cui dos promissa est vxorem accipere, & alere, donec illa ei soluatur, non tenetur ex Panor. in c. per vestras nu. 4. de donat. inter virum & vxorem.

DECISIO XXX.

30 QVamuis infirmitas, attento solo iure naturali, & diuino, immo & humano, cap. 1. de statu monac. in 6. & eius etiam innouatione per Cōcilium Trid. sess. 25. ca. 7. de regul. facta, iusta videtur causa, vt monialis extra monasterium de licentia superioris maneat, attentis tamen posterioribus summorum Pontificum decretis & constitutionibus, videlicet Pij V. in vna Bulla, quæ incipit circa & in alia, quæ incipit, decori. edit. 1569. constit. 100. & Greg. 13. in Bulla, quæ incipit, Deo sacris, edita. 1572. constitu. 13. iusta tantum causa petendi, & obtinendi dispensationem infirmitas, adiuncta monasterij paupertate esse censetur.

DECISIO XXXI.
Ex conf. 25. alias 48.

31 PRofessio a laborante morbo Gallico, vel alio contagioso, illo tacito facta, non valet, si religio, quam professus sit statutum Papæ, vel suum a Papa confirmatum habeat, quod professionem negato morbo factam annihilet, & eijci potest, sine alia Papæ licentia. Secus autem si religio nullum tale statutum habeat: Tunc enim professio iure communi attento, ægritudine etiam mortifera non annihilatur; potest tamen talis iuste a prælato puniri, & impositā pœnam ob commissum peccatū subire tenetur.

DECISIO XXXII.
Ex conf. 26. alias 3.

32 SIcut professio religionis ab excommunicato, vel ad ratiocinia obligato, facta valet, ca. eum illorum, de sēt. excommu. & cap. 2. de oblig. ad ratiocin. licet vterque pecc[illegible] etiam parentib. tamia pinguertate laborantibus, vt filius sine peccato relinquere eos nequeat, professio ab eo facta valida est, filius tamen sic professus ad subueniendum parentibus, nullo alio modo se sustentare valentibus exire tenetur, si viri prudentis arbitrio, vtroque tempore scilicet ingressus, & egressus potu fiet, & possit eorū paupertati subuenire, qua cessante, ad monasterium redire obligatur.

DECISIO XXXIII.
Ex conf. 27. deest in Nouis.

33 CVm metus iuste illatus, nec actionē pariat, nec actū annihilet, vel rescindat, l. 1. si mulier. ff. de eo, quod metus causa, sicut Princeps indulgens pœnam mortis iustē damnato, ea lege, vt ducat in vxorem aliquam pauperem, quam si ducat, valet Matrimonium: Ita etiam professio damnati ad carcerem perpetuum, qui liberatur a Papa, ea conditione, modo religiosus fiat, satis libera, & valida cēseri debet: cum promissio facta metu iustē illato non rescinditur, nec metus iustè incussus, libertatem actus tollit.

DECISIO XXXIV.
Ex conf. 28. alias 46.

34 VOuens religionem sine intentione seruandi regulam eius, modo animum profitendi habeat, ad eam seruandam obligatur: ita Nau. in Man. c. 12. nu. 50. Secus tamen si nec animum profitendi, nec vllatenus obligandi se religioni habuit, sed solum simulandi; Cum professio & votum in foro conscientiæ sine consensu, & animo obligandi se constare non possint: Arg. cap. tua, de sponsal. & c. cum dilectus. de his quæ vi; in foro tamen exteriori animum profitendi habuisse iudicabitur.

DECISIO XXXV.
Ex conf. 29. alias 30.

35 CVm a iure antiquo recedēdum non sit, nisi quatenus per nouū expressè receditur; l. præcipimus, C. de appel. & annus nouitiatus, admissio, & reiectio in fauorem recipientium, & recepti statuta sint & proinde nec contra vtriusque consensum retorquenda; arg. cap. quod ob gratiam, de regul. iur. Prælatus, & Conuentus, vel Capitulū, dilationem ad profitendum nouitio post annum nouitiatus probato a se pro idoneo, non obstāte Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de reg. iusta de causa concedere potest; quia id in vsu ante Concilium fuit, nec per illud contrarium exprimitur, sed solum additur, vt finito nouitiatus anno nouitios pro idoneis habitos admittant, aut reijciant, & consequenter eum cogere ad profitendum, aliud sit, quam admittere ad professionem, vel reijcere, & a diuersis non fit illatio l. Papin. ff. de minorib. & ca. ad audientiam, de decim. admissus iusta de causa professionem suam differre potest.

DECISIO XXXVI.
Ex conf. 30. alias 20.

36 QVamuis ante decem & sex annos completos professio valide fieri non possit, ex Conc. Trid. sess. 25. ca. 15. de regul. & aliter facta nulla censetur, quin tamen habitum suscipere, aut nouitiatus annum ante decimum sextum annum implere Concilium non vetat, annus probationis incipi immo & perfici ante decimumsextum annum completum potest, & virtute illius probationis expleto decimosexto professio iuxta ius antiquum, Cle. eos, de regul. quod nullatenus quoad hoc correctum est, licite fieri potest; Non tamen verè professus censetur, qui antequam expresse profitetur, expelli potest; ratio enim dictat, vt tanta libertate vti possit nouitius ad exeundum quanta conuentus ad eijciendum; Cum statutum in vno correlatiuorum locum habere censetur in altero, dummodo eadē ratio idem dictet in eo. l. 1. C. de confes. lib. 12. & Felin. in procemio Greg.

DECISIO XXXVII.
Ex conf. 31. alias 24.

37 REgularis Episcopo subiectus, & etiam exemptus, de licentia Superioris sui, Vicarius, & Cubicularius, Episcopi esse potest; c. cum pastoris, 2. q. 7. Innoc. in c. cū I. & A. & Fel. ibi, de re iudic. dummodo habitum retineat: Solius autem Papæ est facultatem facere extra Monasteriū manendi sine habitu c. 2. Ne cler. vel mon. in 6. & c. clerici, de vit. & hon. cleric. qui tamen tam difficile ferè dispensat, vt Monachus habitum subtus vestem deferet, quam illum omnino dimittat. ita Gloss. in clem. 2. de vit. & honest. cler. Pan. in c. Deus, qui tit. eo.

DECISIO XXXVIII.
Ex conf. 32. alias 31.

38 LIcet iure antiquo c. ad Apostolica, de reg. attēto, professio ante annū probationis facta valebat, exceptis ordinibus Mēdicantiū, c. Non solum, e. cōstitutionem de regu. in 6. & etiam in illis si haberent ad id iustum priuilegium; Hodie tamen ipso iure est nulla, sicut etiam nulla censetur, si ab aliquo, qui ignorabat Concilij Tridentini decretum, sess. 25. c. 15. de regul. aut in Monasterio, quod habebat priuilegia admittendi ad professionem volentes ante annum profiteri anno 1564. die prima Aprilis, ante annum probationis expletum, emissa fuisset, nō obstante constitutione Pij Quarti super declaratione temporis ad Concilij Tridentini decreta obseruanda sub datum

Digitized by Google

15. Calen. Augusti 1564. statuentis, ne Constitutiones a Concilio factæ ante Kalendas Maij Anni 1564. obligare censerentur. Quia cùm lex Concilij Tridentini, quæ agnullantur professiones intra annum probationis factæ, condita, & promulgata sit Anno 1563. quarto Decēbris, & lex omnis maxime Conciliaris iuste cōdita, & promulgata ligat post duos menses a tempore promulgationis illius.d.4.c.in istis, §.leges, si longius tempus ad ligandū ei non præfigatur; Aut, vt factæ nouæ c. vlt. colli. 5. & c. quod dict.5. dist.16 & cap. t. de postul. præl. consequenter etiam professionem ante annum probationis finitum em ss. m Calen Aprilis anni sequē. is 1564 annullat: præsertim cum prædictum Concilium Trid. sess.25. c.22. de regul. expresse declarauit, velle se, vt statim leges factæ in sessione ad Regulares pertinentes, executioni mandaren tur, quo ' per inde fuit ac dicere, ex nūc, siue ex hoc tempore ligent, & executioni mandent illam Episcopi, & alij Ord num Prælati: Et cum lex hoc mandat, ligit etiam ignorantes, quo ad actus nullitatem, licet non quoad al as pœnas, vt ait Gloss. in Clem. 2. de hæret. in verbo, ex nūc, de quibus declaratio Papæ, vt ex tenore illius colligitur intelligenda est ea causans solum a pœnis extrinsecis quas stricto iure multi alioquin contrafacientes incurrissent: Professioni vero ante illud tempus factæ nihil prodest, aut nocet, vt propterea de ea iudicandum sit, ac si nulla tal s declaratio facta indicanda fuisset nulla; si declaratio Papæ non accessisset, ita & ei accedente nulla, & inualida censeri debet, quia professio facta pure eo momento, quo fit valet, aut non valet, nec in suspenso esse potest, (sicut nec Bapt smus, ordo, vel Matrimonium) & si non valuit, nec per illam declarationem validari potuit.

DECISIO XXXIX.

Ex conf.33. alias 62.

39 Quamuis olim annos probationis in fauorem vtriusque partis, tam Monasterij, quā illud intraturi inductus sit c. ad Apostolicam, de regul. ita vt illi fauori ac vtriusque partis consensu renunciari posset cum iuri in fauorem suum introducto qu libet renunciare poterit; l. si quis in C. de pactis, & c. gra. um, de off. del. Adeo vt in non Mendicantibus professio ualide intra an um probationis fieri potuisset, d. c. ad Apostolicam modo tamen probationis anno, nec Monasterium, nec Nouitij renunciare possunt ex constitutione Conc. Trid. sess.25. c. 15. de regul. eo quod annus ille non amplius ius priuatum, sed publicam religionis vtilitatem respicit, iuri autem publico renunciare nemo potest; c. si diligenti de for. comp. & leg. ius publicum. ff. de pact. unde nec Regularis uoa religione prefessus, & ad aliam translatus, anno probationis concesso renunciare ualet; & professio aliter facta intra annū in secunda religione, et am de utriusque partis consensu nulla omninò censetur: eo quod professio ante decimum sextum completum facta, & facta ante finem anni probationis; Concil. Tr. ubi supr. pari. fiant ur; ideoque sicut professio ante decimum sextum annum de consensu Nouitij facta non ualet, ita & ante finem anni probationis de consensu eiusdem facta, nulla erit, quandoquidem de parificatis idem iudic. ri d. bet. cap. licet ex quadam, de testib. & l. fin ff mand.

DECISIO XL.

34. 34.
Ex conf. 37. [alias] 17.
43. 29.

40 Professio ante decimum sextum ætatis annum completum, ubi ante finem anni nouitiatus facta nulla cēsetur, ex Concil. Trid. sess.25. cap.15 de regul. nec uero per gestationem habitus induitum ab habitu profissorū, etiam in ea Monasterium post annum decimum sextum completum, & etiam per al um annum integrum, putans se esse professum, eo quod putaret prædictam professionē a se factam, validam fuisse, eam validate censetur, nisi sciens & prudens illam fuisse nullam, de nulla validam facere voluisset, ita vt ab eo tempore professus esse incipeget. Vt ait Caie. 2.2. q.189. ar.5. & Nau. in Man. c.5.2. nu.

71. vnde nec ingressus Monasterium, & post decem mēses sine licentia illud egressus, & postea Monasteriū aliud eiusdem religionis adiens, in quo receptus de cōsensu fratrum post duos menses emisit professionem, & multos annos ibi perseuerauit, val de professus est eo, quod illam ante vnum annum continuum completum emisit ex Conc. Tri. vbi supr. Nec sufficit quod decem me ses in vno Monasterio & alios duos in alio mansit, vt annus procōpleto censeatur, quia annus d bet esse continuus; ca. 1. de regu. in 6. Nec professio aliter facta, sine licentia nullita s. sola perseuerantia ratificatur, ita Cai. vbi sup. & cōsequenter sic professus vere religiosus non est, & libere sine vlla dispensatione ad aliam religionem transire pōt.

DECISIO XLI.

35. 27.
Ex conf.44. [alias] 24.
49. 27.

41 Professio in ordine Minorum ante decimum septimū annum completum ipso iure, & vi statutorum illius ordinis nulla est, & nullum producit effectum. Arg. c. 6c, Trid. sess.25 c.15. de regul. & sic professus ad aliam religionē arcti rē, vel stri ct onem transire, vel vxorem ducere poterit, si n. hil aliud obstet ac si professionem illā non fecisset: cum non præstet impedimentum, quod de iure non fuit ture eff ct m c Non præter, de reg. iur. in 6. Et licet sic ante decimū septimum completum professus, nouam professionem post illum expletum facere teneretur ad hoc, vt vere professus & religiosus sit, vel publicè de nouo profitē do, vel quod tacitus esse videtur eam ratificādo, noua tamen receptione Capitulari nō indigere, sufficit, quod Monasterium in illo consensu perman serit, quo eius professionem consensit, & eam recepit; & professio valida esse incipit a solo tempore ratificationis, & non antea.

DECISIO XLII.

42 Concilium Tridentinū sess.25. c.15. de regul. professiones tacitas non tollit, & ideo post illud perinde sunt habendi pro tacite professis illi, qui per annum totū nullatenus interruptum habitum indistinctum ab hab. tu professorum, ac ante illud, tulerunt; & consequenter qui habitum in anno decimo sexto, vel prius acceptum sic illū toto vno anno gestans, donec annum decimum septimū ingrediantur, tacitè professi censendi sunt. Arg. c. 1. §. 2. de regul. in 6. & c. eos tit. eo. Quamuis quod hāe tacitam professionem interdum quinimo professionem ante decimum sextum annum completum, & alios qui eam non emittunt, diff renua est, quod hi; ceteri dubio professi censendi sunt, si per vnum annum totum gestent habitū, donec ingrediantur decimum septimum annum, nisi reclament, aut protestentur nullatenus esse se animū profitēdi, donec expresse profiteatur; Ai vero, qui professionem ante decimum sextum impletum expresse fac unt, non censebuntur tacite professi, si ideo manent in Monasterio post inceptum dec mum sept mum annum, quia putant professionem suam valere, in quo non manerent, si eam nō valere putarent quia ad ratificationem professionis inualidæ factæ non sufficit in Monasterio manere, si ideo manet, quia putat valere profess onem factam, & per illam obligari ad manendum, sed requiritur, quod sciat illam non valuisse nec obligari ad manē dum & tamen non obstante hac scientia vult eam pro bona, & rata habere, & se ad eam secundam obliga um s vel tacite Caiet. 2.2. q.189. ar.5. & Nau. in Man. cap.12. no.71 Quia errans, & ignorans consentire non censetur, l. si per errorem, ff. de iurisd. om. iud.

DECISIO XLIII.

36. 19.
Ex conf.43. [alias] 29.
44. 24.
46. 27.

43 Habitum religionis ante decimum quartū ætatis annum suscipiens, & per aliquot annos vsū in diuersis Monasterijs transigens, & tandem l. git ma iam ætate

ad pro-

ad profitendum, ad aliud Monasterium eiusdem ordinis veniens, vbi a superiori recipitur, & nulla facta expressa professione ab eodem ad ordines suscipiendos mittitur, & quasi professus ab omnibus tractatur, & ad actus professorum proprios admittitur, non censetur propterea tacitè professus ex Panor. in c. vidua, de reg. eo quod nunquam compleuit annum probationis qui debet esse continuus, & cum intentione probationis faciendæ, ita Conc. Trid. sess. 25. c. 15 de Regul. nec per ordinationem ad titulum Religionis, aut per habitus gestationem multorum annorum tacitam professionem fecisse dicetur, nisi sciens se professum non esse postea gestatione habitus professionem ratificet, & se obligare intendat.

DECISIO XLIV.

Ex consil. 38. alias 4. de diuortijs.

44 QVamuis vxor sæpius adulterata, & damnata adulterij per iudicem secularem, & in pœnam eius, intra Monasterium inclusa redire debeat ad maritum eam recipere volentem intra biennium; Auth sed hodie. C. ad leg. Iul de adult. separata tamen a viro per sententiam iudicis ecclesiastici, nec vxor ad maritum, nec è contrario maritus ad vxorem, redire tenetur: ex Gl in c. Agathosa, 27 q. 2 & c. literas, § fi. de restit. spol. maxime si vel ipsa mariti sæuitiam, aut maritus vxoris insidias metuat.

DECISIO XLV.

Ex cons. 36. alias 18.

45 PRofessio in aliquo ordine Mendicantium intra nouitiatus annum, licet etiam ante Concilium Trid. nulla fieri, c. non solum. & c. constitutionem. de reg. in 6 & c. s. §. pen. de relig. dom. in 6 ad religionem tamen in genere, id est, ad faciendum se religiosum in aliqua religione approbata, si receptores inueniret, obligabit, Gl. & Archid. in d. c. non solum Ang. ver. religiosus. §. 14. & Sylu. ver. relig. 3. quæst. 5. Sic autem religiosus factus in genere, quamuis matrimonium postea contrahendo peccet, matrimonium tamen valet; sed mortua vxore, religionem aliquam intrare tenetur.

DECISIO XLVI.

	40.	12.
Ex cons.	41. [*alias*]	41.
	42.	31.

46 PEr habitus delationem nō fit professio tacita, nisi tria concurrant; quorum vnum est, quod sit indistinctus ab habitu professorum c. 1 §. qui vero. de regul. in 6. Secundum est, quod deferat eum in monasterio, & congregatione, c. de eos, de reg & Host. in c. vt clerici, de reg. Franc. in §. fin. c. 1. de reg. in 6. (& habitum religionis etiam extra monasterium deferens de licentia, obedientia, vel mandato superioris, censetur illum intra monasterium deferre, ex Pan. in c. ex rescr. de iureiur.) Tertium est, illum intra monasterium per annum continuum deferat, adeo vt quamuis deferat quatuor menses continuos, si postea exiret, & iterum reuerteretur, & octo, vel plures menses deferret, & vicissim exiret ante annum continuum completum, non censeretur professus, c. 1. de reg. in 6. Arch d. & Fran. ibi. Vnde milites Hierosolymitani, & alij cuiuscunque qui vt armatam militiam exercēt, intra monasterium religionis habitum legitime susceperunt, postea ex licentia, & mandato superioris bellando, vel negotia religionis, aut monasteriorū faciendo, annum probationis extra monasterium finiunt: cum regularis, vbicunque sub obedientia manent, in monasterio manere censētur Pan. vbi sup. ou. 5. & Syl. ver. relig. 3. q. 19. Nec minus religionis austeritates extra manendo, quā intra experitur, cum sæpius grauius sit extra monasterium, quam intra degere Quamuis iure aliquo necessarium non est, vt nouitius probet, & experiatur omnes austeritates monasterij, in diuiduo, vel in specie, sed satis est quod eas in genere experiatur per vnum totum annū degendo sub obedientia prælati, adeo vt qui stat in patti ingressum, & habitum suscepit ægrotare inciperet, & eger per quatuor, sex, vel decem menses intra monasterium sub obedientia maneret, rectè in fine anni profiteri posset.

DECISIO XLVII.

Ex cons.	42. [*Alias*]	32.
	45.	33.

47 ANnus nouitiatus is necessario debet esse cōtinuus, vt si aliqua parte anni, etiam per solos tres dies foris maneat, annus probationis interrumpitur, nec coniunguntur partes illæ interruptæ, sed incipere debet ex integro a principio partis posterioris. Pan. in c. ad apostolicam, de reg. & Franc. in c. 1. de reg. in 6. Non natum tamen non interrumpit latitatio in monasterio aliquo tempore, etiam animo non profitendi.

DECISIO XLVIII.

Ex cons. 47. alias 15. de statu monach.

48 ABbas, aut alius prælatus regularis legē sibi ponere non potest, a qua recedere nequeat, aut monacho concedere, vt pecunias apud se retineat, & expendat pro arbitrio suo, ita vt superior id ei prohibere non possit, neque eas illi auferre, vel aliquam partem earum ad eas impendendas in alios vsus quam ipse vellet, c. cum ad monasterium. §. tali, & §. fi. de statu monac. cū hoc esset monachum suum proprietarium facere sed solus Papa præfatam licentiam cōcedere potest, ita quod illas in vsus pios & honestos sine vlla alia suorum prælatorum licentia impendere possit, & quod illis eam pium vsum impedire non possit. c. nisi esset viri, de præben & Pan. ibi.

DECISIO LXIX.

Ex cons. 2. alias 9. de censib.

49 GEneralis ordinis Minorum de obseruantia, virtute confirmationis priuilegiorum eiusdem ordinis a Greg XIII quatenus non sunt Concilio Tridentino contraria, quibus id expresse eidem conceditur, non obstante iure communi aut bulla Pij V. de hac re quæ incipit: de cor. edita 1769. moniales sibi subditas, de vno ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ fundationis, sine aliqua episcopi approbatione, transferre, & mutare potest. Quamuis enim iure communi, cap. 1. de statu reg. in 6. statutum sit, ne monialis monasterium egredi possit nisi in grauis infirmitatis periculo, ita vt non possit cum alijs sine scandalo commorari, & lex vniuersalis vniuersaliter intelligenda sit; l de pretio. ff. de publ. in rem act. fallit tamen quando inuenitur alia lex, quæ illam limitat: vnde cum in Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de reg. & in Bulla Pij V. alij casus excipiūtur, & casus aliquis a regula generali ob æquitatem exemptus, eadem suadente ad alios eatēditur: iuste poterit super Moniales ad aliud monasteriū causa correctionis, vel nouæ fundationis mutare; cum tam Pij V. Bulla, quam Concilium Tridentinum, & ius commune, solum exitum Monialiū sine iusta & legitima causa prohibeant, nihilq; obstant, aut reseruatio Pij V. cum ille successoris sui innouantis postea ordinis priuilegia, auctoritatem tollere nequeat; quia par in parem non habet imperium, c. innotuit. de electio. aut Concil. Trident. decretum, quod episcopi saltem approbationem in huiusmodi trāslatione requirit. Quia solum de Monialibus eidem episcopo subiectis, vel de ita exemptis, quod soli Papæ immediate subsunt. Non autem de alijs exemptis, quæ alijs aliorum ordinum prælatis subsunt, intelligitur.

DECISIO L.

Ex cons 49. alias 61.

50 QVamuis ius præsentandi ad Abbatiam & ad aliud quodcunque beneficium ex Papæ priuilegio laico conuenire potest, vt ait Gl in c. ip sum. 16 q. 7 & in c. imperium dist. 16. quia tamen idoneos tantum præsentare tenetur, alioquin non valet præsentatio, c. monasterium. 16. q. 7. & c. cum vos de offic. ord. vnius ordinis regularem aut Abbatem, ad alterius ordinis regularem, aut Abbatem, ad alterius ordinis beneficium, aut Abbatiam, præsentasse non valet, eo quod vnius ordinis religiosus ad beneficia alterius inhabilis est, c. cum singula. §. fi. de præb. in 6.

in 6.& Abbas vnius ordinis ad alterius ordini Abbatiam translatus, annum nouitiatus in secunda agere tenetur, vt professio valida esse possit. ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 15. de reg. cum huius secundæ nouus religiosus, seu nouitius esse poterit, licet antiquus sit, alterius; qua translatione, cum priori religioni subiectus esse desinat, officium diuinum iuxta formam secundæ recitare tenetur, & si transitus ad laxiorem ordinem fiat, necessaria est Papæ licentia obtenta Gl. in d. c. cum singula. quamuis si strictior sit, petitio licentiæ, etiamsi non obtineretur, sufficeret, cap. licet. de regul.

DECISIO LI.

Ex conf. 50. [*alias*] 77.
51. 78.

51 PRælatus regularis, subditum suũ regularem propter delicta, etiam incorrigibilitatem, habitu, & ordine perpetuo priuare potest, sic tamen a se eiectum a religione, vt aliam strictiorẽ ingrediatur, obligare nequit. Quia sicut regularitat extra suum territorium, & locum, vbi habet iurisdictionem, index iudicare, & sententiam ferre non potest, c. 2. de const. in 6. ita neq; extra tempus, intra quod habet illam, obligare valet, l. vtinam. ff. si cert. petat, sic autẽ è religione iustè eiectus, episcopo originis, seu vbi victurus est in habitu clericali subiectus manet cap. fi. de regul Fugitiuos autem, & iniustè, vel inordinatè sine causæ cognitiona eiectos regulares, Prælati, quotannis quærere; & etiam iustè & ordinatè eiectos, & ad monasteria, & religionẽ redire volentes recipere tenentur. c. fi. de reg.

DECISIO LII.

Ex consil. 52. *alias* 1.

52 CVm status regularis melior sit seculari, eo quod ille in via perfectionis est, c. duæ 19. q. 2. quem statum etiam ipse Christus assumpsit: consequenter ceteris paribus melius, & Deo gratius est, ecclesiam collegiatam regularem, quam collegiatam secularem fundare.

DECISIO LIII.

Ex conf. 53. *alias* 73.

53 PRælatus regularis quamuis religiosum suum propter delicta sua habitu priuare, & etiam ab ordine eijcere queat; eum tamen ob solam infirmitatem incurabilem superuenientem post professionem, ab ordine, & obediẽtia absoluere, aut eijcere nequit, sicut nec illi facultatẽ dimittandi habitum & illo dimisso clericalem assumat, vel alium & sub obedientia episcopi viuat, concedere potest.

DECISIO LIV.

Ex conf. 54. [*alias*] 72.
55. 71.

54 REgularis ob parentum necessitatem, monasterium iniussu de licentia superiorum exire potest ad eis subueniendum, si id facere poterit. ex S. Th. 2. 2. q. 101. art. 4. & Caiet. ibi. & Nau. in Man. cap. 14. num. 14. Quam licentia, non solum Papa. sed etiam Generalis, vel Prouincialis retento tamen habitu concedere potest. Solus autem Papa, vt hac ob causam religiosus foris maneat, dimisso habitu, dispensat; cap. 2. ne cler. vel monach. in 6. & c. sanctimonialis, distinct. 23. Nec eam licentiam cõgregatio concilij, aut generalis ordinis concedere valet: cum etiam religiosus factus episcopus sui ordinis habitum gestare debeat, c. clerici 2. de vita & honest. cleric.

DECISIO LV.

56. 56.
Ex conf. 57. [*alias*] 66.
63. 65.

55 QVamuis iure communi, c. licet, de regul. & Concilij Tridentini decreto, sess. 25. c. 19. de reg. a strictiori ad laxiorem religionem transeundi facultas a solo Papa conceditur, iusta tamen de causa etiam Generalis & Superior religionis ad laxiorem etiam religionem, non obstante Tridentino, transitum concedere potest; Arg. cap. statuimus. 19. q. 3. & Pan. in c. significatum, de regul. cum mens & intẽtio Concilij non fuit facultates iudiciarias tollere, quæ ad talem transitum sufficiunt, quales sunt transitus ex iusta causa, & consensu superioris: cui sic translato, in foro exteriori necessaria est scriptura authentica de facultate cum causæ cognitione a superiori concessa, vt si opus sit, post mortem superioris, & etiam antea iustè se defendat. Nec sic transiens ab vna religione ad aliam, ad beneficia, aut officia religionis ad quam transit, iure communi inhabilis redditur, Cle. 1. de regul. dummodo ex aliquo mendicantium ordine non transeat.

DECISIO LVI.

Ex conf. 58. *alias* 5. *de statu monach.*

56 NOuitius, contra quem sunt inditia violenta, per quæ quasi vehementer creditur occidisse vnum collegam professum, a prælato monasterij cuius est nouitius puniri potest, dummodo ei iurisdictio cognoscendi de crimine requirente depositionem (quale est homicidium) iure aliquo speciali, vel consuetudine competat, quæ tamen iure communi ei non competit, ita Decios & communis in c. at si clerici, de iudic. secus autẽ si neq; de consuetudine, neq; iure aliquo speciali iurisdictionem illam habeat. Eandem autem quam in professos, etiam in nouitios iurisdictionem, tam in ciuilibus, quam in criminalibus habet; cum enim hi canonis priuilegio gaudeant, c. si quis suadente 17. q. 4. etiam & superiori monasterij in pœnis subijci debent.

DECISIO LVII.

Ex conf. 59. *alias* 52.

57 CVm Casinenses priuilegium ab Eugenio IV. habeãt, quo cauetur, ne eiusdem ordinis monachi a sua religione abstrahantur, aut sponte venientes recipiantur, etiam occasione arctioris vitæ ordinis, & religionis absq; consensu Capituli Generalis seu Præsidentis & maioris partis visitatorum dictæ congregationis, etiam auctoritate literarum Apostolicarum, in quibus de huiusmodi persona, ac religione mentio facta non fuerit, sub pœna excommunicationis, quam ipso facto incurrunt, qui facta eis notitia de huiusmodi priuilegio, monachum dictæ cõgregationis intra triduum non relaxauerint, vel a se abiecerint, consequenter monachus Casinensis ad Carthusianos non petita a suis superioribus licentia transiens, peccat mortaliter, & a prælato prioris monasterij reuocari potest, & redire, & pœnitentiam subire tenetur, ex Conc. Trid. sess. 25. c. 1. de regul. & Carthusiani intra triduum post intimationem priuilegij, eum non restituentes, vel non abijcientes excõmunicationem incurrunt; Secus autem si ante transitum petita sit, licet non obtenta licẽtia, tales enim transire, & ab illis retineri potest, non obstante dicto priuilegio, quod limitandum est, ita vt locum nõ habeat quando prius petita sit licentia ad regulam strictiorem transeundi, licet non obtenta, c. licet, de reg.

DECISIO LVIII.

Ex conf. 69. [*alias*] 11.
61. 14.
de maior. & obed.

58 REgularis in alteram religionem translatus, post professionem in ea factam, posterioris monachus efficitur, & iuxta professionem ibi emissam, in choro, & cap. sedere, & vocem dare debet; Arg. c. 1. & c. statuimus, de maior. & obed. dummodo qui transfertur in eo subditus & filius efficitur: sin autem in aliam religionem translatus sit, vt in ea præsit, & renunciat prælaturam, secundus post prælatum, in memoriam honoris, quem gessit, sedere debet, nisi concurrãt alij, qui maiorem honorem gesserunt. Arg. l. 1. ff. de albo scriben.

DECISIO LIX.

Ex conf. 62. *alias* 37.

59 SIcut professionem admittere nec solus prælatus, nec solus conuentus potest, vbi ad vtrosq; spectat, ita nec

præ-

Digitized by Google

prælatus, & media pars conuentus professionem admittere possent, cum maior pars conuentus sit necessaria; arg. l. quod maior, ff. ad munic. & gl. in c. fi. de reg. iur. in 6. & sol. iure communi attenta monachorum receptio ad conuentum & prælatum immediatum monasterij, in quo nouitius annum impleuit, non autem ad generalem, præsidentem, aut alium superiorem mediatum pertinet. arg. c. ad apostolicam, de reg.

DECISIO LX.

Ex conf. 64. alias 80.

60 REgularis ob delicta, & incorrigibilitatem per sententiam superioris ex ordine iuste eiectus, extra suũ ordinem, & monasterium tota potest conscientia remanere. adeo vt si redire nolit neq; a confessario in foro interiori, neque ab vllo iudice in foro exteriori ad redeundum cogi possit: sed nec etiam ad aliam religionem se transferendum compelli valet, aut ad suum ordinem redire, aut superiores eius, vt eum iterum recipiant, rogare tenetur. Ad aliam vero religionem se transferens, requiritur noua professio, vt illius ordinis religiosus fiat. Quin etiam forte nec ad suum ordinem redire potest, ita vt sine noua professione recipiatur saltem ad eum locum, & gradum, in quo ante sententiam erat.

DECISIO LXI.

Ex conf. 65. alias 74.

61 QVamuis clausura Regularium lege vniuersalis ecclesiæ sit inducta, c. placuit, c. monac. 2. 16. q. 1. potest tamen prelatus, vt ait S. Th. 2. 2. q. 101. art. 1. non solum ob parentum necessitatem, sed alias etiam ob causas iustas & honestas cum regulari dispensare, vt honestis in locis, & habitu suo retento extra monasterium maxime ad monasterij vtilitatem, maneat.

DECISIO LXII.

Ex conf. 66 alias 5. de verb. signific.

62 CAnonici Regulares domos separatas, & extra claustrum positas, in quibus morari solent ancillæ, & recipi cognati amici & alij hospites vtriusque sexus, qui prædictos canonicos visitant, vel charitatis officium ijsdem impendunt, non obstante Bulla Pij V. quæ incipit, Regularium. licite habere possunt, nec vllam excommunicationem, vel aliam pœnam propter aduentum, vel ingressum mulierum honestarum in prædictas domos, ob causas honestas incurrunt; cum virtute illius, solum monasteria clausa, & non alias Regularium domos, mulieres ingredi prohibentur.

DECISIO LXIII.

Ex consil. 67. alias 68.

63 REgularis cum licentia superioris monasterij, & iusta de causa, (qualis est vtilitas directa, vel indirecta monasterio exinde proueniens, c. Monachi. 1. & 2. 16. q. 1. aut studium discendi, vel docendi litteras religioso conuenientes, & aliæ similes ad boni & prudentis viri arbitrium) extra monasterium manere potest, neque vlla ad hoc Papæ licentia, aut dispensatione indiget.

DECISIO LXIV.

Ex conf. 68. alias 53.

64 CVm iusta de causa de vna ad aliam religionem transire liceat, quamuis quoad forum conscientiæ, plura, quam quoad forum exterius ad hoc requirantur; ex Sylu. ver. Religio. 4 q. 2 Ad Carthusianos non solum minoritæ, & omnes alij religiosi etiam Mendicantes iure communi Fa. rauagan. viam de reg transire possunt, sed etiam Carthusiani iusta de causa, vt causa melius seruiendi Deo, dum absit scandalum, & infamiæ prioris religionis, ad minoritas seruantes ad vnguem regulam suam, quoad forum conscientiæ transire, & in secunda, bona fide manere possunt. Ita Syluest. vbi sup. quæst. 6.

DECISIO LXV.

Ex conf. 66. alias 75.

65 MInores conuẽtuales a Pio V. de authorati, alios beneuolos receptores Regulares Mendicantes, vel non mendicantes quærere tenentur. Beneuolentiam receptores ij solum intelliguntur, qui de consensu totius cõuentus, aut maioris partis, & non aliter, eos recipere, & ordini incorporare possunt, cũ ad valorem actus nec voluntas sola sine potestate, nec sola potestas sine voluntate sufficiat. c. cum causa, de offi. deleg. & gl. ibid. vnde solum prælati sine consensu conuentus eos recipere nequeunt.

DECISIO LXVI.

Ex conf. 70. alias 13. *de statu monach.*

66 SIcut religiosus prouisus a Papa de beneficio manuali, & ad nutum amouibili, non quærit Papæ, sed ipsi, & suo beneficio, vel ecclesiæ suæ, siue conferatur ei a Papa cum clausula, vt teneat ad vitam, siue sine illa, ita quod maneat Manuale; c. ad nostram & c. porrecta de confirm. vtil. vel in vtil. ita etiam eadem & maiori ratione Religiosus qui cunque seu Canonicus Regularis beneficiarius, a superiore, qui est inferior Papa prouisus, administrationem fructuum suarum commendarum, & beneficiorum per collationem canonicam superioris sibi factam habẽs, de fructibus illorum disponere perinde, ac clerici seculares fructibus suorum beneficiorum, & consequenter de illis sed tenter sustentari, & in opera pia impendere potest, ex Card. in clem. 2. de vita, & honest. cler. & quicquid acquirit, non monasterio, vbi professus est, sed beneficio ecclesiæ, Hospitali, præceptoriis, vel commendis, ad quarum gubernationem assumptus est, acquirit. c. si quis iam translatus 11. q. 1. & c. precium liber 16. q. 1.

DECISIO LXVII.

Ex conf. 71. alias 7. de donat.

67 REgularis de licentia Papæ ab vna religione ad aliam translatus & de licentia eiusdem alicui Hospitali inseruiens, de quæsitis ad pios vsus, per viam donationis, vel alterius contractus irreuocabiliter inter viuos facti, disponere potest: Non tamen per viam vltimæ voluntatis, per quam nullus religiosus religionem professus, sine facultate testandi, quicquam disponere valet.

DECISIO LXVIII.

Ex conf. 72. alias 59.

68 TRanslatum ad religionem laxiorem per iudices a iure constitutos, cum causæ cognitione, Bulla incip. *Sedis Apostolicæ*, & est constitutio VIII. in ordine, Bulla vero Pij V. incip. *Quæcunque*, & est 91. in ordine Pij IV. & Pij V. qua reuocantur priuilegia, & facultates recipiendi alienos religiosos, & vberiam receptos ad pristinos redire, non comprehendit, eo quod hæc solum reuocat priuilegia recipiendi alienos religiosos præter ordinẽ iuris, sed neque iubet omnes, qui iam erant translati, ad ordines pristinos redire. sed illos solum, qui virtute illorum priuilegiorum translati erant, iuris ordine non seruato.

DECISIO LXIX.

Ex conf. 73. [*alias*] 85.
74. 86.

69 QVamuis alii regulares, vt inquit Innoc. c. cum olim. 2. de priu. contrahendo vtiliter, ea, quæ acquirunt, monasterio, vel ordini suo acquirũt, siue nomine suo, siue nomine sui monasterij, vel ordinis, siue impersonaliter cõtrahant; ex Bal. in l. seruus C. de pactis, Franciscanus tñ, eo quod monasteria, & ordo sancti Francisci sunt incapacia dominij possessionis, & proprietatis omnium bonorũ prouinciariorum, c. exiis, de verb. sign. in 6. c. 1. et 2. in iui. tit. eod. contrahendo l. d. tantum Apostolicæ acquirit, adeo vt etiam omnia iuste siue a laicis, siue a clericis, Fratribus Minoribus de obseruantia donata, sedi Apostolicæ, & nõ illis acquirantur. Quæ sedes Apostolica sicut de iure, in obligationibus, & iuribus vtilibus eorũ succedit; ita saltẽ æquitate, in obligationibus passiuis eorundem succedit;

æquitas

Digitized by Google

DECISIO V.

Ex conf.6. in Nouis, deest in antiquis.

5 CVi bona sua alienare prohibitum, est si ob delictum aliquod commissum damnatus fit, fiscus nec in vita delinquentis, nec postea in prædictis bonis succedere potest. l.Statius. ff. de iure fisci

DECISIO VI.

Ex conf.8. in Nouis, deest in antiquis.

6 FRuctus beneficiorum a solo separati, etiam non exacti, de iure ad beneficiarium spectat, vel ad legitimos eius hæredes (quales in foro conscientiæ non sunt diuites aut qui in vtroque foro legitimi non sunt.) Eatrau. Pij V. in c. Quæ ordini. Nec de eis Episcopus disponere valet.

TITVLVS XX.

De Sepulturis.

SVMMARIVM.

1 *Pater, quare testamentum pro filio impubere facere potest, non autem sepulturam eligere.*
2 *Sepultura locus sine causa & solemnitate concedi non debet.*
3 *Excommunicatus, licet signa ante mortem contritionis ostendat, non est tamen in loco sacro ante absolutionem sepeliendus.*
4 *Meretrix noctu ab amico occisa, non præsumitur meretricando occisa, nec sepultura priuanda.*
5 *Corpora & reliquiæ sanctorum quenam de vno ad alium locum transferri possunt.*
6 *Sepeliri in sacro omnis Christianus debet mortuus inuentus, nisi se ipsum occidisse constet.*
7 *Excommunicatus denunciatus, in articulo mortis absolutus in sacro sepeliri potest.*

DECISIO I.

Ex conf.1. alias 2.

1 PAter, licet filio impuberi testamentum facere, & si pater de testam. in 6. & illi etiam in bonis maternis substituere possit, l.1. ff. de vulg. & impensas eius funerales facere teneatur; l.filius. ff. de in rem eo quod hæc etia temporalia sint: sepulturam tamen sibi, c.li. & non filio impuberi eligere valet, c.li et. de sepul.in 6. Quia sepulturæ electio spirituale quidam est: ad spiritualia vero filij, sicut ad temporalia eiusdem, patria potestas non extenditur. c. Si annum de iud. in 6.

DECISIO II.

Ex conf.2. alias 1.

2 CVm sacræ rei Dominium nullus habere possit; l.inter stipulantem, §.sacrum. ff. de verb oblig. locus sepulturæ nemini concedi potest, ita vt Dominus eius sit, sed neque alicui sine auctoritate Episcopi, aut cum illa sine iusta causa, & solemnitate, sepulturæ locus concedi debet; ita vt habeat ius sepeliendi in eo mortuos suos, & impediendi, ne alij ibi sepeliantur: Quia licet per talem concessionem dominium rei non transferatur, transfertur tamen vsus eius, & ius quoddam sepeliendi, quod nisi ferua tis canonibus de non alienandis rebus ecclesiæ, c. sine exceptione. 12. q. 2. c. nul i, de reb. eccles. nō alie. fieri nequit. A quolibet tamen habēte liberam sepulturam, vel ius admittendi ad sepulturam in sua ecclesia, ex iure communi sine priuilegio, aut licentia Episcopi, cōcedi facultas simpliciter potest vt quis in tali loco sepeliatur, c. Abolendæ. de sepult. & clem. dudum, §. huiusmodi. tit. eod.

DECISIO III.

Ex conf.3. alias 4.

3 EXcommunicatus propter debitum ex delicto descēdens, vel contractu, mortuus, licet ante mortem signa contritionis ostendat, in loco tamen sacro sepeliēdus non est antequam absoluatur ab eo, a quo fuerat absolui debebat, c a nobis 2. de sent. eac & c. fi. de sp. ex Nau. in Man. c. 26. nu 31. & si in articulo mortis a confessario absoluatur, & in loco sacro sepeliatur, non est exhumandus, cogi tamen possunt hæredes eius ad debita soluendum.

DECISIO IV.

Ex consil.4. alias 6.

4 MEretrix, quæ in paschate confessa est, & cōmunicauit, si nocte ab amico in domo amici occisa reperta, ut nullo pacto cōstare potest, quod mortua fuerit contrita, vel contritionis signa dederit, eo quod nocte occisa sit, & clanculum sit: ceterum tamen sit illam ab amico suo in gulam esse, in loco sacro sepelienda est: eo quod cum non constet de mente, qua amicus illam in domum suam duxerit, & verisimiliter credi possit illam duxisse ad meretricandum, si non occidisset eam; Quia tamen occidit, verisimilius credi potest deduxisse illam ad sumendā viod ctam de aliqua iniuria quam putabat iuste, vel iniuste sibi factam fuisse, & forte denegando ei ad se ingressum, ita vt probabiliter credi possit non fuisse mortuam in meretricando, sed alia de causa, cuius forte ill m pœnituit; præsertim cum credi probabiliter possit eam pœnituisse Iesum & alia contritionis signa dedisse, dum ferro appeteretur, quæ sufficiant ad exhibendam sepulturam in loco sacro, dum non constet de contrario. c. a nobis 2. de sent. ex om. Sed præterea confessores communiter præmonere solent decedentes, vt se Deo commendēt, & de peccatis suis doleant, vt eandem etiam contritam mortuam esse meretricem præsatam probabiliter credi possit.

DECISIO V.

Ex conf 5. alias 9.

5 COrpora, & reliquiæ sanctorū, quæ perpetuæ sepulturæ traduntur, nec de vna ecclesia ad alteram, nec de vno loco Ecclesiæ ad alium eiusdem Ecclesiæ locum c. corpora, de consecr. d. 1. l. Nec dum. C. de reli. & sump. funer. sine legitima auctoritate mutari, aut transferri possunt; Ideoque nec reliquiæ, & partes sanctorum quæ sunt legitimè altaribus ad illorum consecrationem inclusæ, sine licentia de illis ad alia mutari queunt, eo quod alia altaribus perpetuo sunt inclusæ; quæ vero sepulturæ perpetuæ non sunt traditæ, sed extra sepulturam in Sacrario, vel alijs locis manent, aliundè ad processiones, vel Missas, vel alias deuotiones sine licentia transferri possunt.

DECISIO VI.

Ex conf.6. alias 7.

6 CHristianus manè confessus, & a cōfessario absolutus, quique tota die & vespera lætus cognosc tur, si die sequenti mortuus in cubiculo, ostio clauso, & habens laqueum ca collo pendentem, ipse tamen nec pendet, nec r mnino iacet, sed quasi genuflexus; ijs non obstantibus in loco sacro sepeliendus est: eo quod Christianus omnis in loco sacro sepeliri debet, nisi seipsum occidisse constet; Glo. in c. ex parte a de sepu. & in dubio non est præsumendum de aliquo delictum c 2. de reg. iur. Couar. lib 2. var. resolu c. 1. nu. 11. præsertim tam grāde, & humanæ inclinationi repugnans, & maxime de nuper confesso, absoluto, & communicato. Vnde & mulier cadens de cymba in flumum in loco sacro sepeliri iubetur, etiamsi fugiendo cecidisset, qua non præsumitur voluntariè ad se occidendum de cecidisse. c. ex parte 2. de sepult.

DECISIO VII.

Ex conf.5. in Nouis, deest in antiquis.

7 QVi excommunicatus aut interdictus denunciatus est, si tamen in articulo mortis a parocho, vel alio quo Sacerdote simplici, absoluatur, sicut iure antiquo, c. fin. de sepult. ita etiam post Concilium Tridentinum sess. 14. c. 7. sine peccato in loco sacro sepeliri, & alijs ecclesiæ suffragijs iuuari potest.

Digitized by Google

TITVLVS XXI.

De Parochijs.

SVMMARIVM.

1 *Parochianus alterius parochiæ non fit, qui ad tempus ibi habitat.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. in vtrisque.

1 QVi ad tempus de oppido, vel loco aliquo ad villam alterius parochiæ, causa recreationis, vel agriculturæ seditionis, vel pestis, aut belli vel alia simili de causa, primo quoque tempore quo potuerit; reuersurus vadit, alterius loci parochianus non efficitur; c. is qui. de sepult. in 6. Habitatio tamen bona fide, & non fraude suscepta in aliquo loco vnde nõ potest commode reuerti ad sumenda sacramenta in loco parochiæ, vbi domicilium habeat, illius loci parochianum efficit; Glos. in clem. 1. de priuileg. secus tamen si fraudulenter in præiudiciũ proprii, vel alterius parochi habitationem ad tempus mutaret: cum fraus, & dolus nemini patrocinari debent. capit. Sedes Apostolicæ. de rescript.

TITVLVS XXII.

De Decimis.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ quoad quotam iuris humani sunt, quoad sustentationem, Diuini.*

2 *Decimis in soluendis seruanda est consuetudo.*

3 *Vicarium non potest contra solitum patronus onerare, vt de terris vicariæ soluat parochiæ primitias.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 2.

1 QVamuis iure cõmuni Decimas præsertim prædiales soluere oẽs teneantur, adeo vt laici liceat quoad quotam, & ab obligatione soluendi de illo vel illo prædio vsu capere, & præscribere possint; quoad debitam tamen & conuenientem parochorum sustentationem nulla ratione præscribere valent, cum hæc de iure naturali, & Diuino sit ea Nauar. in Man. c. 21. nu. 28. & 29. Quã tamen si persoluere recusant, parochus eos auctoritate propria a sacramentis repellere nequit; cum nemo in sua causa propria iudex esse debeat L. extat. ff. quod met. causa.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

2 IN soluendis decimis seruanda est consuetudo diu obtenta; S. Th. 2. 2. q. 87. art. 1. secundum gl. in c. cum contingat. de dec. Cou. lib. 1. var. resol. c. 17. De consuetudine autem & iure communi decima personalis soluẽda est ecclesiæ parochiali, in cuius parochia domicilium habet is, qui eam debet, propter sacramenta, & Diuina quæ ibi percipit, & audit: c. ad Apostolicæ. de decim. Domicilium autem ibi esse censetur, vbi quis animo habitat, etiamsi causa comitandi Regem vel fugiendi pestem, vel recreationis, belli, aut aliorum negotiorum causa in alio loco maneat aliqua parte anni, imò toto etiam annõ, sine animo ibi ponendi domiciliũ; c. 3. de sepul. in 6. Adeo vt decimæ personales debeantur ecclesiæ vbi est domicilium, & non illi, vbi propter aliquam causam prædictam accidentale manet: etiamsi Missam illic audiat & sacramenta percipiat quia nõ percipit ea obligatione, qua ecclesia vbi manet ei ministrare tenetur; sicut ecclesia domicilii, quæ etiam pro ipso absente tenetur conferre, & offerri sacrificia, & facere & facit alia Diuina pro parochianis suis præsentibus, & absentibus, ob quam ecclesiæ obligationem ipse etiam ei Decimas personales soluere tenetur, & non aliis ecclesiis, quæ nõ tenentur ei prędicta ministrare, aut pro illo facere. ex S. Th. vbi sup. Decimæ vero prædiales solui debent ecclesiæ, in cuius parochia situm est prædium, ratione cuius illa debentur. d. cap. Ad Apostolicæ.

DECISIO III.

Ex cons. 3. in Nouis deest in antiq.

3 CVm laicis nulla sit super rebus ecclesiæ disponendi facultas; c. Bene quidẽ. d. 96. & c. Ecclesia S. Mariæ. de const. nec super re spirituali conditio, modus, aut pactum apponi possit absque simonia, sed purè & liberè tradi debet; patronus Vicarium præsentans illum contra consuetudinem antiquam onerare non potest, vt de terris vicariæ annexis (quæ pro sustentatione vicarii sunt) parochiæ primitias soluat, nec ipse talem conditionem appositam acceptare valet.

TITVLVS XXIII.

De regularibus.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum promissorium firmius est voto.*

2 *Bullarum plumbatores conuersi Cistercienses dicti, verè religiosi non sunt.*

3 *Regularis translatus siue vt præsit, siue vt subsit, iterum profiteri debet.*

4 *Abbatissa perpetua benedici debet, non si triennalis.*

5 *Monialis occultè, vel publicè corrupta quanam benedictione velanda sit.*

6 *Christiani omnes, nisi speciatim prohibeantur, ad religionem apti sunt.*

7 *Descendens ex infidelibus professus quando eijci valet.*

8 *Professio ob defectum consensus inualida est, & qualis consensus necessarius.*

9 *Professio religionis non exemptæ in manibus episcopi fieri potest, secus si exempta sit.*

10 *Oblatus plenè est. qui se, & sua Monasterio donat in manibus Abbatis.*

11 *Professio coniugati, cuius vxor publice adulterata est, valet.*

12 *Professio ante nouitiatus annum finitum, in non mendicantibus, ante Concilium Trident. valebat.*

13 *Regularis, quando ad reformationem regulæ tenetur.*

14 *Religio minimorum aliis mendicantibus arctior, non tamen Carthusiana strictior.*

15 *Professi censendi, qui vltra annum habitum regularem de manu commendatarij susceptum gestant.*

16 *Professus regulam tertiam sancti Francisci, non est verus religiosus.*

17 *Coniugium, & religio, dispẽsatione Papæ compatibilia.*

18 *Spolia sunt, quæ solutis debitis beneficiarij, supersunt.*

19 *Beneficiarius tam regularis, quam secularis, licet dum viuit, superflua in pios vsus erogare possit, de fructibus tamen beneficij testari, nequit, nisi in Curia degens fuerit.*

20 *Tertiariæ, volentes profiteri, clausurã seruare tenentur.*

21 *Regulares ad duriorem vitam quam vouerunt, cogi nequeunt.*

22 *Professio religionis non approbatæ, & admissa ab eo, qui non poterat, non valet.*

23 *Tertiarij sancti Francisci simul viuentes, veri religiosi sunt.*

24 *Regularis sine prælati licentia, nihil habere, dare possidere, vel accipere potest, cum illa vero sic.*

25 *Monachus ad prælatum se habet, vt seruus ad dominum.*

26 *Milites S. Ioannis veri religiosi sunt, & sub decreto Cõcilij Trid. sess. 6. c. 3. comprehenduntur.*

27 *Annus probationis in fauorem nouitij, & religionis datur.*

28 Re-

28 *Religio sancti Stefani, vera, & approbata religio est, sub regula sancti Benedicti erecta.*

29 *Dolus profitentis dicentis se diuitem, cum nihil habeat, etsi professionem non annullet, facit tamen ne Monasterium eum alere teneatur.*

30 *Infirmitas, & paupertas, an iusta causa sit dispensandi, vt Monialis extra Monasterium maneat.*

31 *Professio laborantis morbo gallico, eo tacito, an valeat.*

32 *Filius religionem professus, quando ob paupertatem parentum exire tenetur.*

33 *Professio liberati a carcere perpetuo, modo fiat Monachus, valet.*

34 *Vouens religionem sine animo seruandi eius regulam ad eam tenetur.*

35 *Professionem, finito nouitiatu, prælati, & conuentus, ex causa differre possunt.*

36 *Habitum suscipere, aut nouitiatus annum implere ante decimum sextum ætatis annũ, Concil. Trid. nõ vetat.*

37 *Regularis subiectus episcopo, eius vicarius, & cubicularius de superioris licentia, habitu retento fieri potest.*

38 *Professio ante Nouitiatus annum, hodie ipso iure est nulla, etiam in Mendicantibus.*

39 *Probationis anno non possunt nouitij, aut Monasteria renunciare, & quare.*

40 *Probationis annus debet esse continuus, & nullo modo interruptus.*

41 *Professus nulliter ante ætatem, noua receptione capitulari non indiget.*

42 *Professiones tacitas Concilium Trident. non tollit.*

43 *Professus tacite non censetur, qui vt talis in Monasterio tractatur, & ad titulũ religionis ordinatur, nisi, &c.*

44 *Adultera de mariti sæuitia timens ad cum redire non tenetur.*

45 *Professus religionem in genere cõtrahens matrimonium peccat, sed valet matrimonium.*

46 *Professio tacita per habitus delationem non fit, nisi tria concurrant.*

47 *Nouitiatus, per exitum nouitij per tres etiam dies sine licentia, interrumpitur.*

48 *Papa solus, non autem prælatus regulari concedere valet, vt quid irreuocabiliter ad vsus suos teneat.*

49 *Monialium, translatio ad aliud monasterium, iusta de causa a superiori fieri potest.*

50 *Probationis ad annum tenetur, qui ad illam religionem transit.*

51 *Prælatus regularis ob delicta subditum habitu, & ordine priuare potest, & sic eiectus, episcopo originis subditus manet.*

52 *Ecclesiam regularem fundare melius cæteris paribus, quam secularem.*

53 *Regularis ob infirmitatem superuenientem a religione eijci non potest.*

54 *Necessitas parentum, etiam superueniens, iusta causa regulari, est manendi cum licentia ad subueniendum eis extra monasterium.*

55 *Religionem ad laxiorẽ transitum concedere potest Generalis ordinis cum causæ cognitione, ẽt post Cõc. Trid.*

56 *Prælatus regularis, an, & quando de Crimine nouitij cognoscere possit.*

57 *Monachus Casinensis ad Carthusianos sine licentia petita a suo superiore transiens reuocari potest.*

58 *Translatus ad alium religionem, reddere debet iuxta professionem sibi emissam.*

59 *Monachorum receptio ad conuentum, & prælatum immediatum pertinet.*

60 *Regularis iustè eiectus, nec redire, nec rogare superiores, vt eum recipiant, tenetur.*

61 *Prælatus regularis potest ex causa dare licentiam manendi extra monasterium habitu retento.*

62 *Canonici regulares separatas domus habere possunt, in quas mulieres honestis de causis licitè ingredi valent.*

63 *Causa iusta manendi extra monasterium, est eius vtilitas.*

64 *Transitus ad Carthusianos omnibus regularibus licet.*

65 *Minores Conuentuales a Pio V. de authorati, ad quid tenentur.*

66 *Regularis assumptus ab beneficium, illi, & non monasterio quærit.*

67 *Regularis de licentia Papæ inseruiens hospitali, qualiter de quæsitis disponere possit.*

68 *Translatum ad laxiorem cum causa cognitione non tãgit Bulla Pij IV. reuocans priuilegia recipiendi alienos religiosos.*

69 *Franciscanus contrahendo, nec sibi, nec monasterio, sed Sedi Apostolicæ quærit.*

70 *Statutum Carthusianum de reuelando appropriata intra tempus præfixum, validum & vtile.*

71 *Monachus Carthusianus appropriando, quando excommunicationem incurrit.*

72 *Carthusiani an & quando, remissione prælati a reuelandi appropriatis excusentur.*

73 *Absoluendi facultas priuilegio perpetuo dignitati competens, est delegabilis.*

74 *Carthusianus proprietarius per cruciatam absolutus, reuelare tenetur.*

75 *Regularis furans, vt quærat monasterio, peccat semel sibi autem appropriando, bis.*

76 *Abbas, vel prior in odiosis, appellatione monachi non venit.*

77 *Regularis literas dans, vel recipiens sine superioris licentia, non est proprietarius.*

78 *Regularis simplex, vt potest sine licentia superflua piè distribuere.*

79 *Legatum Monacho donec prælati, eo ad suos vsus vti ei permiserint, valent.*

80 *Confessionem iteret, qui reseruatum non fuit confessus, nisi obliuione, vel ignorantia excusetur.*

81 *Confessori eidem confitenda reseruata, & nõ reseruata.*

82 *Absolutus a vicario, censetur absolutus ab eo, cuius est vicarius.*

83 *Monasterium S. Trinitatis Romæ correctorem, officiales & monachos Gallos requirit.*

48 *Dispensatus ad omnes ordines piè creditur, cui superior ex Papæ commissione licentiam assumendi aliquem ordinem dedit.*

85 *Taciturnitas eius, quo expresso æquè gratia fieret, non nocet.*

86 *Eleemosinas quærere fratribus sancti Antonij post Concilium Trident licet.*

87 *Bona quæsita ab Apostata, cameræ Apostolicæ debentur.*

88 *Oblatæ Turris speculorum vrbis, vere monachæ non sunt, nec ad clausuram obligantur.*

89 *Regulares per prælatorum negligentiam, quando Episcopis subijciuntur.*

90 *Annus nouitiatus ab vltimo ingressu continuus requiritur.*

91 *Metu reuerentiali professio facta non valet.*

92 *Habitum propriæ religionis sine causa dimittens, excommunicatus est.*

93 Reli-

93 *Religionem ingressurus, quid considerare debet.*
94 *Congregatio Hospitaliorum Ioannis de Deo, non est vt religio habenda.*
95 *Professio tacitè emissa per canonicum regularem, quādo accepit canonicatum, ex eo quod beneficium renūciat, non euanescit.*
96 *Professionem tacitam an censeatur fecisse, qui per annos septem in ordine mansit, & sacros ordines suscepit.*
97 *Professio ante 16. annum expletum emissa, est nulla.*
98 *Religiosus non fit, qui tria vota in manibus nouitij emittit.*
99 *Professio legendo schedulam absque intentione profitēdi non est valida.*
100 *Licentia absolute a prælato concessa religioso transeūdi ad aliam religionem, est restringenda ad parem, vel strictiorem.*
101 *Licentia concessa monacho standi extra claustrum nō iustificatur ex eo quod superiori ita videatur, nisi subsit iusta causa.*
102 *Liberatio tutoris ab ingressuro religionem facta an valeat.*
103 *Professio contra religionis statutum eam irritans facta est nulla.*
104 *Bulla Pij V. contra translatos, qualiter intelligenda.*
105 *Monachi, licet non olim, hodie tamen vocem in capitulo habent.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. alias 4.

1 LIcet votum, & iuramentum, actus latriæ, & religionis sint, & ad sui obseruantiam obligent ex S. Th. 2. q. 88. art. 5. qu. 89. art. 4. & 7. q. 88. art. 3. obligatio tamen ex iuramento, quam ea voto nata, firmior, & indissolubilior est; ita vt rem aliquam licitam facere iurans, religionem iuste intrare non potest, donec quod iurauit, adimpleat, Arg. capit. commissum, de sponsal. dummodo illam post religionis ingressum adimplere nequeat.

DECISIO II.
Ex conf. 2. alias 9.

2 OFficium plumbatoris Bullarum in Curia, cuius officialis vulgo frater Plumbi dicitur, deferens habitum scapulare certi coloris qui a Papa in collatione eiusdem officij, cōuersus ordinis Cisterciensis nominatur, nullam tamen professionem emittēs nec sub vllius regula vel obedientia viuens, vere religiosus non est, nec a Cisterciēsibus, aut ab alijs superioribus religiosis molestari potest, super persona, aut bonis quæ in dies sibi acquirit sed ea tā quam propria sibi quærit, & etiam matrimonium contrahere, & officio suo cum reseruatione fructuum de consensu Papæ renunciare, & alia omnia quæ clericis, aut laicis licent iuxta statum suum facere potest; eo quod religiosus nemo esse potest, nisi post annum continuū probationis & etiam professionem; & votum emissum castitatis, paupertatis, & obedientiæ, vt colligitur ex Concil. Trid. sess. 25. c. 15. de reg. & c. 1. de reg. in 6. c. ea eo. §. 1. de electio. in 6. & c. vt lex continentiæ 27. q. 1. & c. fi. de statu monach.

DECISIO III.
Ex conf. 3. alias 60.

3 MOnachus, seu regularis vnam religionem approbatam legitime professus, ad aliam religionē approbatam legitime transiens, de nouo profiteri in secunda religione tenetur; siue transferatur vt fiat in illa prælatus, siue vt maneat ibi, vt subditus, & filius Monasterij. Nam si Monachus simplex sit, ea ratione de nouo profiteri tenetur, quia licet professio prior ad tria substantialia vota seruanda etiam in secunda religione extēdatur; nequaquam tamen ad alias obseruantias secundæ extenditur; nisi de nouo in ea professio fiat, cum tamē omnes religiosi eiusdem religionis eadem disciplina obligari debent. c. recolentes, de statu Monac. & c. in noua 16. q. 7. Translatus autem vt fiat prælatus maxime si secunda arctior sit priore, vel expresse eandem professionem emittere tenetur; vel eam tacite emittere censetur, quia præcepto & exemplo curare tenetur, vt obseruantiæ regulares Monasterij sui a suis subditis seruentur.

DECISIO IV
Ex conf. 4. alias 2. de statu Monach. quæst. 1.

4 ABbatissa perpetua electa, & confirmata, licet nisi intra annum benedicatur, si benedici solet, Abbatiam suam amittat. Cle. Attendentes, §. statuimus, de sta. monach. & semel benedicta, amplius re benedici nō debet; etiamsi in Abbatissam perpetuā alterius Monasterij eligatur, iuxta Glos. recep. in d. §. statuimus. Abbatissa tamen triennalis seu tēporaria de iure benedicenda non est, nisi Curia aliud seruet, aut Papa aliud expresse statuat; Ne si talea benedicerentur, multæ Moniales manerent simul in Monasterio in Abbatissas benedictæ quod indecens, & indecorum est; & etiam aliquæ sæpius benedicerentur, cum vna sæpe eligi posset in Abbatissam, quod iuri antiquo cōtrariatur, vt colligitur ex Glo. & DD. in d. clem. 1.

DECISIO V.

5 VIrgo corrupta etiam occulte, licet nullatenus consecratione virginum consecrari possit c. viduitas dist. 26. & c. deuotis, & c. iuuenculas, 20. q. 1. etiam ad scandalum euitandum, vt ait S. Thom. 4. d. 33. q. 1. c. 1. & d. 38. q. 1. art. 4. simulate tamen consecratione virginum cōsecrari, & quasi virgo benedici valet, vel mutetis verbis virginitatem sonantibus in verba significantia castitatem, ad eui tandem scandalum, & infamiam, ex S. Th. vbi supra art. 5. vel etiam rect[ius] pronunciando verba ipsius consecrationis, quæ virginem, & virginitatem sonant, accipiendo illa intra mentem pro verbis castitatem significantibus, vt sic simul mendacium, & scandalum euitetur, vt placet Nauar. in Man. c. 18. num. 61. & c. 25. nu. 42. vidua etiam etsi cōsecrari vt virgo nequeat, vouere tamen solemniter, & tacite ipso facto castitatem, & velum professionis suscipere, & portare potest, c. vidua, de regul.

DECISIO VI.
Ex conf. 5. aliàs 26.

6 CVm iure communi canonico Christiani omnes regulariter apti sint ad intrandam, & profitendā religionem a sede Apostolica approbatam si eis impedimentum Canonicum nō obsit, & dispositio ad hoc vt professio aliqua hoc vel illo modo facta valeat, aut nō valeat, aut vt quis ad religionem habilis sit ad summam Papæ potestatem pertinet, Arg. cap. cum ad monasterium, §. fi. de statu monach. adeo vt nullus inferior Papa contra ius commune canonicū aliquid statuere valeat, cap. quod super his, de maior. & obed. consequēter nec vlla Capitula, quantumuis generalia alicuius ordinis, & religionis statuere possunt, vt professio trium votorum substantialium a descendentibus ex Mahumetanorum, vel Iudæorum genere post susceptum ab eis baptismum facta non valeat; cum iure communi canonico capitul. Vndecunque distin. 56. & capitulo, recurrat, 32. quæ. 4. & capitul. eam te, de præscrip. tales intrare, & profiteri religionem approbatam nō prohibeantur; Et statuta inferiorum ab inferiori Papa facta, tanquā iuri cōmoni contraria non valent; ētsi statuta religionis in genere a Papa cōfirmata sint; quia ab eo tā-

Digitized by Google

quatenus sunt licita, & honesta, nec sacris canonibus, aut iuri communi contraria confirmata esse censetur.

DECISIO VII.

7 DEscendens ex infidelibus professus contra statutum a Capitulo generali factum ne recipiantur ad suum ordinem, qui fuerunt infideles, vel ex eis descendunt, quãuis eijci nequeat ob id solum, quod receptus & professus sit contra tale statutum, (quia cum tale statutum nullum sit, nullum potest effectum producere) eijci tamen potest dummodo non interuenerit consensus legitimus recipientium, quia se licet præstitutus fuit sub conditione, si non esset de tali genere: vnde cum desit in aliquo conditio, sub qua sit admissus, etiam & ipsa admissio, & professio consequenter nulla efficitur; eo quod dispositio conditionalis non existente conditione nihil operatur, c. si pro te. de rescrip. in 6. cap. præterea, de appel. vnde & Prælatus auctoritate propria professionem talem nullam esse declarare potest.

DECISIO VIII.

8 CVm professio sit cõtractus reciprocus vltro citroque obligatorius, quo profitens se obligat Monasterio, vel ordini ad seruiendum ei secundum regulam eius, & e contra Monasteriũ ad alendum, & tractandum eum secũdum eandem regulam, c. porrectum, de regul. ita necessarius est vtriusque partis, idest, tam Prælati, & Monasterij professionem recipientium, quam ipsius profitentis consensus, vt nemo nisi volens, & consentiens religiosus fieri possit: c. Integritas, 32. q. 1. Sed neque sufficit qualisqualis voluntas, & consensus, sed requiritur libera a metu, etiã reuerentiali, cap. 1. de his quæ vi, & ca. præsens, 20. q. 3. & annus totus nouitiatus completus, ex Concil. Trid. sess. 25 ca. 15. de regul. adeo vt professio ob defectum consensus inualida nec per habitus delationem, nec per admissionẽ ad actus solis professis conuenientes ratificari aut validari potest, ita Caiet. in 2. 2. q 189. art. 5. & Nauar. in Man. c. 12. num. 31. Et professionem aliqua de causa nullam solus Papa contra Cõcilium Tridentinum vbi supra. de cõsensu vtriusque partis ratam habere potest, ne opus sit alterum annum nouitiatus expectare.

DECISIO IX.
Ex conf. 6. alias 40.

9 PRofessio religionis non exemptæ, licet in manibus Episcopi habentis iurisdictionem, & superioritatem in religionem, quam profitetur profitens in manibus suis, fieri possit, Arg. c. si vir. 17 q. 2. & Inn. in c. porrectum, de reg. cũ iure communi, omnia subijciantur Episcopis; c. Abbates, & c. Abbatib. 18. q. 2. Religionis tamen exemptæ professio in manibus Episcopi facta non valet, eo quod episcopus nullatenus quenquã religioni a sua iurisdictione exẽptæ incorporare potest, cum sic extra territorium suũ ius diceret; c. 2. de constit. in 6. sed vt professio valida sit, necessarium omnino est vt ab eo recipiatur, qui profitentem religioni illi incorporare potest; c. ad Apostolicam, de reg. quandoquidem professionis receptio a superioritate vim suam habet ex Innoc. in d. c. porrectum, adeo vt satis non sit profiteri in manibus alicuius Monachi, vel fratris regulæ quam profitetur, nec quod ab eo professio recipiatur, nisi habeat potestatem eum recipiendi ab illo, qui profitentem huiusmodi religioni incorporare potest; vt sentit Pan. in c. insinuante, nu. 1. qui cler. vel vouen. Nõ est tamen necessum, vt professio intra Monasterium eiusdem regulæ fiat. c. porrectum, de regul.

DECISIO X.

Ex conf. 7. alias 49.

10 OFferens se, & bona sua Monasterio in manibus Abbatis nihilo sibi reseruato, etiam vouendo obedientiã paupertatem & castitatem, affirmans tamen se nolle regulam ordinis profiteri, nec se obligare ad cærimonias, & obseruantias eius, quamuis oblatus dici poterit; ca. vt priuilegia. de priuileg. religiosus tamen & Monachus non censetur non solum quia formæ profitendi repugnat, vt quis Monachus esse velit, & tamen regulam & cærimonias eius obseruare nolit, eo quod forma dat esse rei: c. in ciuitate. de vsur. & gl. ibi. sed etiam quia actus agentium vltra intentionem illorum non operantur; c. fin. de præben. sic autem vouens se non habere intentionem faciendi se Monachum, sed oblatum solum, quæ duo diuersa sunt, c. ex eo. §. 1. de electio. in 6. manifeste tenetur.

DECISIO XI.

Ex conf. 8. alias 7. de conuers. coniug.

11 PRofessio viri coniugati, cuius vxor publicè adulterata est, in religione approbata, tacito Matrimonio, cui alligatus erat, valida censeri debet, c. Agatosa. 27. q. 2. cum talis vxor nec possessorio, nec petitorio ad sic professi restitutionem agere possit, c. Significasti, de diuort. vnde talis perinde quoad hoc censendus est, ac si morte suæ vxoris esset ab ea solutus.

DECISIO XII.

Ex conf. 9. alias 43.

12 LIcet post Cõcilium Tridentinum sess. 25. c. 15. de reg. professio ante annum probationis finitum facta, nulla & inualida sit; ante confirmationem tamen eiusdem Concilij intra annum nouitiatus in ordinibus non mendicantibus facta valebat. c. ad Apostolicam, de reg.

DECISIO XIII.

13 REgulam ab immemoriali tempore laxatam profitẽs & in ea diu viuens, ad inductam postea reformationem, austeritatem, & duritiem, quæ via ferri potest, seruãdam non tenetur, etiam si austeritas & reformatio illa de natura regulæ sit; vt ait Pan. in cap. super eo, de reg. maxime si profitens adeo debilis sit corpore, vt eam sine periculo salutis pati non valeat ex Inno. & Pan. in d. c. super eo. Idem quoque de duritie noua inducta censendum est. si cũ professus sit, protestatus sit nolle se obligari ad alias austeritates, quæ, quando professus fuit, non seruabantur, prout asserit Pan. vbi supra. Sin vero durities de natura regulæ sit. & relaxatio noua fuerit, aut a tempore, cuius initij memoria est, ad illam seruandam cogi poterit, si cũ professus fuerit, professionem suam, & obligationem ad illum viuendi statum non limitauerit, qui tunc communiter seruabatur.

DECISIO XIV.
Ex conf. 10. alias 51.

14 REligio Minimorum, licet omnibus alijs mendicantibus arctior sit, quod vltra tria vota substantialia, voueant. etiam non vti alijs cibus, quam quadragesimalibus excepto statu ægritudinis. qua ratione Carthusiana strictior esse videtur. quæ oua & lacticinia, tam in statu sanitatis, quam ægritudinis, edere permittit; & regula Dominicanorum arctior est regula Canonicorum Regularium, ca. Quod Dei timorem, de statu Mona. quamuis vtrique eandem S. Augustini regulam voueant, eo quod Constitutionibus suis a Papa approbatis vitam suã notabiliter arctauerunt: Carthusiana tamen religio, quæ nullo casu etiam grauissimæ infirmitatis esum carnium permittit, & clausuram perpetuam, & æternum silentium obseruat, ceteris omnibus arctior & strictior est; cum grauius sit semper a carnibus, etiam ægritudinis mortiferæ statu abstinere quam cibis quadragesimalibus semper vti cum facultate vescendi carnibus in infirmitate. Præterquam quod statuta Minimorum, quæ tria vota substantialia,

non

non tangunt, contrauenientes eis ad peccatum mortale, vel veniale non obligant, sed solum ad subeundum pœnam temporalem a statuto impositam; cum tamen statuta Carthusianorum multa, & præsertim illud, quod a carnibus abstinere iubet, ad mortale obligat, in quo nullus superior dispensare poterit, adeo quod dispensatio etiam Papæ non admittitur.

DECISIO XV.
Ex cons. 11. alias 15.

15 CVm religione S. Basilij ab immemoriali tempore collabente in ea regulari obseruantia, post commendata Monasteria professio consueta, & expresse initio emitti solita desierit; habitum tamẽ religionis illius de manu Commendatarij, vel Prioris suscipiens, & susceptum vltra annum gestans, eandem religionem tacite profiteri censetur, & vere illius ordinis religiosus iudicari debet, quia sicut Papa statuere potest vt in religione nõ fiat professio expressa, sed solum tacita, per solam delationẽ habitus certo tempore continuatam; Arg. c. propósuit de cõcess. præb. ita vt tacita hæc tanti valoris sit quanti professio expressa; & quicquid induci potest lege humana, vel priuilegio, potest etiam consuetudine immemoriali induci; c. super quibusdam §. præterea, de verb. significa. ita cõsequenter sciens, vel scire debens regulam S. Basilij esse approbatã, & sub ea victuros teneri ad tria vota substantialia solenniter profitendum, iuxta formam regulæ illius, & sciens vel scire debens iura omnia nota, quod per delationem habitus legitimam tempore vnius anni sine protestatione voluntatis contrariæ, ipso iure professionem tacitam emisisse censetur; maxime cum Commendatarij prælati quoad omnia iura pertinentia ad administrationẽ proprietarijs æquiparentur; ex Pan. in cap. querelam. de elect. & Dec. in c. ednceri. sub fi. de rescrip. adeo vt susceptio habitus de manu eorum facta sit suscipiẽtem religioni illi incorporare.

DECISIO XVI.
Ex cons. 12. alias 35.

16 REgulam tertiam ordinis S. Francisci professus, quãuis eam seruare tenetur, eo quod se ad illam voto licito obligauit, & vota licita seruanda sunt, c. p. Magnę, de voto, verè tamen religiosus non est; cap. cum ad Monasterium. de stat. regu. quia licet tria vota emittit non tamen emittit in religione approbata pro religione, sed solũ approbata pro bono modo viuendi; ex Gloss. in clement. ex eo. de senten. excom. cum tamen de essentia religionis sit, vt huiusmodi vota in religione approbata pro religione emittantur, & fiant. cap. 1. de regul. in 6. & clemen. secũda, titu. eod.

DECISIO XVII.
Ex cons. 13. alias 21.

17 LIcet voti obligatio iuris naturæ, & diuini sit, solẽnitas tamen iuris humani Pontificij est; cap. Magna, & c. literaturam, de voto. quo solo statutum est vt, solemniter vouens tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ in Religione approbata & in manibus eius emittat, qui vouentem religioni incorporare valet; quæ tria sicut Papa ad votum solemne necessaria esse statuit, & sufficientia ad aliquem verum religiosum faciendum. & ad alios certos effectus; ita etiã statuere potest, vt aliquid amplius requiratur, vel aliquid minus sufficiat; vnde sicut vt religiosi omnes votum paupertatis emitterent, non tamen vt omnes pari modo ad illam seruãdam obligentur eo quod Franciscani de obseruantia, & Capucini tam in communi, quam in particulari seruare tenentur; religiosi vero nõ mendicantes tantum in particulari, & non in communi; quin etiam mendicantes ante Concilium Tridentinum, sess. 25. capitulo 2. de regul. in communi habere non poterant, nisi cum certa limitatione, post illud vero etiam stabilia habere possunt. Ita etiam, statuit vt omnes castitatem emitterent, non tamẽ eodem modo, cum aliqui omnimodam castitatem, alij vero castitatem tantum coniugalem, vt milites ordinis Christi, & S. Iacobi seruare tenentur; omnes tamen vere religiosi sunt, & canonis & fori priuilegio gaudent. ita Caiet. 2. 2. q. 88. art. 11. & Nau. in Man. cap. 12. num. 75.

DECISIO XVIII.
Ex cons. 14. alias 7. de solution.

18 REgularis, aut alius beneficiarius factus episcopus, domum & alia necessaria ad vitam suam emens, & se obligans ad debita taliter contracta soluenda, si non soluto debito moriatur, camera, aut alius in bonis & reditibus episcopi, aut beneficiarij præfati succedens, debita sic contracta de reditibus beneficiorum, aut episcopatus soluere tenetur, si beneficiarius alia bona patrimonialia, vel quasi matrimonialia, vnde soluat, non habet, c. peruenit. de fideiuss. Quia cum actiones omnes & obligationes cõuenientes alicui in hæredem eius transeant & contra hæredes debitores, l. 1. & 2. de hæred. actio. & illa sola bona dicuntur esse a moriente relicta, quæ deducto ære alieno supersunt, l. subsignatum, § bona, ff. de verbor. significa. consequenter Camera Apostolica, aut alius tanquã hæres in bonis, & reditibus beneficiarijs succedens in illis solis hæres censetur, quæ deducto ære alieno supersunt, & de reditibus beneficij debita beneficiarij soluere tenetur. Sicut enim debitum ecclesiæ, vel beneficij nomine contractum, bona mobilia pretiosa, & immobilia pertinentia ad ecclesiam, vel beneficium efficiunt, adeo vt succedens in ecclesia, vel beneficio dicta debita ecclesiæ, vel beneficij nomine contracta soluenda teneatur, ita etiam debitum prælati, rectoris, & beneficiarij nomine suæ personæ contractum, reditus, & fructus beneficij cuius ipse dum viueret dispensationem habuit, & quos alienare, & locare ad modicum tempus vitæ suæ pro suo arbitrio sine alia iusta causa, & solemnitate iuris potuit. cap. vestra de locat. & c. fi. Ne præl. vic. suas, cle. 1. de reb. eccles. non alien. ita efficit, vt in reditibus beneficij succedens, debita etiam beneficiarij nomine contracta soluere obligetur, obligata enim ad quemcunque transeant, cum onere suo transeũt. c. ex literis, de pign. oblig.

DECISIO XIX.
Ex cons. 15. alias 6. de donat.

19 QVamuis monachus, clericus Episcopus, aut alius beneficiarius, de fructibus beneficiorũ, vel episcopatus, de iure communi testari non possunt, c. 2. de testam. Auth. ingressi C. de sacros. eccl. cap. 12. q. 5. & c. 1. & cap. relatum, de testam. & Auth. licentiam, C. de epi sc. & cler. de fructibus tamen suorum beneficiorum in vsus suos honestos, & superflua in vsus pauperum, & alios pios vsus, dum viuũt per dispositionem inter viuos, etiam iure antiquo, & cõmuni, donatione irreuocabili disponere possunt, cap. fin. 16. q. 1. & cap. conuenit, 23. qu. 8. & Card. in Clem. 2. §. sed & tales, de vita & honest. cler. nec vlla ratione sic inter viuos irreuocabiliter donata, & disposita, nomine spoliorum ad cameram spectant, cum illa sola spolia clericorum sint, & censeri debent, quæ post ipsorũ beneficiariorum mortem, nondum pie impensa reperiuntur. Immo priuilegijs diuersorum Pontificum, videlicet Sixti IV. incip. Et si vniuersis. constitut. 4. edita 1474. Leo X. incip. inter curas, constit. 13 edit. 1516. & Pij IV. incip. Rom. Pontifice constit. 31. edit. 1560. constitutum est, vt nulla sint spolia clericorum secularium, & regularium beneficia, vel dignitates habentium degentium, & morientium in vrbe, vel intra decem miliaria, siue testati, siue intestati moriantur.

DECISIO XX.
Ex cons. 16. alias de statu regular.

TErtiariæ profiteri volentes, clausuram seruare tenentur, & vt aliæ religiosæ multiplicari possunt; voue-

F a reau.

re autem nolentes, sine clausura viuere possunt; Ab ordinarijs tamen si scandalose viuant, puniri debet, nec vlterius multiplicari, aut recipi queunt, ita decernente Bulla Pij V. circa pastoralis. edita 1566. const 8.

DECISIO XXI.

Ex conf.17.alias 16.

21 Cum nemo ad castitatem vouendam, aut ad crescendum in perfectione cogi possit, c.integritas 32.q.1. c.gestos.d.74. & gl.ibi in verb.crescere. nec prælatus vllus inferior, aut superior, quamuis Papa sit, vllum religiosum ad duriorem vitam, quam vouerat, aut ad transeundum ad aliam regulam strictiorem, vel laxiorem cogere potest; vnde neque fratres Minores Conuentuales (quorum regulam Pius V. in Hispania extinxit) ad profitendã regulam Fratrum Minorum obseruantię, compelli poterunt, quandoquidem horum regula longe durior, & diuersa sit, quam Conuentualiũ regula: Quia hi sancti Francisci regulam Priuilegijs Apostolicis temperatam: illi vero eam nullo tali temperamento laxatam, profitentur.

DECISIO XXII.

Ex conf.18. alias 19.

22 Professio religionis non approbatæ, aut ab eo admissa, & accepta qui profitentem, alicui regulę approbatæ obligare non potest, nulla, & inualida censenda est, sic tamen professus tria vota castitatis, paupertatis, & obedientiæ, tanquam vota simplicia, & non solemnia vbicunque fuerit, seruare tenetur.

DECISIO XXIII.

Ex conf.19.alias 54.

23 Tertiarij S. Francisci licet extra congregationem viuentes religiosi non sint, ex Gl.in clem.2.cum ex eo, de sent.excomm. intra eam tamen viuentes vere religiosi sunt, & tria vota essentialia vouent, nec ad aliam religionem etiam mendicantium, aut sancti benedicti nisi petita licentia, transire possunt, petita vero licentia, & non obtenta, transire valent Arg.cap.licet, de Regula. Iusta vero causa transeundi ad aliam religionem etiam æqualem, vel laxiorem est, quod regula illa Tertiariorum non sit perpetua, sed finienda, & consumenda, eo quod per nouẽ recipiendos restaurari nequeat, Arg cap. §.adhuc, de relig dom.in 6.

DECISIO XXIV.

Ex consil.20.alias 14.de statu monach.

24 Regularis quamuis sine prælati licentia nihil habere, possidere, dare, vel accipere possit, c.non dicatis, 12. quæst 1. neque de licentia tanquam rem propriam, cuius dominum, & possessionem suo nomine habeat, cap.fin.de statu monach. de illius tamen licentia bona mobilia, vel immobilia monasterij tanquam peculium sibi vsibus, & necessitatibus deputatum, ad vtilitatem monasterij cuius bona sunt, ex iusta causa, non obstante Concilij Tridentini decreto, in sess.25 c.2. de reg quod nihil noui iuris inducit, sed tantum ius antiquum declarat, & de concessione sine iusta causa loquitur, habere potest. d.c.non dicatis, & c 2.& fin.de statu monach.

DECISIO XXV.

25 Cum monachus ad suum prælatum ita se habeat, vt seruus ad Dominum suum, ex Innoc.in c.cum olim de priuil.Pan.in c.edocere, de rescr.& in c.cum ad monasterium, de stat.monach. & consil.80.vol 2.ita vt illi resistere non possit, cum neq; velle, neque nolle habeat, sed totus dependeat a superioris arbitrio, & voluntate, c.non dicatis.12.q.1. c.si religiosus de ele.6.& c.2.de testam.in 6. & cap. Nolo 12.q.1. potest prælatus, regularis pro voluntate sua, sine vlla causa iusta beneficium regulare, & alias quascunque concessiones monacho suo factas reuocare. cap. porrectum cap ad audientiam, de confir. vtil. & d.c. cum ad monasterium. §.tales & cle.1.§ pen.de sup.p:al. adeo vt inferior, etiam de spolio, contra prælatum spoliantem, modo id bono animo faceret agere non possit.

DECISIO XXVI.

Ex conf.21.alias 12.

26 Cum milites sancti Ioãnis Hierosolymitani tria vota substantialia castitatis paupertatis, & obediẽtiæ in manibus superioris sub regula a sede Apostolica approbata emittant, vere & proprie religiosi, & regulares censeri debent, & proinde sub Concilij Tridentini, sess.6.c. 3. de reform. dispositione, statuentis neminem cler.cum secularem, vel regularem degentem extra monasterium, etiam sui ordinis priuilegij prætextu, tutum censeri, quo minus, si deliquerit, ab ordinario loci, tãquam sedis Apostolicæ delegato, puniri & corrigi valeat, comprehenduntur, etiamsi priuilegia aliqua in contrarium habeant, quibus per clausulam generalem Concilij per viam legis positam derogari censetur. Arg.cle.dudum. §.fin.de sep.& Fel.10 cap.accedentes, num.4. de priuileg.

DECISIO XXVII.

Ex conf.22. alias 25.

27 Licet annus probationis in vtriusq; partis, id est, Nouitij, & religionis fauorem statutus sit, & vtraq; pars illi fauori, vt cuilibet alij iuri suum fauorem concernenti, renunciare potest: cap.quod ob grauiam, de reg. iur.in 6. & l.quod fauore. C.de legib. adeo vt consuetudo generalis ante Concilium Trid. habebat, vt professio ante finem anni probationis facta de consensu partium valeret extra religionem quatuor mendicantium non solum, & c.const.de reg.in 6.eo quod ante illud, probationis annus principalius in fauorem priuatum, quã publicum introductus videbatur; professio tamen contra legem prohibentem ne ante certam ætatem fiat, emissa, vt ante decimum sextum annum per Concilium Tridentinum, sess 25. c.15. de regul aut ante decimum octauum annum in Monasterijs, in quibus prohibetur illa fieri ante illum, & etiã ante Tridentinum in ordine mendicantium ante finem anni nouitiatus facta, non valet, ex Host, & Pan in c.quia infulis, de regul. eo quod lex profiteri ante illam ætatem vetans, vtilitatem publicam, potius quam priuatam partem respicere videtur, cui partes stare tenentur, adeo vt actus contra legem sic prohibentem illum fieri factus nõ valet. l.non dubium. C.de legib.

DECISIO XXVIII.

Ex conf.33.alias 10.

28 Cum religio seu militia sancti Stephani post Conc I. Trident. sub regula S.Benedicti erecta & a Pio IV. confirmata sit, consequenter professi eiusdem ordinis vere religiosi censenda sunt, & castitatem coniugalẽ, & paupertatem, quamuis non omnimodam, illam tamen, quam regula eorum requirit, (ita scilicet vt liberam testãdi facultatem non habeant, sed limitatam, relinquendo quintam partem ordini) & obedientiam vouent: vnde & beneficia tantum regularibus professis prouideri solita, obtinere possunt, vt asserit Concil Trid sess.14.c.10. de reform & sess.25.c.21. de reg. Et quamuis iure communi, castitas coniugalis, & talis paupertas ad solemne religionis votum constituendum sufficere non uidentur, c.cum ad monasterium, de statu monac & S.Th.2.2.q.156.art. 4 6.& 7. Quia tamen voti solemnitas iuris humani est; ex priuilegio & dispensatione Papæ, minui, uel augeri rationabili causa subsistente poterit, ita ut neuẽ & propriẽ religio, cum castitate coniugali, & restandi facultate consistat, ut sentit. Innoc.& gl in d.c.ad monasterium. Caiet. 2.2 q.88.art.11. & Nau, in Man.cap.12.num.85.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XXIX.
Ex conf. 24. alias 50.

29 SIcut dolus recipientium, quamuis validitati professionis non obstat, efficit tamen ne monasterium bona ingressi habere debeat; c. cōstituit. 20. q. 3. ita dolus profitentis, dicentis se diuitem, cum nihil habeat, etsi professionē ipsam non annullet, cum sit error fortunæ, facit tamen ne monasterium eum alere teneatur. Haud secus ac matrimonium contractum per errorem fortunæ vel qualitatis personæ valet si non erratur in persona c. 1. §. sicut ergo, 28. q. 1. & Nau. in Man. c. 22. nu. 12. Maritus tamen, cui dos promissa est, vxorem accipere, & alere, donec illa ei soluatur, non tenetur ex Panor. in c. per vestras nu. 4. de donat. inter virum & vxorem.

DECISIO XXX.

30 QVamuis infirmitas, attento solo iure naturali, & diuino, immo & humano, cap. 1. de statu monac. in 6. & eius etiam innouatione per Cōcilium Trid. sess. 25. ca. 7. de regul. facta, iusta videtur causa, vt monialis extra monasterium de licentia superioris maneat, attentis tamen posterioribus summorum Pontificum decretis & constitutionibus, videlicet Pij V. in vna Bulla, quæ incipit circa & in alia, quæ incipit, decori. edit. 1569. constit. 100. & Greg. 13. in Bulla, quæ incipit, Deo sacris, edita. 1572. constitu. 13. iusta tantum causa petendi, & obtinendi dispensationem infirmitas, adiuncta monasterij paupertate esse censetur.

DECISIO XXXI.
Ex conf. 25. alias 48.

31 PRofessio a laborante morbo Gallico, vel alio contagioso, illo tacito facta, non valet, si religio, quam professus sit statutum Papæ, vel suum a Papa confirmatum habeat, quod professionem negato morbo factam annihilet, & eijci potest, sine alia Papæ licentia. Secus autem si religio nullum tale statutum habeat: Tunc enim professio iure communi attento, ægritudine etiam mortifera non annihilatur; potest tamen talis iuste a prælato puniri, & impositā pœnam ob commissum peccatū subire tenetur.

DECISIO XXXII.
Ex conf. 26. alias 3.

32 SIcut professio religionis ab excommunicato, vel ad ratiocinia obligato, facta valet, ca. cum illorum, de sēt. excommu. & cap. 2. de oblig. ad ratiocin. licet vterque peccet: ita etiam parentib. tanta paupertate laborantibus, vt filius sine peccato religionem profiteri nequeat, professio ab eo facta valida est, filius tamen sic professus ad subueniendum parentibus, non alio modo se sustentare valentibus exire tenetur, si viri prudentis arbitrio, vtroque tēpore scilicet ingressus, & egressus potuit fieri, & possit eorū paupertati subuenire, qua cessante, ad monasterium redire obligatur.

DECISIO XXXIII.
Ex conf. 27. deest in Nouis.

33 CVm metus iuste illatus, nec actionē pariat, nec actū annihilet, vel rescindat, l. si mulier. ff. de eo, quod metus causa, sicut Princeps indulgens pœnam mortis iuste damnato, ea lege, vt ducat in vxorem aliquam pauperem, quam si ducat, valet Matrimonium: Ita etiam professio damnati ad carcerem perpetuum, qui liberatur a Papa, ea conditione, modo religiosus fiat, satis libera, & valida cēseri debet: cum promissio facta metu iuste illato non rescinditur, nec metus iustè illatus, libertatem actus tollit.

DECISIO XXXIV.
Ex conf. 58. alias 46.

34 VOuens religionem sine intentione seruandi regulam eius, modo animum profitendi habeat, ad eam seruandam obligatur: ita Nau. in Man. c. 12. nu. 50. Secus tamen si nec animum profitendi, nec vllatenus obligandi se religioni habuit, sed solum simulandi; Cum professio & votum in foro conscientiæ sine consensu, & animo obligandi se constare non possint: Arg. cap. tua, de sponsal. & c. cum dilectus, de his quæ vi; in foro tamen exteriori animum profitendi habuisse iudicabitur.

DECISIO XXXV.
Ex conf. 29. alias 30.

35 CVm a iure antiquo recedēdum non sit, nisi quatenus per nouū expresse receditur; l. præcipimus, C. de appel. & annus nouitiatus, admissio, & reiectio in fauorem recipientium, & recepti statuta sint & proinde nec contra vtriusque consensum retorquenda; arg. cap. quod ob gratiam, de regul. iur. Prælatus, & Conuentus, vel Capitulū, dilationem ad profitendum nouitio post annum nouitiatus probato a se pro idoneo, non obstāte Conc. Trid. sess. 25. c. 16. de reg. iusta de causa concedere potest; quia id in vsu ante Concilium fuit, nec per illud contrarium exprimitur, sed solum additur, vt finito nouitiatus anno nouitios pro idoneis habitos admittant, aut reijciant, & consequenter cum cogere ad profitendum, aliud sit, quam admittere ad professionem, vel reijcere, & a diuersis non fit illatio l. Papin. ff. de minorib. & ca. ad audientiam, de decim. admissus iusta de causa professionem suam differre potest.

DECISIO XXXVI.
Ex conf. 30. alias 20.

36 QVamuis ante decem & sex annos completos professio valide fieri non possit, ex Conc. Trid. sess. 25. ca. 15. de regul. & aliter facta nulla censeatur, quia tamen habitum suscipere, aut nouitiatus annum ante decimum sextum annum implere Concilium non vetat, annus probationis incipi imo & perfici ante decimumsextum annum completum potest, & virtute illius probationis expleto decimosexto professio iuxta ius antiquum, Cle. eos, de regul. quod nullatenus quoad hoc correctum est, licite fieri potest: Non tamen verè professus censetur, qui antequam expresse profitetur, expelli potest; ratio enim dictat, vt tanta libertate vt possit nouitius ad exeundum quanta conuentus ad eijciendum; Cum statutum in vno correlatiuorum locum habere censetur in altero, dummodo eadē ratio idem dictet in eo. l. 1. C. de confes. lib. 12. & Felin. in proœmio Greg.

DECISIO XXXVII.
Ex conf. 31. alias 24.

37 REgularis Episcopo subiectus, & etiam exemptus, de licentia Superioris sui, Vicarius, & Cubicularius, Episcopi esse potest; c. cum pastoralis, 2. q. 7. Innoc. in c. cū I. & A. & Fel. ibi, de re iudic. dummodo habitum retineat: Solius autem Papæ est facultatem facere extra Monasteriū manendi sine habitu c. a Ne clerici vel mon. in 6. & c. clerici. de vit. & hon. cleric. qui tamen tam difficile ferè dispensat, vt Monachus habitum subtus vestem deferet, quam illum omnino dimittat. ita Gloss. in clem. 2. de vit. & honest. cler. Pan. in c. Deus, qui tit. eo.

DECISIO XXXVIII.
Ex conf. 32. alias 31.

38 LIcet iure antiquo c. ad Apostolica, de reg. attēto, professio ante annū probationis facta valebat, exceptis ordinibus Mēdicantiū, c. Non solum, e. cōstitutionem de regu. in 6. & etiam in illis si haberent ad id iustum priuilegium; Hodie tamen ipso iure est nulla, sicut etiam nulla censetur, si ab aliquo, qui ignorabat Concilij Tridentini decretum, sess. 25. c. 15. de regul. aut in Monasterio, quod habebat priuilegia admittendi ad professionem volentes ante annum profiteri anno 1564. die prima Aprilis, ante annum probationis expletum, emissa fuisset, nō obstante constitutione Pij Quarti super declaratione temporis ad Concilij Tridentini decreta obseruanda sub datum

15. Calen. Augusti 1564. statuentis, ne Constitutiones a Concilio factæ ante Kalendas Maij Anni 1564. obligare censerentur. Quia cum lex Concilij Tridentini, quæ approbationis factæ intra annum probationis factæ, condita, & promulgata fit Anno 1563. quarto Decebris, & lex omnis maxime Conciliaris iuste cōdita, & promulgata ligat post duos menses a tempore promulgationis illius d. 4. c. in istis, §. leges, si longius tempus ad ligandū ei non præfigatur; Aut, vt factæ nouæ const. coll. 1. 5. &c. quod dicts, dist. 16 & cap. 1. de postul. prael. consequenter etiam professionem ante annum probationis finitum cm st. m Calen Aprilis anni sequē. 1564 annullat; præter tim cum præd. dum Concilium Tri. sess. 25. c. 22. de regul. expresse declarauit, velle se, vt statim leges factæ in sessione ad Regulares pertinentes, executioni mandarentur, quo ipso inde fuit ac dicere, ex nūc, siue ex hoc tempore ligent, & executioni mandent illam Episcopi, & alij Ord. nam Prælati: Et cum lex hoc mandat, ligit etiam ignorantes, quo ad actus nullitatem, licet non quoad alias pœnas, vt ait Gloss. in Clem. 2. de hæret. in verbo, ex nūc, de quibus declaratio Papæ, vt ex tenore illius colligitur intelligenda est excusans solum a pœnis extrinsecis quas stricto iure multi alioquin contrahentes incurrissent: Professioni vero ante illud tempus factæ nihil prodest, aut nocet, vt propterea de ea iudicandum sit, ac si nulla talis declaratio facta iudicanda fuisset nulla; si declaratio Papæ non accessisset, irrita & ea accedente nulla, & inualida censeri debet, quia professio facta pure eo momento, quo sit valet, aut non valet, nec in suspenso esse potest, (sicut nec Baptismus, ordo, vel Matrimonium) & si non valuit, nec per illam declarationem validari potuit.

DECISIO XXXIX.

Ex conf. 33. alias 62.

39 Quamuis olim annus probationis in fauorem vtriusque partis, tam Monasterij, quam illud intrantis inductus sit c. ad Apostolicam, de regul. ita vt illi fauori ac vtriusque partis consensu renunciari posset cum iuri in fauorem suum introducto quo libet renunciare poterit; l. si quis in C. de pactis, & c. gratum, de off. del. Adeo vt in non Mendicantibus professio nahde intra annum probationis fieri potuisset, d. c. a d Apostolicam modo tamen probationis anno, nec Monasterium, nec Nouitij renunciare possunt ex const tut one Conc. Trid. sess. 25. c. 15. de regul. eo quod annus ille non amplius ius priuatum, sed publicam religionis vtilitatem respicit, iuri autem publico renunciare nemo potest; c. si diligenti de for. comp. & leg. ius publicum, ff. de pact. unde nec Regularis in una religione professus, & ad aliam transiens, anno probationis concesso renunciare valet; & professio aliter facta intra annū in secunda religione, et am de vtriusque partis consensu nulla omnino censetur: eo quod professio ante decimum sextum completum facta, & facta ante finem anni probationis, Concil. Tr. ubi supr. parificantur; ideoque sicut professio ante decimum sextum annum de consensu Nouitij facta non ualet, ita & ante finem anni probationis de consensu eiusdem facta, nulla erit: quando quidem de parificatis idem iud cum d. breu. cap. licet ex quadam, de testib. & l. fin ff mand.

DECISIO XL.

Ex conf. 37. [*alias*] *17.*

40 Professio ante decimum sextum ætatis annum completum, ut ante finem anni nouitiatus facta nulla cēsetur, ex Conc. Trid. sess. 25. cap. 15 de regul. neque per gestationem habitus indistincti ab habitu professorū, etiam intra Monasterium post annum decimum sextum completum, & etiam per alium annum integrum, putans se esse professum, eo quod putaret prædictam professionē a se factam, validam fuisse, eam validari censetur, nisi sciens & prudens illam fuisse nullam, de nulla validam facere voluisset, ita vt ab eo tempore professus esse inciperet. vt sit Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 5. & Nau. in Man. c. 12. nu. 71. vnde nec ingressus Monasterium, & post decem mēses sine licentia illud egressus, & postea Monasteriū aliud eiusdem religionis adiens, in quo receptus de cōsensu fratrum post duos menses emisit professionem, & multos annos ibi perseuerans valide professus est, quod illam ante vnum annum completum emisit ex Conc. Tri. vbi supr. Nec sufficit quod decem menses in vno Monasterio & alios duos in aliis manserit, vt annus probatio complete censeatur, quia annus debet esse continuus, ca. 1. de regu. in 6. Nec professio nulliter facta sine licentia nullitatis, sola perseuerantia ratificatur, ita Cai. vbi sup. & cōsequenter fic professus vere religiosus non est, & libere sine vlla dispensatione ad aliam religionem transire pōt.

DECISIO XLI.

Ex conf. 44. [*alias*] *24.*

41 Professio in ordine Minorum ante decimum septimū annum completum ipso iure, & vi statutorum illius ordinis nulla est, & nullum producit eff. Arg. C. ōc. Trid. sess. 25 c. 15. de regul, & sic professus ad aliam religionem ardtiore, vel saltem transire, vel vagorem ducere poterit, si nihil aliud obstet ac si professionem illā non fecisset: cum non praestet impedimentum, quod de iure non fuit, ut eff. & in c. Non præstet. de reg. iur. in 6. Et licet sic ante decimū septimum completum professus, nouam professionem post illum expletum facere teneretur ad hoc, vt vere professus & religiosus sit, vel publicè de nouo profitendo, vel quod ad vis esse videtur eam ratificādo, noua tamen receptione Capitulari nō indigeret sufficit, quod Monasterium in illo confessio permanserit quo eius professioni consensit, & eam recepit; & professio valida esse incipit a solo tempore ratificationis, & non antea.

DECISIO XLII.

42 Concilium Tridentinū sess. 25. c. 15. de regul. professiones tacitas non tollit. & ideo post illud perinde sunt habendi pro tacite professis illi, qui per annum totū nullatenus interruptum habitum in distinctum ab habitu professorum, ac ante illud, tulerunt; & consequenter cui habitum in anno decimo sexto, vel prius acceperint si illū toto vno anno gestant, donec annum decimum septimū ingrediantur, tacitè professi cēsendi sunt. Arg. c. 1. §. 2. de regul. in 6. & cl. eos tit. eo. Quamuis quoad hāc tacitam professionem inter eos qui ante illū professionem ante decimum sextum annum completum, & alios qui eam non emittunt, differentia est, quod hi procul dubio professi censendi sunt, si per vnum annum totum gesserint habitū, donec ingredi antur decimum septimum annum, ossi recelament, aut protestentur nulliteous else si annum professionedi, donec expresse profiteantur; Alij vero, qui professionem ante decimum sextum impletum expresse fac unt, non censebuntur tacite professi, si ideo manserit in Monasterio post inceptum decimum sept. mum annum, quia putant professionem suam valere, in quo non manerent, si eam nō valere putarent quia ad ratificationem professionis inualidæ factæ non sufficit in Monasterio manere, si ideo manet, quia putat valere professionem factam, & per illam obligari ad manendum, sed requiritur, quod sciat illam non valuisse nec obligari ad manēdum & tamen non obstante hac scientia vult eam pro bona, & rata habere, & ad eam sciendam obligatum, vt sentit Caiet. 2. 2. q. 189. ar. 5. & Nau. in Man. cap. 12. nu. 71. Quia errans, & ignorans consentire non censetur, l. si per errorem, ff. de iurisd. om. iud.

DECISIO XLIII.

Ex conf. 43. [*alias*] *29.*

43 Habitum religionis ante decimum quartū ætatis annum suscipiens, & per aliquot annos virā in diuersis Monasterijs transigens, & tandem lgit ma iam ætate ad pro-

ad profitendum, ad aliud Monasterium eiusdem ordinis veniens, vbi a superiori recipitur, & nulla facta expressa professione ab eodem ad ordines suscipiendos mittitur, & quasi professus ab omnibus tractatur, & ad actus professorum proprios admittitur, non censetur propterea tacitè professus ex Panor. in c. vidua, de reg. eo quod nunquam compleuit annum probationis qui debet esse continuus, & cum intentione probationis faciendæ, ita Conc. Trid. sess. 25. c. 15 de Regul. nec per ordinationem ad titulum Religionis, aut per habitus gestationem multorum annorum tacitam professionem fecisse dicetur, nisi sciès se professum non esse postea gestatione habitus professionem tacitè faceret, & se obligare intendat.

DECISIO XLIV.

Ex consil. 38. alias 4. de diuortijs.

44 QVamuis vxor lapsus adulterata, & damnata adulterij per iudicem secularem, & in pœnam eius, intra Monasterium inclusa redire debeat ad maritum eam recipere volentem intra biennium; Auth. sed hodie. C. ad leg. Iul. de adult. separata tamen a viro per sententiam iudicis ecclesiastici, nec vxor ad maritum, nec è contrario maritus ad vxorem, redire tenetur: ea Gl. in c. Agathosa, 27 q. 2 & c. literas, § fi. de restit. spol. maxime si vel ipsa mariti sæuitiam, aut maritus vxoris insidias metuat.

DECISIO XLV.

Ex cons. 36. alias 18.

45 PRofessio in aliquo ordine Mendicantium intra nouitiatus annum, licet etiam ante Concilium Trid. nulla fuerit, c. non solum. & c. constitutionem. de reg. in 6 & c. 1. §. pen. de relig. dom. in 6 ad religionem tamen in genere, id est, ad faciendum se religiosum in aliqua religione approbata, si receptores inueniret, obligabit. Gl. & Archid. in d. c. non solum Ang. ver. religiosus. §. 14. & Sylu. ver. relig. 3. quæst 5. Sic autem religiosus factus in genere, quamuis matrimonium postea contrahendo peccet, matrimonium tamen valet; sed mortua vxore, religionem aliquam intrare tenetur.

DECISIO XLVI.

	40.	12.
Ex cons	41. *[alias]*	41.
	42.	32.

46 PEr habitus delationem nō fit professio tacita, nisi tria concurrant; quorum vnum est, quod sit indistinctus ab habitu professorum c. 1 §. qui vero. de regul. in 6. Secundum est, quod deferat eum in monasterio, & congregatione, c. eos, de reg & Host. in c. vt clerici, de reg. Frãc. in §. fin. c. 1. de reg. in 6. (& habitum religionis etiam extra monasteriū deferens de licentia, obedientia, vel mandato superioris, censetur illum intra monasterium deferre, ex Pan. in c. ex rescr. de iureiur.) Tertium est, illum intra monasterium per annum continuum deferat, adeo vt quamuis deferret quatuor menses continuos, si postea exiret, & iterum reuerteretur, & octo, vel plures menses deferret, & vicissim exiret ante annum continuum completum, non censeretur professus, c. 1 de reg. in 6. Arch d. & Fran. ibi. Vnde milites Hierosolymitani, & alij eiusc seri qui vi armatam militiam exercēt, intra monasterium religionis habitum legitime suscipiunt, postea ex licentia, & mandato superioris bellando, vel negotia religionis, aut monasteriorū faciendo, annum probationis extra monasterium finiunt: cum regularis, vbicunque sub obedientia manet, in monasterio manere censeatur Pan. vbi sup. nu. 5, & Syl. ver. religio. 3. q. 19. Nec minus religionis austeritates extra manendo, quã intra experitur, cum sæpius grauius sit extra monasterium, quam intra degere. Quamuis iure aliquo necessarium non est, vt nouitius probet, & experiantur omnes austeritates monasterij in indiuiduo, vel in specie, sed satis est quod eas in genere experiatur per vnum totum annum degendo sub obedientia prælati, adeo vt qui statim post ingressum, & habitum susceptū ægrotare inciperet, & eger per quatuor, sex, vel decem menses intra monasterium sub obedientia maneret, rectè in fine anni profiteri posset.

DECISIO XLVII.

Ex cons.	42. *[alias]*	32.
	45.	33.

47 ANnus nouitiatus ita necessario debet esse cōtinuus, vt si aliqua parte anni, etiam per solos tres dies foris maneat, annus probationis interrumpitur, nec coniunguntur partes illæ interruptæ, sed incipere debet ex integro a principio partis posterioris. Pan. in c. ad apostolicam, de reg & Franc. in c. 1. de reg. in 6. Nouitiatum tamen non interrump. rlatiuatio in monasterio aliquo tempore, etiam animo non profitendi.

DECISIO XLVIII.

Ex cons. 47. alias 15. de statu monach.

48 ABbas, aut alius prælatus regularis legē sibi ponere non potest, a qua recedere nequeat, aut monacho concedere, vt pecunias apud se retineat, & expendat pro arbitrio suo, ita vt superior id ei prohibere non possit, neque eas illi auferre, vel aliquam partem earum ad eas impendendas in alios vsus quam ipse vellet, c. cum ad monasterium. §. tali, & §. fi. de statu monac. cū hoc esset monachum suum proprietarium facere: sed solus Papa præfatam licentiam cōcedere potest, ita quod illas in vsus pios & honestos sine vlla alia suorum prælatorum licentia impendere possit, & quod illi ea in pium vsum impedire non possit, c. nisi esset viri, de præben & Pan. ibi.

DECISIO LXIX.

Ex cons. 2. alias 9. de censib.

49 GEneralis ordinis Minorum de obseruantia, virtute confirmationis priuilegiorum eiusdem ordinis a Greg. XIII quatenus non sunt Concilio Tridentino contrarij, quibus id expressè eidem conceditur, non obstante iure communi aut bulla Pij V. de haere quæ incipit, de coc. edita 1569. moniales sibi subditas, de vno ad aliud monasterium causa correctionis, vel nouæ fundationis, sine aliqua episcopi approbatione transferre, & mutare potest. Quamuis enim iure communi, cap. 1. de statu reg. in 6. statutum sit, ne moniales monasterium egredi possit nisi in grauis infirmitatis periculo, ita vt non possit cum alijs sine scandalo commorari, & lex vniuersalis vniuersaliter intelligenda sit; l. de pretio. ff. de publ. in rem act. fallit tamen quando inuenitur alia lex, quæ illam limitat; vnde cum in Conc. Trid. sess. 25. c. 9. de reg. & in Bulla Pij V. alij casus excipiūtur, & casus aliquis a regula generali ob æquitatem exceptus, eadem suadente ad alios extēditur: iuste potest super Moniales ad aliud monasteriū causa correctionis, vel nouæ fundationis mutare; cum tam Pij V. Bulla, quam Concilium Tridentinum, & ius commune, solum exitum Monialiū sine iusta & legitima causa prohibeant, nihilq; obstant, aut reseruatio Pij V. cum ille successoris sui innouantis postea ordinis priuilegia, auctoritatem tollere nequeat; quia par in parem non habet imperium, c. innotuit. de electio. aut Concil. Tridentini decretum, quod episcopi saltem approbationem in huiusmodi trāslatione requirit. Quia solum de Monialibus eidem episcopo subiectis, vel de ita exemptis, quod soli Papæ immediate subsunt. Non autem de alijs exemptis, quæ alijs aliorum ordinum prælatis subsunt, intelligitur.

DECISIO L.

Ex cons 49. alias 61.

50 QVamuis ius præsentandi ad Abbatiam & ad aliud quodcunque beneficium ex Papæ priuilegio laico conuenire potest, vt ait Gl. in c. ip sum. 16 q 7 & in c. impetium dist 16. quia tamen idoneos tantum præsentare tenetur, alioquin non valet præsentatio, c. monasterium. 16. q. 7 & c. cum vos de offic. ord. vnius ordinis regularem aut Abbatem, ad alterius ordinis regularem, aut Abbatem, ad alterius ordinis beneficium, aut Abbatiam, præsentare non valet, eo quod vnius ordinis religiosus ad beneficia alterius inhabilis est, c. cum singula. §. fi. de præb. in 6.

prælatus, & media pars conuentus professionem admittere noluerit, cum maior pars conuentus sit necessaria; arg. l. quod maior, ff. ad munic. & gl. in c. fi. de reg. iur. in 6. & solutione communi attenta monachorum receptio ad conuentum & prælatum immediatum monasterij, in quo nouitius annum impleuit, non autem ad generalem, præsidentem, aut alium superiorem mediatum pertinet. arg. c. ad apostolicam, de reg.

DECISIO LX.
Ex conf. 64. alias 80.

60 Regularis ob delicta, & incorrigibilitatem per sententiam superioris ex ordine iuste eiectus, extra suum ordinem, & monasterium tuta conscientia remanere, adeo vt si redire nolit, neque in conscientia in foro interiori, neque ab vllo iudice in foro exteriori ad redeundum cogi possit: sed nec etiam ad aliam religionem se transferendum compelli valet, aut ad suum ordinem redire, aut superiores eius, vt eum iterum recipiant, rogare tenetur. Ad aliam vero religionem se transferens, requiritur noua professio, vt illius ordinis religiosus fiat. Quin etiam forte ne ad suum ordinem redire potest, ita vt sine noua professione recipiatur saltem ad eum locum, & gradum, in quo ante sententiam erat.

DECISIO LXI.
Ex conf. 65. alias 74.

61 Quamuis clausura Regularium lege vniuersalis ecclesiæ sit inducta, c. placuit, c. monac. 2. 16. q. 1. potest tamen prelatus, vt ait S. Th. 2. 2. q. 101 art. 1 non solum ob parentum necessitatem, sed alias etiam ob causas iustas & honestas eum regulari dispensare, vt honestis in locis, & habitu suo tecto extra monasterium maxime ad monasterij vtilitatem, maneat.

DECISIO LXII.
Ex conf. 66 alias 5. de verb. signific.

62 Canonici Regulares domos separatas, & extra claustrum positas, in quibus manere solent ancillæ, & recipere grati amici & alij hospites vtriusque sexus, qui prædictos canonicos vt sunt, vel charitatis officium impendunt, non obstante Bulla Pij V. quæ incipit, Regularium. licite habere possunt, nec vllam excommunicationem, vel aliam pœnam propter aduentum, vel ingressum mulierum honestarum in prædictas domos, ob causas honestas incurrunt; cum virtute illius, solum monasteria clausa, & non alias Regularium domos, mulieres ingredi prohibentur.

DECISIO LXIII.
Ex consil. 67. alias 68.

63 Regularis cum licentia superioris monasterij, & iusta de causa, (qualis est vtilitas directa, vel indirecta monasterio ex de proueniens, c. Monachi. 1. & 2. 16. q. 1. aut studium discendi, vel docendi literas religiosos conuenientes, & aliæ similes ad boni & prudentis viri arbitrium) extra monasterium manere potest, neque vlla ad hoc Papæ licentia, aut dispensatione indiget.

DECISIO LXIV.
Ex conf. 68. alias 53.

64 Cum iusta de causa de vna ad aliam religionem transire liceat, quamuis quoad forum conscientiæ, plura, quam quoad forum exterius ad hoc requirantur; ex Sylu. ver. Religio. 4 q. 2 Ad Carthusianos non solum minoritæ, & omnes alij religiosi etiam Mendicantes iure communi Extrauagan. viam de reg transire possunt, sed etiam Carthusiani iusta de causa, vt sancta melius seruiendi Deo, dum absit scandalum, & infamiæ prioris religionis, ad monasteria fermentes ad vnguem regulam suam, quoad forum conscientiæ transire, & in secunda, bona fide manere possunt. Ita Syluest. vbi sup. quæst. 6.

DECISIO LXV.
Ex conf. 66. alias 75.

65 Minores conuentuales a Pio V. de authoratis, alios beneuolos receptores Regulares Mendicantes, vel non mendicantes quærere tenentur. Beneuoli autem receptores ij solum intelliguntur, qui de consensu totius conuentus aut maioris partis, & non aliter, eos recipere, & ordi incorporare possunt, cum ad valorem actus nec voluntas sola sine potestate, nec sola potestas sine voluntate suffi iat. e. cum causa, de offi. deleg & gl. ibid. vnde solum prælati sine consensu conuentus eos recipere nequeunt.

DECISIO LXVI.
Ex conf. 70. alias 13. de statu monach.

66 Sicut religiosus prouisus a Papa de beneficio manuali, & ad nutum amouibili, non quærit Papa, sed ipsi, & suo beneficio, vel ec lesiæ suæ, siue conferatur ei a Papa cum clausula, vt teneat ad vitam, siue sine illa, ita quod maneat Manuale; cu nd nostram & c, porrecta de confirm. vtil. vel no vtil. ita etiam eadem & maiori ratione Religiosus qui unque fu Canonicus Regularis beneficiarius, a superiore, qui est inferior Papa prouisus, administratio nem fructuum suarum commendatum, & beneficiorum per collationem canonicam superioris sibi factam habes, de fructibus illorum disponere perinde, ac clerici seculares fructibus suorum beneficiorum, & consequenter de illis fed emer suste c r, & in opera pia impendere potest, ex Card in clem. 2. de vita, & honest. cler. & quicquid acquirit, non monasterio, sed professus est. sed beneficio ecclesiæ. Hoc ipsum, præceptoris, vel commendis ad quarum gubernati nem assumptus est, acquirit. c. si quia iam translatus 21. q. 2. & c. pro cuiu libet 16. q. 1.

DECISIO LXVII.
Ex conf. 71. alias 7. de donat.

67 Regularis de licentia Papæ ab vna religione ad aliam translatus & de licentia eiusdem alicui Hospitali inseruiens, de quibus ad pios vsus, per viam donationis, vel aliter inter actus irreuocabiliter inter viuos facti, disponere potest: Non tamen per viam vltimæ voluntatis, per quam nullus religiosus religionem professus, sine facultate testandi, quicquam disponere valet.

DECISIO LXVIII.
Ex conf. 72. alias 59.

68 Translatum. de religionem laxiorem per iudicem a iure constitutum, e m causa cognitione, Bulla incip Sedis Apostolicæ, & est constitutio VIII. in ordine, Bulla vero Pii V. incip Quacunque, & est 91. in ordine Pii IV. & Pii V. quæ tecantur priuilegia, & facultates recipiendi alienos religiosos, & ubertam receptos ad pristinos redire, non comprehendit, eo quod hæc solum reuocat priuilegia recipiendi alienos religiosos præter ordinem iuris, sed neque iubet omnes, qui iam erant translati, ad ordin apristinos redire. sed illos solum, qui virtute illorum priuilegiorum translati erant, iuris ordine non seruato.

DECISIO LXIX.
Ex conf. 73. [alias] 85.
74. 86.

69 Quamuis alii regulares, vt inquit Innoc. c. cum olim. s. de priu. contrahendo vel aliter, ea, quæ acquirunt, monasterio, vel ordini suo acquirit, siue nomine suo, siue nomine sui monasterij, vel ordinis, siue impersonaliter contrahant; ex Bal. in l. seruus C. e pact s, Franciscanus tamen, eo quod monasteria, & ordo sancti Francisci sunt incapacia dominij possessionis, & proprietatis omnium bonorum pronunciatorum, c. exiis, de verb. sign. in 6. c. exiuit. ut. eod. contrahendo I. d. tantum Apostolicæ acquirit, adeo vt etiam omnia iuste siue a laicis, siue a clericis, Fratribus Minoribus de obseruantia donata, sedi Apostolicæ, & non illis acquirantur. Quæ sedes Apostolica sicut de iure, in obligationibus, & iuribus vtilibus eorum succedit; ita salte æquitate, in obligationibus passiuis eorundem succedit; æquitas

Digitized by Google

æquitas enim suadet, vt qui sentit commoda, & onus etiã sentiat. c. qui sentit, de reg. iur. in 6. & cle. 1. de censibus, & l. secundum naturam. ff. de reg. iur.

DECISIO LXX.

Ex cons. 75. alias 3. de statu monach.

70 STatutum Carthusianorum ante circiter quingentos annos factum, & quo proprietarij pecuniæ excedentis summam trium solidorum obligantur ad cõfitendum, vel reuelandum illud Priori intra certum tempus, sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, & quod ea iam incursa, non nisi a Priore iterata confessione absolui possint, validum, & religioni vtile est. Quamuis enim regulariter confiteri iterum semel confessa obligari nemo potest, ea Nau. in Man. c. 9. in initio nec excommunicatio sine præuia monitione ferenda sit; c. sacro. de sen. excom. & c. const. tit. eod. in 6. de sui tamen consensu ad peccatũ semel legitime confessum denuo confitendum obligari quis potest; ita in ter cunctas de priuil. & Nau. in Man. c. 9. nu. 1. Constat autem monachum, qui consentit seruare Carthusiana statuta, consentire etiam obligationi, si quã illa imponunt, ad idem peccatum his aliquando confitẽdum. Et licet propter culpas præteritas, quatenus solum sunt præteritæ, excommunicatio sine præmonitione ferenda non sit, potest tamen legitime pro culpis futuris, vel etiam pro præteritis sub conditione ferri, nimirum, vt excommunicatus sit, si non satisfaciat pro delicto intra tale tempus: Sufficit enim vt præcedat culpa, vel mora; c. Romana. § caueat, de sent. excommun. in 6. Cum itaque in huiusmodi proprietario sit culpa, rem sibi indebite appropriando, cap. 2. & cap. super quodam, & cap. cum ad monasterium, de statu monach. & etiam mora committitur non restituendo, quod debet; nec confitendo intra terminum sibi a præfato statuto præstitutum, iustè excõmunicationem incurrit: præsertim cum appropriatio & furtum trium solidorum vi statuti illius peccatum mortiferum æstimetur, vt rectè propterea excommunicatio cõtra tales ferri possit; c. nemo & c. nullus. 11. q. 3. & consentit Nau. in Man. cap. 17. nu. 3. Quæ tamen excommunicatio non tam lata est contra non restituentem, quam contra non manifestantem, maxime cum religionem illam professus, se sua spontè obligauit saltem tacite ad illud manifestandum.

DECISIO LXXI.

71 MOnachus Carthusianus, qui appropriauit vltra summam triũ solidorum, si tñ postea restitutionẽ fecerit sufficientẽ vel per se per aliquas reliquationes honestas de ijs, quæ honestè impendere posset; vel per amicos, ante lapsum termini ad manifestandum Priori præfixum, in dictam excommunicationem non incidit, etiamsi Priori postea rem nõ manifestet; sicut a simili nec Monitorio Episcopi de manifestando furto ligatur, qui restituit illud, neq; qui ipsum iam restitutum esse nouit. Quia appropriare, & appropriatũ non manifestare Priori, diuersa sunt; statutum autem illud non excommunicat appropriantem solum, sed appropriantem, & non manifestantem, quod manifestare debet: qui vero rem appropriatã ante manifestandi terminum præfixum restituit, desinit rem appropriatam cum obligatione manifestandi eam habere, & consequenter appropriatio per manifestationem rescindenda esse desinit, quia priuatio præsupponit habitum l. decem, ff de verb. oblig. & quod non est, non potest dissolui. cap. ad dissoluendum. de despons. impub.

DECISIO LXXII.

72 QVamuis regulariter dare quis potest alteri facultatẽ ea donãdi, quæ ipse iustè donare, vel impẽdere posset; & consequenter Priores ordinis Carthusiani habere possent pro rectè impensis ea, quæ sui Monachi impẽderunt, vel donarunt; & ita remittere valent suis Monachis obligationem manifestandi sibi appropriata, ita vt propter omissam manifestationem in excommunicationem non incidant; eo quod restitutio, & remissio, seu condonatio debiti parificari videntur: c. peccatum, de reg. iur. in 6. quia tamen nec ipsi Priores facultatem habent dispensandi bona Monasterij, & religionis, nisi in vtilitatẽ Monasterij, & vsus pios, & iustam remunerationem; id. 1. c. 2. nec dispensationem suorum Monachorum ratam habere possunt, nisi in vtilitatem Monasterij, vel in pios, aut iustos remuneratorios vsus facta fuerit; cum nemo dat, quod non habet; cap. quod autem. de iure patron. quoad impensa vero, aut occultata ad alios vsus, monachis suis obligationem manifestandi eis suam appropriationem remittere nequeunt.

DECISIO LXXIII.

73 CVm omnia, quæ ad iurisdictionem ex priuilegio perpetuo, ratione dignitatis, aut officij, aut alterius ordinariæ potestatis virtute spectãt delegabilia sint; ita Gl. recep. in c. fi. de offic. iud. deleg. Priores Carthusiani, quia iurisdictionem ordinariam in suos Monachos. & potestatem absoluendi ratione suarum dignitatum habent; cap. cum ab ecclesiarum prælatis, & c. quanto. de offic. ord. & etiam per statuta ordinis & religionis, quæ sunt etiã leges particulares: c. cum omnes. de constit. alijs confessarijs consequenter potestatem absoluendi Monachos proprietarios, a peccatis proprietatis, & ab excommunicatione incursa ob omissionem non reuelationis eorum iuxta ordinis statuta facienda, subdelegare possunt.

DECISIO LXXIV.

74 MOnachus Carthusianus, quamuis a peccato Proprietatis per Bullam Cruciatę absolui possit, tenetur tamen postea appropriationem Priori manifestare; Absolutio enim a peccato proprietatis, obligationem manifestandi illud non tollit: Ab excommunicatione vero incursa, eo quod intra tempus præfixum illud Priori non denunciauerit, per dictam Bullam Cruciatæ absolui nequit sine præuia satisfactione, & manifestatione, vt sentit Sot. 4. d. 22. q. 2. art. 3. & fauent gl. & Felin. in cap. ex parte, de constitut. quia actus a delegato postposita sibi forma præscripta est nullus ea Gl. in clem. 1. de iure patr. Et ita confessarius per Cruciatam electus cum accipiat potestatem absoluendi adiecta forma præuiæ satisfactionis, aliter absoluere nequit: præsertim cum Principis priuilegium sine tertij præiudicio intelligendum sit; & si priuilegium præfatum Cruciatæ aliter intelligeretur, innumeris grauissimè præiudicaret.

DECISIO LXXV.

75 CArthusianus, vel alius religiosus aliquid ab exteris furans ad vtilitatẽ solam Monasterij, nihil sibi quærere, vel appropriare volens vnũ tantum peccatum furti committit, votum autem paupertatis non violat; cum per illud solum vouit nihil sibi quæsiturum, aut appropriaturum sine licentia superioris: Sin autem furetur animo sibi quærendi, vel appropriandi, vel duo peccata. vel vnum saltem, cum circunstantia necessario confitenda, committit ex Nau. in Man. in c. 6. num. 3.

DECISIO LXXVI.

76 QVamuis Priores Carthusiani vere Monachi sint, ca. fin. de simon. & Pan. in c. quoniam Abb. de offic. deleg. & male dispensantes, uel occultantes res Monasterij, non minus quam alij Monachi contra uotum paupertatis peccant, & proprietarij sunt, Arg. cap. ad monasterium, §. fin. de stat. mon. dictæ excommunicationis tantummodo denunciatores sunt; (Capitulum enim Generales excommunicationem illam fert, quod sanè Capitulum, maiorem, vel saltem tantam auctoritatem in Priores habet, quãtam ipsi in Monachos.) Sed & excommunicatio Papalis per Episcopum denunciata, Episcopũ æquè ac alios ligat: ita Nau. in Man. c. 27. nu. 6. Hæc tamen excommu-

nica-

Digitized by Google

catio à Capitulo Generali lata, Priorem Carthusianum sibi se appropriantem, vel impendentem valorem trium solidorum, & non manifestantem non ligat: quia licet in fauorabilibus, non tamen in odiosis appellatione Monachi venit Abbas, aut Prior qui est superior Monasterij; Neque mens Capituli est Priores dicto suo statuto comprehendere, vt ex verbis statuti, quod Monachos subditos Priori appropriationem non manifestantes solum excommunicat, manifestum est.

DECISIO LXXVII.

77 MOnachus Carthusianus, aut alius regularis, licet accipiendo, vel dando literas sine superioris licentia, contra votum paupertatis non peccet, sed solum contra votum obedientiæ, c. non dicatis. 12. q. 1. cum charta literarum data, vel recepta cõmuniter inutilis, & nullius æstimationis sit, & consequenter peccatum proprietatis non incurritur eas dando, vel recipiendo, eo quod non est appropriatio boni pecuniarij; Si tamen charta sic data, vel recepta aliquo pretio notabili valet, æstimatis saltem characteribus auratis, vel alijs imaginibus affabre depictis, & illustratis, eius datio, vel receptio peccatum etiam mortiferum proprietatis erit, & proinde Priori sub pœna excommunicationis manifestandum.

DECISIO LXXVIII.

78 MOnachus, quamuis regulariter ea, quæ sibi supersunt de ijs, quæ ad se alendum tribuuntur, in opera pia pro suo arbitrio distribuere non potest, maxime si aliqua constitutione expressim præceptum illi sit, vt omnia, quæ illi ex cibo, & vestitu superfuerint, communitati reddat; quando tamen, & quibus dantur aliquis pro sua sustentatione ad aliquod negotium peragendum, ea lege, vt ipse nihil amplius a Monasterio, neque Monasterium ab eo rationem impensarum petere possit, siue plus, siue minus impenderit, reliqua in vsus pios, & eleemosinã impendere valet. Ea data regulari in suum victum, & vestitum, in dubio ita dari videntur, vt honestè reliqua in pios vsus impendere possit, in quos ipse pro sua iustè impendere potuit; quia tacite videtur sibi data illa facultas, nisi per alia sua statuta, vel alia iusta prælati præcepta restringatur; præsertim cum talis licentia donandi superflua pauperibus, vt plurimum Regulari maxima occasio sit abstinentiæ, sobrietatis, parsimoniæ, continentiæ, modestiæ, & charitatis, quæ est vinculum perfectionis.

DECISIO LXXIX.

79 LEgatum Monacho donec Superior permiserit ei in suos vsus priuatos, & non vltra, factum, valet nec vlla lege prohibetur; cum vsus talis voto solẽni, aut simplici nullo modo contrarius sit, Is enim solus proprietarius dicitur, qui occultè, vel contra voluntatem superioris aliquid tenet; prout asserit Ioan. And. in cap. cum ad monasterium, de stat. regu. sine Superioris autem licentia expressa, vel tacita Monacho nihil legari, aut donari potest, cum prius perdatur, & desinat eidem legatũ, simul ac Superior noluerit vt eo vtatur. An vero legatum Monacho donec Prælatus ei eo vti permiserit, repudiare expediat, prælatus serio, & prudenter, habita ratione paupertatis Monasterij, Nobilitatis & affectionis legatoris, & status legatarij pensare debet.

DECISIO LXXX.

80 CArthusianus peccatum proprietatis alienando, vel occultando rem Monasterij committens illud Priori ante diem Cœnæ iuxta statutum ordinis manifestando, quamuis excommunicationem non incurrat, illud tamen alicui habenti potestatem sacramẽtaliter a peccato absoluendi confiteri prius tenetur, dummodo ante diem cœnæ vel Missam celebrare, vel Eucharistiam sumere velit; cum iure Diuino omne mortale ante communionem cõfitendum sit, ex Conc. Trid. sess. 13. c. 7. c. 11. contra quod Capitulum Generale ordinis nec aliquid statuit, nec statuere potuit, sed solum statuit, vt excõmunicationem incurreret, qui peccatũ proprietatis ante diem Cœnæ Priori nõ reuelaret: Quod si quis post peccatum proprietatis admissum, confessionem præmiserit, Missam celebrauerit, aut communicauerit, tacito illo proprietatis peccato, quod proponebat ante diem Cœnæ Priori manifestare, illas omnes confessiones, tanquam non integras, reiterare tenetur; Cum Confessio, quæ non est integra omnium peccatorum mortalium, quorum pœnitens memoriam habet, nihil valet; c. omnes, de pœn. & rem. & c. 1. §. ãtus. de pœn d. 5. ex Conc. Trid. sess. 14. c. 5. & Nau. in Man. c. 9. nu. 11. Quamuis si quis Monachus adeo simplex, & ignorans esset, vt bona fide probabiliter secundum statum suum crederet auctoritate forte, vel exẽplo peritorum, quod per tale statutum leuaretur onere illud confitendi vsque ad diem Cœnæ, nec tacendo illud peccatum in prioribus confessionibus peccaret, nec confessiones tacito illo factas iterare teneretur ex Card. in elem. 1. q. 39. de priuil. & Nau. in Man. c. 8. num. 12.

DECISIO LXXXI.

81 STante statuto ordinis Carthusiani, quo Confessarius expositus in absentia Prioris a reseruatis confitentes absoluere possit; ita tamen vt eterum eidem Priori reseruata crimina quam primum eius habuerit copiam, confiteatur pœnitens; Monachus, qui peccata mortalia tam reseruata, quam non reseruata admisit, præfato confessario exposito omnia tam reseruata, quam non reseruata, ex mentem omnium confiteri tenetur; quia confessionis integritas requirit, vt quorum quis memoriam habet, vni, & eidem confessario, nisi aliquibus casibus quorũ de numero non est hic confiteatur. ita S. Th. 4. d. 17 q. 3 d. 4 q. a. 4. & quodlib 4. q. 3 ar. 4. Sot 4. d. 18 q. 1. art. 5. & fauet Trid sess 14 c. 5. can. 7. Prælato autem redeunti, vel eius Commissario reseruata tantum confiteri sufficit, si post priorem omnium confessionem, nec alia confitenda commiserit, nec recordetur alicuius peccati nondum legitimè confessi, quia reliqua sunt penitus iam absoluta; Sin vero aliquid peccatum de nouo admiserit, vel vetera non confessa in memoriam venerint, illa etiamsi non essent reseruata, cum reseruatis eidem Priori, aut habenti ab eo absoluendi potestatem confiteri tenetur, quia cõfessio hæc, non solum quando reseruata tantum prius cõfessario exposito confessa, sed etiam quando alia simul non reseruata, nec prius dicta, confitetur, sacramentalis est, & nouam gratiam tribuit, & proinde integra esse debet.

DECISIO LXXXII.

82 CVm eadem sit potestas Vicarij in Spiritualibus, & Prioris Carthusiani defuncti, vel ob delictum depositi, Arg. c. Non putamus. de consuet. in 6. & c. Romana 1. de appell. in 6. & c. Sedes vacans. 10. & dispensatio facta a Monacho de Vicarij licentia, vel confessio peccati proprietatis eidẽ facta, aut ab excommunicatione obtenta absolutio valet, sicut si ab ipso Priore obtenta, concessa & facta fuisset; eodemque modo manifestatio proprietatis facta vilitatori tenenti locum Prioris, & Vicarij, eis deficientibus adeo valida censetur, vt Priori nouo fieri non sit necessarium. c. Relatio, & c. illud 21. q. 1. c. cum Nobis de elec. & c. is cui prouisio. de elec. in 6.

DECISIO LXXXIII.

Ex cons. 2. alias 9. de censib.

83 MOnasterium S. Trinitatis in monte Pincio in vrbe Romana, sicut a Rege Gallorum erectum fuit; ita non solum Correctorem, sed etiam alios officiales, imò & omnes alios fratres, qui habent ius suffragandi, seu vocem in Capitulo, Gallicæ nationis requirit, & Nouitios Gallos inueniendos, aliarũ Nationum nouitios recipere nõ potest, Sed præterea Monachi etiam subrogati loco aliorum, qui aliqua de causa ad alia Monasteria ordinis mittuntur, Galli itidem esse debent; eo quod subrogatum naturam sui, cui subrogatur, sapere debet. ecclesia. vt lite pend.

Digitized by Google

pend.& l.eum qui.§.iniuriarũ.ff.si quis cautio. Nec substitutus,& locum tenẽs,melioris conditionis,quam principalis, esse debet.l.Nemo est,ff de duob.reis.

DECISIO LXXXIV.

Ex consf.77.alias 1.de præsumpt.

84 Dispensatus ad omnes ordines piè, & probabiliter credi debet,cui super.ior ante mortem ex Papæ cõmissione licentiam assomendi aliquem ordinem dedisse cognoscitur: Nec verisimile est, prælatum in speciali ad eum solum ordinem habilitasse,quem ipso viuẽte,& volente suscepit; cum non sit boni & prudentis prælati id facere cum periculo quod ipso mortuo oporteret iterum ad Papam refugere,& communis Commissariorum stylus ad habilitandum quem ad omnes ordines habet; vt vnico actu id faciant; maximè cum non sit præsumẽdum quid stultum, & malum de bono prælato, capit.vnic. de Scrutinio sac. & quæ communiter accidunt, & non insolita, credenda & sequenda sunt. l.sive possidetis, C.de probat cap.quia non est verisimile. de præsumpt. & cap. super literis. de rescript.

DECISIO LXXXV.

Ex consf.78. alias 15. de rescr.

85 Quamuis precator mendaa, dolosus & malitiosus impetrans careat mercatur, taceãs tamẽ per inaduertentiam, vel ignorantiam al quid, quod expresso Principes æquẽ facile, aut non difficilius gratiam concessisset, nihil ea inde damni sentire debet:cap. Dudum de præben. in 6. vnde impetratio benefi.ij, quod verè est simplex, dicendo, quod est curatum, aut impetratio transitus ad aliã relig onem, dicendo te esse Fratrem ordinis Minorum de obseruantia, cum tamen sit Frater ordinis Minorum Cõuentualium valida censenda est ea Rota decis.73. de rescrip.in antiq. Fel.in d.c.super literis.

DECISIO LXXXVI.

Ex consf.79.alias 3.de pœnit.& remiss.

86 Cum lex naturalis, & Diuina permittant,& aliquando præcipiant, quatenus mendicando egentibus ægrotis, & sanis, qui aliter quam mendicitate viuere non possunt,cap.quiesc.anr.dist.42.& cap.1.§.1.de relig dom. in 6. licite Fratres sancti Antonij,nõ solum ex declaratione Pij IV.in Bulla incip. Ex debito edita.1565.cõst.136. sed etiã iure naturali, & Diuino eleemosinas pro ægrotis, & infirmis,non habentibus,vnde viuant,ad se confugientibus,& pro se ipsis,non obstante Conc ilij Tridentini decreta, sess.21.cap 9. de refor de quæstoribus eleemosinarum abolendis, mendicare, possunt, quod solum de quæstoribus, qui eleemosinam prædicando indulgentias, vel eis concessas publicando, quærunt,qui maius adiuuare potuerint pijs locis, quorum sunt quæstores, & pro quibus petunt, intelligitur.

DECISIO LXXXVII.

Ex consf.80. alias 17. de statu monach.

87 Regularis A, oblata de vno ordine ad alium transiẽs, & ab illo iterum ad statum secularem rediens, & multa bona acquirens, neutri præfatorum ordinum prædicta bona, sed soli Cameræ Apostolicæ. ecundum Bullam Gregor.XIII. quæ inc p.Officij nostri 1573.constitut. 44. in ordine.

DECISIO LXXXVIII.

Ex consil.81.82.alias 6.7.de statu monach.

88 Oblatæ Monasterij Turris non speculorum vrbis, quamuis conueniant in intra vnam domum viuãt, & vnum Oratorium, vnum refectorium, vnum vestiendi modum, & vnam prælatam habeant,& se suaque Monasterio ordinis sancti Benedicti perpetuo donent, & offerant,quia tamen professionem Monachalem trium votorum expressam,vel tacitam, sub aliqua regula a sede Apostolica in manibus superioris ad id potestatem habentis, non emittunt, sine quibus nulla est, nec esse potest vera Monialis & sanctimonialis. c.ad Apostolicam, & c.cũ ad monasterium.de stat.monac.sed neq; inter eas vlla professus est mentio de professione, aut de nouitiatu.sed solum de obligatione quadam facta; vel facienda secundũ modum quendam consuetum viuendi ab omni professione Regularium omnium approbatarum aliena, vt constat; vere Monachæ, & religiosæ non sunt,nec sub constitutionibus Monialium summorum Pontificum.cap.periculosum.de stat.reg.in 6.Pius V.& Greg XIII in suis Bul.de clausura regul.& electione Abbatissæ ante Concilii Trid. sess.25.c.14. de reg de clausura, aut eligendis Abbatissis, vel Prioriss triennal bus,comprehẽduntur. Et proinde neque ad clausuram perpetuam, neque ad Abbatissam triennalem eligendam vi, & virtute prædictarum constitutionum obligantur, eo quod constitutiones, & dispositiones odiosæ, & exorbitantes a iure communi de sanctimonialibus, & religiosis fœminis loquentes, de vere, & proprie Religiosis, & Regulam a sede Apostolica approbatam professis intelligendæ sunt: Nec vlla ratione, aut æquitate ad alias quantumuis Religiosas, & Collegialiter viuentes, quæ tria vota substantialia non profitentur, etiãmsi modum quendam viuendi a sede Apostol ea approbatũ seruent, extendẽdæ sunt, ex Pao in rub.de Reg.

DECISIO LXXXIX.

Ex consf.83.alias 18.de statu monach.

89 Regulares,qui post Concilium Tridentinum sess.25. c.8.de regu.ob Prælatorum negligentiam Capituli Generale triennale non conuocauerint, a Metropolitano Prouinciæ,vbi Monasteria eorum sunt,ad id compellendi sunt: si vero illo instante nec eum se in Congregationem redegerint, nec Capitula triennalia fecerint, Episcopis Ordinarijs loci, tanquam a sede Apostolica in id delegatis subijciuntur.

DECISIO XC.

Ex consf.84. alias 3.de conuers.coniug.

90 Professio ante finem anni nouitiatus facta non valet ex Concil.Trid. sess.25.c.15. de reg.qui annus continuatus esse debet,cap.1.de reg.in 6.ita vt si in anno aliqua de causa habitum relicto, iterum ad Monasterium redeat, professio in fine illius anni fieri non potest:sed computandus est annus incipiendo illum a repetitione secunda habitus, & professio aliter facta, nulla & inualida est.

DECISIO XCI.

91 Professio ob metum reuerentialem parentum facta non valet, sic gl.in c.præterea s.q.3.& Nau.in Man. cap.22.nu.51.& cum iis metus,etiam minor iusto, in foro conscientia excusat,quantum iustus, si metus ille causa sit facti, sic quod non,& sine quo actus non fuisset, ita Nauarr.in Man.c.17.num.5.& 30.

DECISIO XCII.

Ex consf.85.alias 76.

92 Habitum propriæ religionis sine licentia Papæ relinquens, excommunicationem ipso iure in ru ri cap. a. Nec clerici, vel monachi, in 6. Nec sufficit alterius religionis habitum deferre, sed specialem suæ religionis habitum,& patentem deferre tenetur,nisi iusta aliqua causa eum excuset.

DECISIO XCIII.

Ex consf.6. in Nouis decis in antiq.

93 Religionem ingressurus maxime considerare debet, an ad eam habilis, & idoneus sit, inter alias autem habilitates numerantur in primis sanitas, eruditio, & habilitas ad continendum. Quamuis enim prælatus ad libidinem proprius suadeat matrimonium, attamen & ingressum suadere potest, vt per fugam tentationum ab ea liberetur, sed & aliquando totoris etiam necessitas talis esse poterit, quæ fratris ingressum impediat, nisi aliunde prouideri possit.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XCIV.

Ex conf. 8. in Nouis, deest in antiquis.

94 CVm religionis approbatæ professio hominē inhabilem ad matrimonium reddat, & ad horas canonicas obliget, & differentia inter nouitium, & professum cōstituat; consequenter confratres *Ioannes de Deo*, qui ad nullum horum obligantur, verè religiosi non sunt, nec pro talibus habendi; cum regulares non sint omnes, quibus Papa concedit, vt sub S. August. regula viuant.

DECISIO XCV.

Ex conf. 13. in Nouis, deest in antiquis.

95 PRofessio tacitè emissa per canonicum regularem, quando canonicatum regularem accepit, ex eo quod postea beneficium renunciat non euanescit sed habitum regularem, vt prius, deferre tenetur, nec Matrimonium contrahere potest.

DECISIO CXVI.

Ex conf. 22. in Nouis, deest in antiquis.

96 PRofessionem saltem tacitam apud Minores de obseruantia fecisse censetur, qui a Conuentualibus ad illos transeundo per annos septem continuos commoratus est & ordines sacros suscepit. Cui licet matris necessitas corporalis præbeat iustam causam, vt detur licentia manēdi extra claustrum, cum habitu, vt tamen extra claustrum absque habitu maneat, & beneficium aliquod in titulum accipiat, non præbet. Vnde si licentia non obtenta exeat, peccat, & si dimisso habitu celebret, irregularis efficitur.

DECISIO XCVII.

Ex consil. 25. in Nouis deest in antiquis.

97 PRofessio antè annum 16. expletum est nulla, ex Cōc. Trid. ses. 25. c. 15. de regul. nec coram Deo ratificatur ex eo, quod per quatuor annos in religione permanserit, nisi sciens illam nullam animo illam ratificandi id fecerit vnde Matrimonium a tali contractum, coram Deo validum est, & si cōsummatum sit, a Papa dissolui nō potest. In foro tamen exteriori iudicabitur valide professus, nec audietur, si petat illam declarari nullam, nisi id corā suo Superiori, & episcopo intra quinquennium petat. Contra tamen quinquennij lapsum restituitur ex eo, quod iuris ignorantia ductus id solum petijt coram suo Superiore, qui illius petitionem reiecit, ac minoris ætatis testimoniū a publico Notario factum lacerauit.

DECISIO XCVIII.

Ex conf. 38. in Nouis, deest in antiquis.

98 QVamuis collegium, religio, seu vniuersitas, omnibus vno dempto, sublatis, in dicto vno conseruetur, l. sicut municipium, ff. quod cuiusque vniuers. & Pan. in c. r. de elect. nu. 5. isque solus collegij iura exercere potest, & prælatum eligere, & alios ad religionem admittere, qui tamen nec religiosus est nec prælatus illius religionis, sed solum nouitius: alterum nouitium vestire, aut ad professionem admittere nequit: vnde nec professio trium votorum, quæ sunt religionis substantialia, illū profitentem religiosum efficit, nisi emittatur secundum regulam a sede Apostolica approbatam in manibus eius, qui profitentem tali religioni approbatæ incorporare potest.

DECISIO XCIX.

Ex conf. 44. in Nouis, deest in antiquis.

99 PRofessio intra annum facta, aut lectio schedulæ continentis verba a profitēte proferri solita absque intentione profitendi, quamuis nulla, & irrita sit, illam tamen sic nulliter emissam approbare censetur, qui ad titulum religionis omnes ordines suscepit, & per multos annos in ea manet, & illius prælatus constituitur, nec suspensionem aliquam, aut irregularitatem per tales ordinationes incurrit, modo illas nec extra tempora, nec ante ætatem, nec absque literis dimissorijs sui prælati accipiat.

DECISIO C.

Ex conf. 57. in Nouis, deest in antiquis.

100 LIcentia absolute a prælato concessa religioso transeundi ad aliam religionem, ad parem, vel strictiorem non autem ad laxiorem restringenda est ex S. Tho. 2. 2. q. 189. art. 8. quamuis Prælatus Generalis ordinis etiā ex iusta causa licentiam transeundi ad laxiorem concedere poterit.

[Aduertendum circa consilia 63. & 88. in Nouis, quæ desunt in antiquis, authorem contrarium esse sibiipsi in consilijs 56. & 57. Siquidem in consil. 63. & 88. expresse docet nec Protectorem religionis, nec Generalem ordinis concedere posse facultatem transeundi ad laxiorem, sine licentia Papæ, immo cons. 88. num. 2. ait licentiā concessam a Papa transeundi ad laxiorem sine iusta causa nō valere. Quod dictum sano modo intelligi debet, scilicet, vt non valeat excusare, aut Papam concedentem, aut sic translatum a peccato. At vero in consil. 56. & 57. in Nouis contrarium docuit.]

DECISIO CI.

Ex conf. 69. & 70. in Nouis, eadem fere sunt, & desunt in antiquis.

101 LIcentiam Monacho standi extra claustrum superior ordinis nisi ex iusta causa se ad totū tēpus, pro quo conceditur, extendente, concedere valet. Nec in hoc differt, an is cui conceditur, sit translatus, vel proprius illius Monasterij filius professus. Iuste vero causa est recuperatio sanitatis, c. 1. de sta. reg. in 6. quia existente, superior nedū Monachis, etiam Carthusianis, sed etiam Monialibus licentiam & extra claustrum manendi, & habitum dimittendi concedere potest, ita Conc. Trid. sess. 25. c. 5. de reg. gl. in c. si quis ex clericis, de vita & honest. cler.

DECISIO CII.

Ex conf. 83. in Nouis, deest in antiquis.

102 LIberatio Tutoris ab ingressuro religionem facta, si fit inter viuos, etiamsi sit scripta in testamento, non valet, sed irritanda est, secus si sit pars testamenti nō habens effectum nisi secuta morte testatoris; cum Conciliū non vltimas voluntates, sed solum obligationes, & renunciationes inter viuos, vsque ab initio irritare censetur, ex Conc. Trid. sess. 25. de reg. c. 16.

DECISIO CIII.

Ex conf. 87. in Nouis, deest in antiquis.

103 CVm professio ex vtraque parte obligatoria esse debeat, & contra religionis statutum eam irritans facta, nulla sit; consequenter qui de genere Iudæorum descendit, & contra statum religionis ei notum factum cum protestatione, vt nulla esset professio, si de tali genere descenderet; & interrogatus negat se de tali genere descendere, ob quam negationem ad profitendum admittitur, ad quod, si veritatem confessus esset, admissus minime fuisset, vere religiosus non est, eumque Prælatus ad instātiam legitimæ partis, s. accusatoris, vel denunciatoris, vel ex officio per viam inquisitionis allegatis, & probatis necessarijs per sententiam legitimam expellere potest, sicque expulsus in vtroque foro liber est.

[Annotandum, quod licet hoc consilium quoad verba desit in antiquis, in effectu tamen & reipsa idem est cum consil. 5. in antiquis, & cum 26. in Nouis.

DECISIO CIV.

Ex conf. 88. in Nouis, deest in antiquis.

104 BVlla Pij V. 91. in ordine, incip. Quæcunque, in qua statuitur, vt fratres alterius ordinis, & religionis, ab vlla religione recipi, aut retineri non possint, sed ad proprios ordines remitti debeant cum solum intelligatur de translatis virtute facultatum, & priuilegiorum particularium a sede Apostolica concessorum speciatim contra ius cōe aliquib. monasterijs, vel religionib. vt Apostatas, vel aliquos alios aliarū religionū accipere possēt, cōsequenter Carmelit. sine licētia Papæ ad ordinē Frat. Minimorū, cū

Digitized by Google

licentia sui superioris trãslatus, ad suum præstinum ordinem redire non tenetur; eo quod sic translatus, non virtute alicuius priuilegij, aut facultatis speci lis, sed virtute iuris communis canonici, quo licet omnibus cum superioris sui licentia de religione laxiore ad strictiorem, c. licet, de reg. (qualis est Carmelitanorum respectu Minimorũ) transisse censetur.

[Notandum, consiliũ 89. in Nouis, deest in antiquis, quia tamen sensu non differt a consil 5. in antiquis breuitatis causa omittitur.]

DECISIO CV.

Ex cons. 90. in Nouis, deest in antiquis.

105 QVamuis olim Monachi nullum suffragium, aut vocem in capitulo haberent, sed totũ regimẽ ad Abbatem, seu Prælatum pertinebat, c. nullam, 18. q. 2. hodie tamen Abbates, seu Prælati eum consensu sui conuentus regere tenentur.

TITVLVS XXIV.

De Mendicantibus.

SVMMARIVM.

1 *Eleemosinam Pauper pro certo paupere petens, & sibi retinens, bis peccat, secus si pro paupere in genere.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 4. de crimine falsi.

1 ELeemosinam pauper pro certo aliquo paupere petẽs, & sibi retinens, bis peccat mentiendo, & rem alteri debitam retinendo; nec absolui potest, nisi restituat; secus autem si pro paupere verbo generali eam peteret, & acciperet, cuius appellatione ipsa petens quoque cõtineretur, sic enim petendo, nec sibi retinendo peccaret. Arg. cap. ne quis, 2 2. quæst. 2.

TITVLVS XXV.

De conuersione coniugatorum.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ratum, & non consummatum, per religionis ingressum dissoluitur.*

2 *Bigamus est, qui matrimonium cum corrupta contrahit, & consummat.*

3 *Coniux religionem profitens sine alterius consensu, nisi ab ea repetatur, in ea manere debet.*

4 *Coniux religionẽ professus, si a coniuge reuocetur, ea mortua, aliam ducendo peccat, sed valet contractus.*

5 *Coniux, adulterante coniuge, sine illius consensu, religionẽ ingredi, & profiteri, aut sacro ordine initiari valet.*

6 *Irregularis quamuis celebrando peccet, nouam tamen irregularitatem non contrahit.*

7 *Coniugatus propter notorium vxoris adulterium, ea inuita, religionem ingredi valet.*

8 *Coniugatus, an, & quando de licentia vxoris ordinari poterit.*

DECISIO I.

Ex cons 1. alias 2.

1 REligio militum sanctis Ioannis Hierosolymitani cũ vera religio sit, eamque profitentes tria vota substãtialia religionis emittunt in manibus potentis eos religioni incorporare, ita Pan. in rub. de regul. consequenter matrimonium ratum, & consummatum contrahens illud per ingressum & professionem solennem religionis illius dirimere, & dissoluere potest, vt ait Conc. Trid. sess. 24. can. 6. de matr.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 8.

2 COntrahens matrimonium cum corrupta, illudque consummans, Bigamus efficitur, & irregularis, c. si quis viduam, d. 34. & toto tit. de Big. qui licet ob adulterium vxoris postea cõmissum religionem ingredi, & profiteri valeat; potest: cap. Agathosa. 27. q. 2. & Nau. in Man. c. 21. nu. 21. ad ordines tamen non hoc ex Papæ dispensatione ascendere valet, nec superiores ordinis per priuilegia illis concessa dispensandi super irregularitatibus cum fratribus suis, ante, vel post ingressum monasterij contractis cum illo quoad hoc dispensare queant; eo quod excipitur semper irregularitas ex homicidio voluntario proueniẽs, & Bigamia, nisi id expresse in priuilegijs eorum exprimatur.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 6.

3 COniugatus absens in lõginquam regionem, & facto postea testamento se mortuum fingens, si vxor illũ vere mortuum esse credens, monasterium intrat, & solenniter professionem emittit, eam tamen non emissura, nisi mortuum maritum crederet, qui tamen postea superuiuere probatur; licet vxor sic ingressa monasterium a marito illam repetente educi possit; c. placet. de conuersio. cõiug. ipsa tamen sponte sua nec ad seculum redire, nec maritum approbantem suam professionem repetere potest, c. consuluit, de voto, nisi incontinenter viueret, & episcopus ex officio suo iuberet, vt simul cohabitarent; c. cũ sis c. vxoratus de conuers. coiug. eo quod votum iuste emissum ea eo quod iuste credidit maritum mortuum, seruandum est, c. magnæ, de voto, & votum continentiæ coniugis, sine consensu alterius, quoad voueutis præiudicium, licet non ad coniugis alterius præiudicium valet, ita Gl. in d. c. vxoratus, vnde nec sic vouens debitum petere potest, quamuis reddere teneatur, d. c. placet. & potest vir in proposito euentu, & ipse etiam religionem profiteri.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 5.

4 QVi inuita vxore intrat, & profitetur solemniter aliquam religionem approbatam, & postea repetitus ab vxore, cum ea matrimonialiter viuit, licet ea mortua aliam ducendo peccat, matrimonium tamẽ sic contractũ valet; Quia votum illud professionis inuita vxore factũ, licet non valuisset solemne quoad præiudicium vxoris suæ, quæ in maritum potestatem habuit, neque quoad obligandum eum religioni ea Panor. in c. quidam intrauit de conuers. coniug. valuit tamen tãquam votum simplex, votique simplicis cõtinentiæ tantum virtutem habuit; ex Syl. ver. diuortium q. 16. & Sot. 4. d. 27. q. 1. artic. 4. vouẽs autem castitatem, vel religionem voto simplici, quamuis matrimonium sine dispensatione contrahendo peccet, contractum tamen tenet. c. Rursus, qui cleric. vel monac.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 14.

5 COniugatus de licentia coniugis suæ promittentis, & iurãtis se castitatẽ perpetua seruaturum, & intraturũ religionem per instrumentũ publicum, qui tamen postea religionem intrare nolit, sed vitam inhonestam, & adulteram agit, licite religionem ingredi, & profiteri, aut in seculo manens, sine alio vxoris suæ consensu presbyterio ordinari põt, ita vt ab episcopo, vel aliquo alio ad eã redire, vel ab officio suo suspendi nequeat. Quia licet cõiux regulariter ad sacros ordines promoueri non possit, c. cũ sis, de conuer. coniug. aut religionem ingredi, nisi ipsa quoque eam ingrediatur, maxime si sit iuuenis, & de fornicatione suspecta; c. ad Apostolicam, tit. eo. si tamen de consensu vxoris promittentis, & iurantis seruare cõtinentiam, & intrare religionem ordinetur, aut profiteatur ordinatio, aut professio facta valet, & ordine accepto vti, & in religione manere tenetur, adeo vt vxor pstata, q cõsensu,

Digitized by Google

ſcopo, vt ea, quæ vouit, adimpleat, compelli poteſt, vt ait Pan. in d. c. ad Apoſtolicam & in c. ſignificauit. tit. eo. Non ſolum ea ratione, quod de ſubſtantia profeſſionis mariti non ſit profeſſio vxoris, ſed conſenſus ipſius cum voto cõtinentiæ, ſi non ſit de fornicatione ſuſpecta, & cum voto religionis, ſi ſuſpecta ſit: ex c. cum vxoratus & c. ad Apoſtolicam, & c. ſignificauit, de conuer. coniug. ſed etiã illa alia, quod coniuge adulterante coniux innocens ab omni ſeruitute, quam illi debet, ratione coniugij, liberatur: c. Agathoſa. 27. q. 2. ita vt licitè ſacros ordines ſuſcipere, aut religionè profiteri, ſine vlla iudicis ſententia, maximè ſi adulterium manifeſtum ſit, tuta cõſcientia poſſit. c. ſignificaſti, de diuortijs, & Nau. in Man. c. 22. nu. 21.

DECISIO VI.

Ex conſ. 11. alias 2.

6 DVcens concubinam, quæ poſt conſummatum matrimonium ad ſuum concubinarium rediit, ob quam cauſam maritus in partes longinquas recedens tacito matrimonio religionem profitetur, & ſacris ordinibus etiam presbyteratus inſignitur, & Miſſas celebrat; quamuis male ordines ſuſcipiendo in irregularitate ob Bigamiam incurſa, a ſolo Papa diſpenſabili, & in eadem etiam irregularitate celebrando, peccet c. Acutius, & c. deinde d. 26. & c. 5. de bigam. omnique priuilegio clericali careat, c. 1. de big. in 6. factaque profeſſio ob adulterium vxoris tenet, c. Agathoſa. 27. q. 2. Nouam tamen irregularitatem celebrando in irregularitate non contrahit, ex Inno. in c. ſi celebrar. de cler. excom. miniſtr. & Nau. in Man. c. 27. num. 194. & poſt diſpenſationem ſuper irregularitate Bigamiæ, & mala ordinum aſſumptione, & executione licitè celebrare poteſt, quamuis aliqui exinde ſcandalizentur, cum ſcandalum ſolum actiuum, & non paſſiuũ attendendum ſit ex S. Th. 2. 2. q. 43. ar. 7. & 8.

DECISIO VII.

Ex conſ. 10. in Nouis, deeſt in antiquis.

7 CVm per adulterium notorium vxoris ipſo iure abſq; ſententia ſeparationis ſolutum ſit matrimoniũ quoad thorum, & cohabitationè, adeo vt ipſa adultera reſtitutionem viri petere nõ poſſit, c. Significaſti, de diuor. cõſequenter maritus, nulla vxore religionem ingredi, & ordines ſacros ſuſcipere valet, ex Gl. in cap. Agathoſa. verb. conuerſionis, 27. q. 2. cum quoad hunc effectũ ordo ſacer. & monachus parificentur, c. coniugatus, & c. cum ſis, de conuer. coniug.

DECISIO VIII.

Ex conſ. 13. in Nouis, deeſt in antiquis.

8 COniugatus de licẽtia vxoris ſuæ nondum carnaliter cognitæ, aut etiam cognitæ iuſtè ordinari poterit; Arg. c. qui vxorè, 33. q. 5. etiã ſi vxor monaſterium non ingrediatur, dũmodo voueat continẽtiam, c. coniugatus, de conuerſ. cõiug. & etiam ſi vxor continentiam non voueat, modo ſit ſenex, vel talis extra ſuſpicionem incontinentiæ vt tamen religionem profiteatur conſenſus vxoris nõ ſufficit etiam votum continentiæ emittentis, niſi ipſa etiam religionem ingrediatur, c. 1. & c. cum ſis, de conuerſ. coniug. quandoquidem monachiſmus plus ſeparat, quam ſacerdotium, vnde etiam quoad vinculum tollit matrimonium ratum, ſed non conſummatum, quod nõ facit ſacerdotium, c. ex publico. de conuer. coniug. & Extrauag. 1. de voto, Ioan. 22. & quia ſacerdos melius poteſt prouidere vxori remanenti in ſeculo, ne fornicetur, quam monachus incluſus.

TITVLVS XXVI.

De conuerſione infidelium.

SVMMARIVM.

1 *Infidelis vxore conuerſa aliam ducens, ſi poſtea ipſe conuertatur, ad priorem nondum alteri nuptam, redire tenetur.*

2 *Infidelis conuerſus, antequam aliam ducat, vxorem infidelem monere debet.*

3 *Infidelium coniugum alter conuerſus, aliam ducere poteſt, ſeruatis tamen requiſitis.*

4 *Iudæorum infantes apud parentes educari debent.*

DECISIO I.

Ex conſ. 1. alias 3.

1 INfidelis habens vxorem, quæ ad fidem conuerſa, innupta manet ſecundam ducere non poteſt, & ſi de facto ſecundam ducat, & ex ea liberos generat, & cum ea ipſe quoque poſtea ad fidem conuertatur, viuente adhuc priore innupta ſicut ad priorem nondum nuptam, ſi ipſa velit redire, tenetur, ita etiam ipſa conſentiente, cum Papæ diſpenſatione, cum ſecũda licite remanere poteſt. Quia cũ inſeparabilitas matrimonij de lege naturæ ſit ex S. Thom. quarto, diſt. 33. quæſt. 5. art. 1. quam naturæ legem neque conuerſio ad fidem, neque baptiſmus tollunt, ſed perficiunt, ex eodem S. Thom. quarta, diſtinct. 39. quæſt. 1. articul. 3. & contra legem naturæ ſit vt quis eodem tempore duas vxores habeat, c. gaudemus, de diuor. & S. Thom. 4. diſt. 33. quæſt. 1. conſequenter viuente prima vxore, & innupta manente, infidelis maritus ſecundam valide ſine diſpenſatione ducere nequit, & ſi ducat matrimoniũ non valet. Quamuis enim coniuge conuerſa, nolẽte cõiuge marito ſe conuertere, poſt pertinaciam eius alteri fideli licite nubere poſſit; c. ſi infidelis, 28. q. 1. & c. quanto, & ca. gaudemus, de diuort. prius tamen matrimonium nec per conuerſionem aut baptiſmum, nec per coniugis infidelis pertinaciam, donec alteri realiter nubat, ſoluitur: Gl. in ca. gaudemus, de diuort. et Sanct. Thom. 4. diſt. 39. quæſt. 1, artic. 1. 2. et 5. Quod matrimonium ſecundum quia ſacramentum eſt, prius matrimonium quod ſacramentum non fuit, ſed tantum contractus indiſſolubilis, & nondũ ratus, vt ait S. Th. in dicto artic. 5. uer. ſed contra. diſſoluit. Cum ergo Papa ex iuſta cauſa ſuper matrimonio a fidelibus contracto rato, nondum conſummato diſpenſare queat, ut hi qui contraxerunt, cum aliis cõtrahere poſſint; Gloſſ. in cap. ex publico, de conuerſ. coniug. et Nauar. in Manual. capitul. 22. numer. uigeſimoprimo, a fortiori ſuper matrimonio inter dictos infideles legitime cõtracto, quod non fuit ratum, eo quod non erat ſacramentum, ſed ſolum contractus purus habens inſeparabilitatem naturalem, ſola lege naturæ, inductam, et nuda a ſignificatione ſacramentalis, iuſta ex cauſa diſpenſare poteſt, et proinde efficere poteſt vt accedente conſenſu prioris vxoris conuerſæ innuptæ manentis (cuius conſenſus cauſa iuſta eſt diſpenſandi) vir eius, qui ad huc infidelis cum alia infideli poſtea contraxit, cum eadem conuerſus ad fidem remaneat.

DECISIO II.

Ex conſ. 2. alias 1.

2 INfidelis conſtante matrimonio legitimo cum prima, aliam ducens vxorem, cum qua poſtea ad fidem conuerſus ſacrum baptiſma cum illa ſuſcepit, prima vxore legitima in infidelitatis errore permanente, primam illam legitimam prius monere, expectare, & voluntatem eius explorare tenetur num ad fidem conuerti, & baptizari, & cum eo cohabitare velit, quam cum ſecunda illa ad fidem ſimul cum ipſo conuerſa, & baptizata matrimonium legitimum contrahere poſſit; Quia cum prius matrimonium per ſolam conuerſionem ad fidem non ſit diſſolutum, nec per infidelis obſtinationem, ante ſecundum matrimonium legitime contractum, & ſi conuerſus non teneatur cohabitare coniugi non conuerſæ, ſi nolit; nouum tamen matrimonium contrahere, aut votum continentiæ emittere non poteſt, niſi prius aliqua honeſta rogatione, & monitione, aut alia probatione ſufficienti de obſtinatione prioris appareat noſ-

se se conuertere, nec conuiuere conuerso sine creatoris contumelia. capit. Iudæi 28. quæstio. prima. gloss. in capit. quanto, de diuortijs. S. Thom. 4. distin. 39. q. 1. artic. 4. & 5. & Sotus ibid. art. 4. Syl. ver. matrimonium, 8. q. 10. nu. 8. & Angelus pariter verbo matrimonium, & impedim. 10. §. 6. Idemque de Iudæo conuerso, qui vxorem secundam, tempore Iudaismi, post primam legitimam repudiatam, siue non repudiatam duxerit, quod de infideli conuerso cum illa, cum qua secundo in infidelitate contraxerat, priore legitima viuente, dicendum est: eo quod repudium vel nunquam, vel saltem post Christi passionem Hebræis non licuisse constat. ca. gaudemus, de diuortijs, & DD. in 4. dist. 33. & 39.

DECISIO III.

Ex cons. 2. in Nouis, deest antiquis.

3 QVamuis Iudæi cærimonias aliquas de consilio, vel præcepto in cõsummandis suis matrimonijs obseruent, præter liberum & legitimum consensum requisitũ ad substantiam & essentiam eius, sicut & ecclesia catholica in consummatione matrimoniorum suorum Christianorum, nullam tamen solemnitatem tantæ virtutis & efficaciæ seruant, vt matrimonium iure naturali validum & indissolubile, reddatur nullum propter illius defectum; Antiquæ vero eorum leges ad nuptias pertinentes, tanquam iudiciales, vel cærimoniales abrogatæ sunt, ex S. Th. 1. 2. q. 103. ar. 3. & q. 104. art. 3. Sot. 4. d. 39. q. 1. art. 1. vnde si Iudæus, & Iudæa contractis sponsalibus per verba de præsenti, nõ seruatis alijs cærimonijs secundum vsum Iudæorum seruandis matrimonium consumment, illudque verum matrimonium sit, c. Gaudemus, de diuort. postea ad fidem catholicam conuersi matrimonium de nouo seruatis solemnitatibus Concilij Tridentini, sess. 24. c. 1. de refor. matrim. nequaquam contrahere tenentur. Quandoquidem baptismus coniugia legitima non dissoluat, si ambo coniuges conuertantur, etiamsi altero infidelitate manente, is qui conuertitur, aliam, seruatis tam requisitis, ducere possit, 1. Cor. 7. & 28. q. 1. per totum.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. in Nouis, deest in antiquis.

4 IVdæorum infantes, pueri, id est qui nondum ad 12. ætatis annum peruenerunt, apud parentes educari debent, ad quos iure naturali, & diuino regimen eorum, circa spiritualia spectat. Parte autem mortuo, apud matrẽ, aut paterno etiam Christiano excluso educandi sunt, eiq; tutela danda erit; non obstante quod subsit timor quod pueros ad infidelitatem trahet. Neque tales infantes, inuitis vtrisque parentibus, aut mortuo patre, inuita matre baptizandi sunt, c. quia sincera, & c. de Iudæis, d. 45.

TITVLVS XVIII.

De voto.

SVMMARIVM.

1 *Propositum & deliberatio quantumuis firma, votum facit.*
2 *Vouens religionẽ in genere, vel in specie, ad quid tenetur.*
3 *Promissio facta sanctis censetur votum, quia Deo facta videtur.*
4 *Vouens castitatem, & religionem, an ab hac liberatus, etiam ab illa liberetur.*
5 *Voti commutatio in re meliori, seu æquali facienda est.*
6 *Propositum etiam continuatum voto non æquipollet.*
7 *Votum ob periculum mortis emissum, quando validum censeri debet.*
8 *Vouere castitatem censetur, qui dicit, seruiam tibi Domine intelligendo in statu continentiæ.*
9 *Vota tria emittens, vt suffragijs religionis gaudeat, nõ est religiosus, nec eam intrare tenetur, sed tantum vota, vt simplicia seruare.*
10 *Votum non est promittere nolle in seculo mori.*
11 *Vouens religionem, & castitatem si principaliter intendebat religionem intrare, liberatus a voto religionis, est etiam a voto castitatis.*
12 *Vouens alternatiuè duo, alterum implere tenetur.*
13 *Votum emissum a matre de legitimis a filijs renunciatis, non valet.*
14 *Votum non transeundi ad arctiorem, seu non intrandi religionem, non tenet.*
15 *Translatus nihil eorum, quæ in priori monasterio habebat, transfert ad secundum.*
16 *Professus non est, qui fictè religionem ingressus etiã post 13. menses eijcitur.*
17 *Votum non ludendi honesto ludo non obligat.*
18 *Votum de intranda religione, si frater Romam venerit, donec ipse moriatur, tenet.*
19 *Vouens vnam religionem ingredi, aliam profitens satisfacit, sed non si ante professionem exeat.*
20 *Vouens talis Monasterij fratur fieri, illud ingrediens, ante professionem exire, & matrimonium licitè contrahere potest.*
21 *Votum de intranda vna religione commutat Papa respondendo, vt aliam intret.*
22 *Voto de intranda religione satisfacit, qui intrat, & quia ingrata sibi, & impossibilis est, egreditur.*
23 *Votum de non tangendo mulierem libidinose, non est castitatis.*
24 *Vouens in religione mori, intrare, & perseuerare tenetur.*
25 *Vouens religionem sub conditione, & satagens ne ea adimpleatur, tenetur adhuc voto.*
26 *Habitum nouitiorum etiam per decem annos deferens, profiteri non præsumitur.*
27 *Religionem qui sæpius ingressus in nulla perseuerauerit, statum clericalem eligat.*
28 *Religionem qui ex voto pœnali intrare debet, prius debita soluat.*
29 *Voto de intranda religione satisfacit, qui intrat, & ob morbum exit.*
30 *Votum transeundi ad arctiorem prælatus dispensare, & commutare valet, non tamen irritare.*
31 *Papa relicta in vsus pios, in alios conuertere potest.*
33 *Votum qui commutare valet, pœnam ob illius fractionem remittere nequit.*
34 *Absolutus a pena incursa ratione voti, a voto absolutus non est.*
35 *Vota qui virtute Iubilæi commutare potest, pœnas incursas relaxare nequit.*
36 *Voti obligationem iracundia non vitiat.*
37 *Iurans, aut vouens per iram religionem intrare, an teneatur intrare.*
38 *Vouens non commisceri mulieri, quam falso suam cognatam putat an, & quando ad votum tenetur.*
39 *Voto castitatis astrictus, si postea matrimonium contrahat, an debitum petere possit.*
40 *Vouens certum monasterium, seu certam religionem intrare, si ibi non recipiatur, liber manet.*
41 *Votum castitatis subdiaconatus ordini annexum est.*
42 *Subdiacono, qui publice ordines suscepit, vt vxorem ducat concedi non debet.*

Votum

43 *Votum de intranda certa religione, duo in se continet, & quænam hæc sint.*

44 *Vouens sacros ordines sumere, etiã si beneficium, aut patrimonium non habeat, uxorem ducere non potest.*

45 *Votum intrandæ religionis collationem beneficij postea factam non annullat.*

DECISIO I.
Ex cons. 1. alias 4.

1 MOrbo grauissimo ad mortem vexatus, & multa pia facere proponens, & inter alia declarans, & disponens religionem ingredi, Deo sibi sanitatem concedente, ipsa sanitate secuta religionem ingredi non tenetur, c. literaturam, de voto. Quia cum aliud sit velle aliquid facere, & aliud obligare se ad id faciendum, & a diversis illatio fieri non debet. l. Papin. ff. de minoribus. Nullum propositum, quamlibet firmum, nec deliberatio vlla quantumuis resoluta efficere potest votum, aut promissionem obligantem de præcepto adimplendi proposita deliberata, & dicta nisi promittat, & voueat illa facere, ex S. Th. 2. 2. q. 88. art. 1. & 2. Arch. in cap. qui bona 17. quæst. 1. & Nau. in Man. cap. 12. num. 24.

DECISIO II.
Ex cons. 2. alias 28.

2 ÆGrotus vouens religionem Minimorum, aut aliam religionem particularem ingredi, & sanus effectus adiens Generalem religionis illius, qui non vult eum recipere, non satisfacit voto, nec absolutus ab eo sine alia causa in id accedere, censetur; licet enim vouẽs ingredi religionem in certo monasterio, quod non vult eum recipere declarari possit a voto absolutus, ex Nau. in Man. c. 12. n. 48. vouens tamen Religionem in genere, vel in specie, nõ se restringendo ad aliquod monasterium, alias religiones quærere tenetur, licet ab aliqua, vel ab aliquibus repudietur, ex Cai. 2. 2. q. 188. a. 3. Nec sufficit refutatio solius Generalis non reddita saltem causa sufficienti, quare omnia monasteria suæ religionis eum refutare debeant. Quia sicut acceptatio, & admissio volentis ingredi religionem pertinet ad prælatum, & conuentum monasterij, gl. in c. si. de reg. in 6. ita etiam refutatio ad eosdem & nõ ad Generalem spectat: potest tamẽ Generalis, vel Prouincialis causa cognita & auditis partibus, suis subditis iubere, ne aliquem tali, vel tali de causa recipiant; Refutatus autem a maiori parte Prælatorum, & conuentuum Regni, vel magnæ prouinciæ, liber a voto censeri debet.

DECISIO III.
Ex cons. 3. alias 8.

3 PVella, quæ deliberatè in manibus episcopi visitatoris se monialem futuram promittit, votum simplex de intranda religione facere non censetur, & proinde valide sponsalia, non obstante dicta promissione, contrahere valet. Quia cum de essentia voti sit vt promissione fiat Deo, adeo, vt professio facta sanctis ideo censetur votum, quia videtur facta Deo, quatenus nimirum sancti deificati sunt, & participatione quadam dij facti; ita a contrario sicut promissio facta sancto de aliquo bono, tanquam homini rationali, non habito respectu quod sit deificatus, votum non censetur ex Cai. 2. 2. q. 88. ar. 5. sic neque promissio facta homini ad faciendum illum certiorem rei futuræ, votum erit. Cum itaque promissio facta per præfatam puellam non erat facta Deo de se faciendo religiosam, sed tantum Episcopo facta fuit ad certificandum illum de voluntate faciendi se religiosam, consequenter votum fecisse non censebitur.

DECISIO IV.
Ex cons. 4. alias 13.

4 RVsticus castitatem voueas, simulque religionẽ quandam intrare, nesciens tamen an tunc intenderet se ad castitatem seruãdam obligare, licet ad dictam religionem non admitteretur, si postea admitti ad religionem non possit; in dubio partem tutiorem eligere tenetur; ex c. ad audientiam, de homic. & pia. iuuenis, de sponsal. & ca. ad audientiam, de homic. & proinde reputare se debet obligatum ad castitatem etiã extra religionem seruandam, quamuis ob talem dubitationem facilius erit dispensationem a Papa per sacram Poenitentiariam obtinere.

DECISIO V.
Ex cons. 5. alias 19.

5 VOuens presbyter fieri, & postea non alia de causa, quam poenitentia ductus obtinens commutationẽ, vt quolibet mense in vita sua frequentaret confessionem, & communionem, non obstante hac commutatione, tẽpus presbyterij per sacros canones præfinitum, puta vigesimumquintum annum expectare, & presbyter fieri, si possit, aut votum prius in aliud melius, vel æquale bonum commutare tenetur; quia cum voti commutatio, vel in aliud opus melius, vel saltem æque bonum fieri debeat, ex Nau. in Man. cap. 12. num. 63. & confessio menstrua, & communio æquipollens opus assumptioni presbyteratus non sit, obligatio primi voti adhuc durat, & in suo robore permanet, nec per talem commutationem inualidã, & nullam tolli potest; quia non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, cap. Non præstat. de regu. iur. in 6.

DECISIO VI.
Ex cons. 6. alias 3.

6 HAbens propositum mutandi vitam, & intrandi religionem, postea tamen sponsalia cum virgine contrahens, sed sine præsentia parochi, cum præfata virgine Matrimonium contrahere tenetur; quia neque propositũ etiam sæpius iteratum, aut diu continuatum votum constituit, aut obligationem necessariam intrandi religionem inducit, c. literaturam de voto. & Panor. ibi. & Nau. in Man. c. 12. nu. 24. neque Concilium Tridentinum, sess. 29. c. 1. de ref. Matr. sponsalia de futuro contracta sine præsẽtia parochi annullat, sed tantum sponsalia per verba de præsenti ex Nau. in Man. c. 25. nu. 144. & ideo ad contrahendum Matrimonium virtute sponsaliorum obligatur, quamuis & ipsa etiam per ingressum, & professionem religionis dissoluuntur, c. 1. de conuers. coniug.

DECISIO VII.
Ex cons. 7. alias 1.

7 CVm iudicium, quod sufficit ad aliquem obligandum diabolo, sufficiens etiam sit ad obligandum Deo, gl. in c. mulier. 32. q. 2. & constat, eum qui proximum ferit, vel occidit per iracundiæ calorem peccare mortaliter; cõsequenter votum in ægritudine, prælijs, nauigationibus, calore iracundiæ, aut alia animi perturbatione factũ, quæ hominem insanum, vel furiosum non reddit, nec iudiciũ rationis penitus tollit, vouentem ad illud implendũ obligat, Panorm. in ca. dudum, de conuers. coniug. & Nau. in Man. c. 12. num. 24. quamuis vota sic facta a Prælatis iustè commutari, & dispensari possunt, c. 1. & 2. de voto, & Nau. in Man. c. 12. nu. 24. & 77.

DECISIO VIII.
Ex cons. 8. alias 5.

8 QVi dicit Deo, *Da mihi Domine salutem & ego seruiam tibi* intelligendo mente de seruitio in statu castitatis, & continentiæ, votum seruandæ castitatis emisisse censetur, ad eamque seruandam obligatur; cum mens dicentis fuerit, (cui maxime attendendum est) se ad castitatem seruãdam, secundum propriorem verborum significationem, obligare.

DECISIO IX.
Ex cons. 9. in vtrisque.

9 SAcerdos beneficiarius in articulo mortis vouens castitatem, paupertatem, & obed. etiam in manibus Prioris alicuius Monasterij, et in præsentia sui confessarij animo participandi suffragia ordinis prædictorum Prioris, et confessarij; quamuis ex tali uoto religiosus factus non

sit, nec ad religionem intrandam obligatus, eo quod nec eam intrare promisit, nec Prior, & Confessarius potestatẽ incorporandi illum suæ religioni habebant, quod tamen necessarium est, vt quis religiosus esse possit, cap. ad Apostolicam, de regul. ad vo a tamen il'a ier anda tanquam simpl'icia teneuir, ita vt castitatem ex dup' ci voto, tã Sacerdotali, quam castitatis paupertatem etiam ex eodem voto, obedientiam vero ex nu lo seru re tenetur; Quia illud non fuit legitime acceptatum ab ordine, aut co men tu p ost annum probationis, prout Conc lium Tr dentinũ sess. 25. c. 15. de reg r. quirit: nec ipse animum obligandi se Episcopo, vel alij Prælato habuit, plusquam ante vo. um obligabatur,

DECISIO X.
Ex conf. 10. alias 6.

10 Qvi scrupulis diuersis rebus secularibus natis agitatus proponit intrare religionem certam, aut dicit, *Promitto non mori in seculo*: nec virtute talis propositi, aut rigore verborum, quo dixit, votum religionis emisisse censetur: quia proponere etiam firmissime intrare certã religionem, non est vouere; ex S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 1. & 2. Nau. in Man. c. 12. num. 24. & verba prol..ta, solum non velle mori in seculo, non autem rel g onis ingressum, significant.

DECISIO XI.
Ex conf. 11. deest in Nouis.

11 CVm votum ab intent one vouentis expressa, vel taci ta pendeat, qui principaliter vult vouere castitatem & accessorie religionem, vt facilius eam in illa seruet, ea seruare tenetur, etiamsi ab intranda religione excusetur; sicut etiam qui principaliter vult religionem vouere, & veluti accessorie castitatem, quam facilius in religione see uare possit, a voto religionis liberatus, etiam & a voto castitatis liber erit; eo quod accessorium sui principalis naturam sequitur, c. Accessorium, de reg. iur. in 6.

DECISIO XII.
Ex conf. 12. alias 17.

12 VOuens intrare religionem Capucinorum, vel cuidã particulari Hospitali seruire; si a Capucinis recipi non possit, ad seruiẽdum præfato Hospitali tenetur; quia qui promittit duo alternatiuè, alterum adimplere tenetur. c. in alternatiuis, de regu. iur. in 6. & aliam Religionem intrando peccat; eo quod illud quod Hospitali debebat, ita soluit alteri, vt fiat inhabilis ad soluendũ quod debuit Hospitali soluẽs autem vni, quod alteri debet, peccat, c. ea te. de iureiu. facta tamen professio in illa religione valida erit.

DECISIO XIII.
Ex conf. 13. alias 16.

13 MAter de legitimis filiæ Monasterium ingressę, & renunciantis legitimas eius, & patris, quas in bonis eorum habere sperabat, Monasteriũ ædificare vouens ad votum illud implendum non tenetur, quia filij licet viuentibus parentibus, spem succedendi in bonis parentis post eorum obitum habeant, antea tamen nihil iuris in eis habere possunt, l. 1. §. si impuberi. ff. de coll. bon. Ideoque per renunciationem filiæ ante mortem patris, nihil patri, aut matri eius acquiritur nisi sola libertas testandi de bonis suis inter reliquos filios, & filias, perinde ac si ipsa filia eius nõ fuisset. Couar. in c. quamuis pactum, de pact. in 6. Et si quid ex illa legitimarum patris renunciatio ne acquiri posset, de illa pater non mater disponere valeret vnde consequenter votum a matre emissum de legitima filę ante obitum patris sic renunciata, tanquam de nihilo factum, nullum & irritum censendum est.

DECISIO XIV.
Ex conf. 14. alias 55. de Regularib.

14 QVi semel vouit non transire ad regulam arctiorem, postea ad aliam Religionem, quæ & constitutione suæ religionis, & concessione Apostolica est strictior, & concessione Apostolica est strictior, & suæ natura, & cõditioni aptior, & ad seruiendum Deo opportunior, non obstante voto i.o li ite transire potest. Sicut enim votum de non intranda religione nihil vouenti ad illam intrandam obstat quia maioris boni impeditiuum est; Arg. c. si. 22. quæst. 4. & p obat. S. Th. 2. 2. quæst. 88. artic. 2. ita nec votum de non intrand. arctiori religione, vouenti; ad illam intrandam, tanquam maioris boni impeditiuum, obstabit & proinde post petitam licet non obtentam a superiore licentiam, c. Virgines, 20. q. 4. c. licet. de regul. illam licite intrare potest.

DECISIO XV.

15 REgularis cum incapax omnino Dominij, & possessionis sit, etiam sui Breuiarij, nec aliquid sibi, seu nomine suo acquirere potest, sed quicquid acquirit quomodocunque siue per contractum, siue per vltimam voluntatẽ, siue per industriam, siue iuste siue iniuste Prælati, DeEcclesiæ, & suo Monasterio, vbi est professus acquirit & etiã quæsita per eum ante probationem, & nondum in alium legitime translata, per professionem, in Religionem, vel Monasterium, quibus se dicat, transfert; Auth. ingressi, C. de sacros. eccl. & c. in præsentia, de proba. & c. 2. de test. & c. 2. & c. cum ad monaster um. §. fi. de sta. monach. Cõsequenter transiens ab vna religione ad aliam, nihil eorũ, quę in priori religione, vel Monasterio habebat, vis vestes & scripta sua, quæ primæ religioni suæ inutilia essent, & alia, quorum delationem probabiliter crederet Prælato suo non fore ingratam ad secundam illa secum transferre potest: reliqua vero minime nisi relictis originalibus vel eorum copijs, per quas fieret ne delatio eorũ esset religioni damnosa.

DECISIO XVI.
Ex conf. 15. alias 45. de regul.

16 PRoponens firmiter certam religionem intrare, eamque intrans, sed post vndecim menses eam egressus, & fictè aliam intrans animo non faciendi professionem, in qua per tredecim menses mansit nulla expressa professione facta, & eam postea sine licentia egressus, & a superiore captus, & habitu spoliatus, neque votum aliquod re ligionis fecisse, neque religiosus censendus est, ideo neque religionem aliquam intrare tenetur. Quia propositum intrandi religionem etiam firmiter conceptum, votum obligatorium non inducit, ita S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 1. ex Nau. in Man. c. 12. nu. & etiamsi voluisset, illud tamen satis intrãdo religionem 24. ibique per tot menses manendo impleuit, cum votum de intrãda religione per introitum adimpletum cesset, licet professionem non faciat ex S. Th. 2. 2. q. 189. ar. 4. Neque tacite professus est, qui fictè religionẽ ingressus etiam post tredecim menses eijcitur, & habitu a Superiore illius spoliat. Arg. c. humanæ aures, 22. q. 5. & c. tua. de sponsal.

DECISIO XVII.
Ex conf. 16. alias 36.

17 CVm ludus triplex sit, honestus, recreationis gratia factus, & venialiter malus, & malus mortaliter, ex S. Th. 2. 2. q. 168. ar. 3. & 9. ex Nau. in M. c. 20. Quauis votũ de non ludendo ludo honesto non obligat, eo quod est contra bonos mores, Arg. c. in malis, 22. q. 4. & cap. nõ est obligatorium, de reg. iur. in 6. votum, amen de non ludẽdo ludo venialiter, aut mortaliter malo, vouentem obligat, & bonũ est, sicut enim votum peccandi venialiter, aut mortaliter, malum est, c. si aliquid, ita et am uotum de non peccando uenialiter certo aliquo genere peccati, aut mortaliter, est bonum, iusta tamẽ de causa, ea, quia uouẽs est nobilis, & uetetur se non seruaturũ uotũ in exercitu, uel Curia, ubi uiuit, & magna est ludendi occasio, & consuetudo inter homines su statius, & ordinis, a Papa ab obligatione uoti absolui põt, & in bonũ maius, uel æque bonũ commutari. Quia sicut Pœnitentiaria admittere solet pro iusta causa, uel pro parte causæ dispensandi super uoto castitatis, eo quod qui, uel quæ uoueruãt de urgetur & grauibus stimulis carnis ad fornicãdũ, & uouẽs perinde fornicaretur, ac si uotũ castitatis nõ emisisset, quia huiusmodi dispẽsatione trahit a maiori peccato ad minus, & peccatum hoc

tarj

tati iustè quis potest, vt si paratus sit peccare alterum de duobus peccet potius peccatum minus, c. si quod verius, 3 .q.a. ita etiam iusta causa est dispensandi in voto non ludendi ludo mortaliter malo, cum eo qui probabiliter creditur peccaturus etiam côtra votum. vt sic saltem minus peccatum committat, cum minus sit sine voto, quam cum voto peccatum mortale committere.

DECISIO XVIII.

Ex consil. 17. alias 15.

18 VOuens ingressum religionis, si frater eius Romam venerit, donec frater moriatur, a voti obligatione non liberatur, nec interim vxorem ducere potest; Arg. c. in præsentia, & c. tua, de spon. & Nau. in Man. c. 12. nu. 43 & 75. Nec alius in tali voto religionis, etiamsi conditionale sit præter Papam dispensare potest.

DECISIO XIX.

Ex conf. 18. alias 26.

19 VOuens ingredi certam religionem, licet non teneatur eam ingredi, si post illud votum ingressus, & professus sit aliam religionem, cap. qui post votum. de regul. in 6. tenetur tamen, si non profiteatur secundam, Anchar. in d. cap. qui post votum.

DECISIO XX.

Ex conf. 19. alias 25.

20 VOvens certi Monasterij frater fieri, & illud ingrediens, ante professionem libere ab ea exire, ea S. Th. 2.2.q.189.art.4. & Matrimonium licitè contrahere potest. c.1. de reg. in 6. Quia votum intrandi religionem, & se fratrem faciendi, quoad hoc paria sunt, & eiusdem virtutis, Caiet. 2.2 q.189.art.4. & ideo huic, sicut & illi solum intrando, licet non profitendo, satisfit.

DECISIO XXI.

Ex conf. 20. alias 33.

21 PApa, rogatus super dispensatione voti de intrâda religione aliqua vna; Respondendo vt aliam ingrediatur, præfatum votum non dispensasse, ne illo teneatur, sed illud tantum in aliud commutasse censetur, & proinde ad aliam religionem in genere intrandam obligatur.

DECISIO XXII.

Ex conf. 21. alias 23.

22 OBligatus ex voto ad intrandam aliquam religionem in genere intrando Carthusianam ante ætatem, quâ eius statuta requirunt, & ob id post sex menses nouitiatus eijcitur, voto suo satisfecisse non censetur; sed vel ipsam, post legitimam ætatem ingredi tenetur. Quia vouens intrare religionem, & intrans, tunc solum voto satisfacit, quoad forum conscientiæ ad effectum exeundi, si ex ea vult exire, vel quia ei ingrata est, vel sibi videtur importabilis: ita S. Th. 2.2.q 189.d.3. & 4. & Caiet. ibi. secus autem si non exeat, aut quia sibi ingrata, aut quia sibi impossibilis videtur sed ideo quia statuta ordinis repugnant: vnde cum vouens intrare religionem in genere, non solum tenetur al quam approbatam intrare, sed etiam quam scit, vel scire debet iustè sibi esse aptam, nec se iustè pati defectum ob quem per statuta eius reijci possit; & eam profiteri, nisi ei ingrata, vel importabilis videatur; præsertim cum ipse in particulari religionē Carthusianam non vouerit; non obstante ingressu, & egressu præfato ad aliam religionem intrandam, vel eandem post debitam ætatem, & sublato impedimento tenetur, nisi iusta aliqua de causa cognita, Papa votum suum vel relaxet, vel in aliud commutet.

DECISIO XXIII.

Ex conf. 22. alias 42.

23 VOuens emittens de non tangendo mulierem libidinosè, votum castitatis emittere non censetur; sicut neque qui votum de non ducendo vxorem emisit, castitatem vouisset, iudicari debet: ex Man. c. 12. num. 43. cum multo plura votum castitatis, quam hoc votum includit; votum etenim castitatis omnia ea includit, quæ in 6. Decalogi præcepto prohibentur; Man. c. 17. nu. 12. immo & Matrimonium, & copulam eius; c. Vouentibus. 12. q. 1. & consequenter Episcopus in tali voto de non tangendo mulierem libidinosè dispensare potest; cum tamen castitatis votum Papæ reseruatum sit ea Nauar. in Man. c. 12, num. 75. & 76.

DECISIO XXIV.

Ex conf. 23. 26. alias 7. 22.

24 PRoponens longo tempore intrare religionem, & tandem proferens hæc verba; *Promitto morti in religione*, votum religionis emisisse censetur; sic enim dicendo, tacitè dixisse videtur, promitto intrare religionem, & in ea mori; votum autem generale de intranda religione valet, c. constitutionem de reg in 6. cui voto non satisfacit solū intrando religionem, nisi etiam eam profiteatur, in eaque moriatur; cum uirtualiter sic dicendo duo uota fecisse uideatur; Alterum de intranda religione; & alterū de perseuerando in ea; quorum prius completur intrando tantum, posterius autem non nisi profitēdo, ea Nau. in Man, c. 12. nu. 47. Sufficit autem quamcunque religione uoluerit profiteri, quia promissioni indefinitæ, & Generali per unum suppositum fit satis. gl. in c. circa, de elect. in 6.

DECISIO XXV.

Ex conf. 59. alias 52.

25 VOuens intrare certam religionem, si ad scientiā necessariam ingressui illius ordinis perueniret, & reiectus ab uno Monasterio illius ordinis ob eius insufficientiam, non censetur uoto satisfacere, eo solo quod ab uno Monasterio sit repulsus, sed alia Monasteria illius ordinis quærere tenetur, ut liber a uoto esse possit; & dare operā debet studijs, ut pro illa religione aptus inueniatur, ne ex parte sua impedimētum sit, quo minus in illa recipiatur; quamuis enim uouens religionē sub conditione non obligatur, donec conditio adimpleatur, c. si pro te. de rescrip. satagens tamen ne adimpleatur ea, uoti reus iudicatur.

DECISIO XXVI.

Ex conf. 14. alias 7. de solution.

26 OBlata a parentibus in ætate pupillari Monasterio cū dote, & habitum nouitiarum etiam per decem annos aut plures gestans, ea Innoc. & Pan. in c. ex parte. de regul. Card. in cle. eos tit. eod. Tab. uerb. nouitius, & Ang. eod. num. 12. & sæpè dictis & factis ostendens se animum profitendi non habere, nec unquam habuisse. ex tali habitus gestatione nec uotum, nec noui ratificationem emisisse censetur, sed liberè a Monasterio exire, & Matrimo-
44 nium contrahere potest. c. 1. §. 1. de reg. 6.

DECISIO XXVII.

Ex conf. 27. alias 35.

27 VOuens ingressum religionis, & sæpius eā ingressus, sed ante finitos annos nouitiatus, aut emissam professionem egressus, ob difficultates quas in religione reperit, & semper scrupulis agitatus dubitans etiam quod non saluabitur, si in statu seculari moriatur, sua conscientia uitam clericalem secularem ob experientiam, quam habet suæ in permanendo in religione inconstantiæ eligere, & tentationes malas frequenti oratione repellere potest.

DECISIO XXVIII.

Ex consil. 28. alias 20.

28 REligionem qui causa certorum uotorum pęnalium, quæ fregit, intrare tenetur, sed debita quædam soluenda habet, præfata debita prius soluere, quam religionem ingredi debet; ea S. Thom. 2.2.q.189.art.63. Nec in fraudem creditorum religionem ingredi potest, si habeat, unde ea soluere ualet.

Digitized by Google

DECISIO XXIX.

Ex conf.29. alias 24.

29 VOuens simpliciter religionem ingredi, intrando religionem, & postea superueniente morbo exiens, voto satisfecisse censetur, nec cessante infirmitate redire tenetur; quia sic vouens, vouere censetur secundum formã iuris, ex S.Th.2.2.q.189.ar.4. quæ habet vt intra annum probationis ingrediens religionem, ob infirmitatem, aut aliam causam non sibi gratam libere exire possit, cap. ad Apostolicam. de reg. & c.1. & 2. tit. eod. in 6.

DECISIO XXX.

Ex consil.30. alias 40.

30 REgularis professus licet votum transeundi ad arctiorem religionem sine auctoritate superioris emittens ad eam implendam teneatur, nec Prælatus illud irritare queat: ex S.Th.2.2.q.88.art.8. Caiet. ibi. Sotus lib.7. de iust. q.3.art.1. super illo tamen dispẽsare, aut illud in aliud commutare potest. Quamuis enim religiosus nullam propriam habeat voluntatem, sed a voluntate Superioris dependet, c. non dicatis. 12.q.1. & c. quorundam & c. religiosus. de elect. in 6. & proinde Superiori quoad omnia contenta in regula, & etiam quoad non contenta, quæ sunt, vel esse possunt opportuna regulæ seruandæ, subijcitur: c. Monacho. 20.q.4. quia tamen exitus, & transitus ad arctiorem religionem non est de contentis in regula, nec de opportunis ad eam seruandã, immo potius de contrarijs, c. licet. de reg. proinde in istis voluntati Superioris non subijcitur, ideoque factum votum obligat. Quia vero potestas irritandi votum ex subiectione nascitur, qua ratione votum tale sine Superioris consensu factum obligat, eadem constat, non posse ab eo irritari. Cum autem tale votum non sit proprie votum religionis, sed de transitu ab vna ad aliam religionem, & longè aliud & minus, quam votum de ingressu religionis, vt constat: consequẽter reseruatio, qua votum religionis Papæ reseruatur quę est exorbitans a communi regula iuris (quę concedit Episcopis dispensationem & commutationem votorum) nõ est extendenda ad hoc quod est minus: eo quod iura exorbitantia non sunt extendenda ad alium casum, c. odia. de reg. iur. in 6. nec a separatis fit illatio. l. Papinianus. ff. de minoribus. Et ideo sicut potest Prælatus dispensare super tali voto, ita a fortiori illud commutare potest, cum longe magis sit dispensare, & cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus, c. licet. de reg. iur. in 6.

DECISIO XXXI.

Ex conf.31. alias 34.

31 NObilis iuuenis habens coniugem iuuenem infirmã, & morti proximam & turbatus dolore vouit cuidam sancto mille scuta, si vxor conualesceret, quæ conualuit, sed deinde superuenit mors patris eiusdem iuuenis, qui multa debita reliquit, & filiã virginem indutatã, & natæ sunt eidẽ iuueni duæ filiæ: ex Papæ licentia illa mille scuta in dotem sororis pauperis, & filiarum suarum, attento maximè quod bona vouentis via quatuor millia scuta valeant, commutare licitè potest. Quamuis enim ecclesiæ titulum illius Sancti habenti ius quæsitum fuit ad illa mille, & proinde necessarius videtur cõsensus ecclesiæ cũ id quod nostrum est, sine cõsensu nostro auferri nequeat: l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. quia tamẽ Papa relicta in vsus pios in alios cõmutare potest, Clem. quia contingit. de relig. domib. & donatio rei facta alicui cum adiectione, vt eam det alteri tertio, quoad illum tertium volente donatore. & donatario principali reuocari potest; l. qui Romæ. §. Flauius. ff. de verb. obl. & ibi Bar. & Deus donatarius principalis est volente Papa eius vicario, iusta de causa donatio illa in alium pium vsum cõmutari potest.

DECISIO XXXII.

Ex conf.32. alias 18.

32 VOuens statim habitum Presbyteralem assumere, & postea suo tempore presbyter fieri, statim habitum assumere tenetur, nisi iusta de causa Episcopus dilationẽ concedat, & dispenset: Assumptionem vero ordinis presbyteralis etiamsi legitimæ ætatis fuerit causa studendi, & se ad illud idoneum faciendi, etiam sine Episcopi dispensatione differre potest. Arg. c. cum in eo. de elect. in 6. qui etiam Episcopus iusta de causa votũ illud Presbyterij, cum non sit de numero quinque votorum reseruatorum Papæ, videlicet, perpetuæ continentiæ, Religionis, Peregrinationis in Hierusalem, vel Romam, vel S. Iacobum Compostellæ, c. Et si Dominici, de pœnit. & remiss. ex Nau. in Man. c.12. nu.75. in aliud maius, vel æquè bonum commutare potest, Nihilq; obstat quod votũ Presbyterij votum etiam perpetuæ continentię sub se includere videtur, quod est illi annexum: quia etiam votum religionis ad sui complementum propriè perpetuam continentiam includit, non tamen propter hoc Religionem vouens, illam vouere censetur ex Nau. in Manua. cap.12. num.47.

DECISIO XXXIII.

Ex conf.33. alias 31.

33 CVm aliud sit commutare, aliud remittere pęnam ob fractionem voti, habẽs potestatem certa vota commutandi pęnam ab eorum fractionem remittere nequit: a diuersis enim non fit illatio. l. Papinianus ff. de minorib. c. ad audientiam, de decim. si tamen ante pœnam incursam commutatio fiat, non incurretur pœna, eo quod non frangitur votum, iam per commutationem sublatum, & quod non est, nec frangi, nec dissolui potest, c. ad dissoluẽdum, de desponsat. impub. priuatio enim habitum præsupponit. Decem. de verb. oblig.

DECISIO XXXIV.

Ex conf.34. alias 14.

34 CVm absolutio a fractione voti, aut a pœna incursa ratione fractionis eiusdem & absolutio a voto, inter se diuersa sint, ita quod votum perpetuũ obligat semper, quamuis vouens a peccato fractionis voti, seu a pœna incursa ob votum fractum absoluatur; ex S. Ant. 2. p. tit.12. §.2.c.2. ideo vouens, vel iurans se non peccaturum certũ peccatum sub pœna intrandi religionem, & postea peccans illud, religionem intrare tenetur, & impetrata dispẽsatione solum super pœna intrandæ religionis, quam ob voti fractionem incurrit, iterum peccando ad illam intrandam de nouo tenetur; quia non fuit dispensatus super voto non peccandi sub pœna intrandæ religionis, sed solum super obligatione intrandæ religionis incursa ob primam voti transgressionem, quæ res diuersa est ab illo voto de non peccando sub pœna intrandæ religionis. ex Nau. in Man. cap.12. num.79. & a diuersis non fit illatio. Dispensatus autem a voto non peccandi sub pœna intrãdæ religionis, quamuis iterum peccet, religionem tamen intrare non tenebitur, eo quod sublato principali tollitur accessorium, l. cum principali, ff. de reg. iur. c. accessorium de reg. iur. in 6.

DECISIO XXXV.

Ex conf.35. alias 32.

35 VOuens facere eleemosinas si amplius certũ aliquod peccatum cõmitteret, & postea peccatum illud cõmittens; etiamsi forte votum eius confessarius utetur Iubilæi, in quo Papa concessit Confessarijs facultatem commutandi vota, sed nullam mentionem fecit de condonatione obligationis ad soluendas pœnas iã incursas in dotationem alicuius pauperis commutauit; ad eleemosinas tamen ob fractionẽ voti prius debitas faciendas, non obstante præfata uoti cõmutatione a confessario facta, obligatur. Quia cum aliud sit obligatio soluendi pœnam iam incursam ratione uoti uiolati, & aliud uotum ipsum, & a

diuc é-

Digitized by Google

diuersis non fit illatio, l. Papinianus. ff. de minor. cap. ad audientiam, de decim. Confessarius, qui solum votum virtute Iubilæi commutare potuit, pœnas incursas ob violatum prius votum condonare, aut relaxare non potuit. Nec quicquam vouenti prodest, quòd sublato voto quod fuit principale, sublata etiam censeatur prædicta pœna soluendi eleemosinas, tanquam accessorium quid ad votum illud seruandum, ex eo. s. quod accessorium naturam sui principalis sequi soleat, c. accessorium. de reg. iur. in 6. quia tunc solum accessorium sui principalis naturam sequi censetur, quando ratio eadem in vtroque militat, non quando diuersa. Arg. cap. debitores, & c. conting. de iureiur. & quando accessorium sine suo principali consistere nequit; cum itaque obligatio ad pœnam soluendam, sine voto consistere queat, post votum solutum, vel dispensatione sublatum, vt palam est, proinde in casu dicto sublato voto, pœnam accessoriam prius incursam minime sublatam esse censeri debet.

DECISIO XXXVI.

Ex conf. 2. in Nouis, deest in antiquis.

36 VOti obligationem, licet iracundia quæ vsum rationis non sustulit, vitiare non censetur, Arg. c. dudum. de conuersio. coniug. neque magna perturbatio, etiam ea iniusto timore, vel amore procedens, cap. 1. & ibi Pan. de voto. Nau. in Man. c. 12. num. 24. & 77. iustam tamen causam petendi dispensationem vel commutationem in Prætorio sacræ pœnitentiariæ præbet.

DECISIO XXXVII.

Ex conf. 10. in Nouis, deest in antiquis.

37 IVrans, vel vouens etiam per iram religionem intrare cum intentione actuali non intrandi eam, etsi ad intrandum non tenetur, si tamen intentionem contrariam non habuit, neque intentionem actualem intrandi ad intrandum obligatur: Quia non debet de se præsumere, quod noluit tam grauiter peccare, vt volendo intrare, iuraret se intraturum, sed quod saltem per iram intrare voluerit. Arg. cap. qui tacet. de reg. iur. in 6. Cum inter consensum & dissensum dari non possit medium.

DECISIO XXXVIII.

Ex conf. 12. in Nouis, deest in antiquis.

38 VOuens non commisceri mulieri, quam falso suam cognatam esse putauit, votum illud seruare non tenetur, si tunc ea mente fuerat, quod si veritatem sciuisset, non vouisset; secus autem si tunc ea mente erat, quod vouisset etiamsi eam cognatam sibi non esse sciuisset. Quia ignorantia qualitatis a peccato qualificato excusat, si sit causa peccati, alias minime.

DECISIO XXXIX.

Ex consil. 17. in Nouis, deest in antiquis.

39 VOto seu iuramento castitatis, seu religionis ingrediendæ astricta, si postea nupsit, & consummauit, nō tenetur a viro petere, vt ei liceat dicta vota adimplere mortuo autem marito votum adimplere tenetur: si tamen propter ætatem, consuetudinem, vel aliam causam hoc ei difficile sit, melius est vt dispensationem, relaxationem, seu commutationem a sede Apostolica petat.

DECISIO XL.

Ex conf. 21. in Nouis, deest in antiquis.

40 VOuens ingredi certam religionem seu certum monasterium, si in eo non recipiatur, liber manet, sin autem vouit ingredi religionē in genere, repulsus ab aliquibus, liber non est, sed vt in alijs recipiatur, tentare tenetur admissus autem ad habitum in aliqua, si postea eijciatur vel ipse exeat, voto satisfecisse censetur: sicut & is, qui cū certum monasterium ingredi vouisset, post habitum in eo assumptum exit, vel eijcitur, nec aliud ingredi tenetur sed matrimonium tuta conscientia contrahere potest. Angel. ver. votum. 3. §. 11. Caiet. 2. 2. q. 189. art. 3. Nau. in Man. c. 12. num. 48. Sin autem vouisset in genere profiteri, aut in religione perseuerare, per solam habitus assumptionem non liberatur, sed exiens, vel eiectus, vt in alia ad habitū, & professionem recipiatur, tentare obligatur. Vouens autem fieri religiosus, in dubio ingredi ad probandum, non autem profiteri, aut perseuerare, vouisse censetur, ita Caiet. 2. 2. q. 189. art. 4.

DECISIO XLI.

Ex consil. 37. in Nouis, deest in antiquis.

41 SVbdiaconatus ordo Sacramentum est a Christo institutum, eique votum castitatis annexum est, quod matrimonium postea contractum irritat; c. 1. qui cler. vel vouen. Ea causa tamen Papa, non solum cum tali sed etiam cum Monacho professo, vt uxorem ducat, dispensare ualet, Arg. cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. Nauar. in Man. cap. 12. num. 25. quandoquidem solemnitas voti, ex qua dictum impedimentum oritur, non iure diuino, sed humano probatur inducta. cap. 1. de voto. in 6. Nec Papa sic dispensando facit, ut manente uoto, & eius obligatione, non teneatur uouens illud obseruare; sed ea causa, ut potest, facit ut hæc uoti materia non sit, prout fit etiam quando relaxantur iuramenta.

DECISIO XLII.

Ex conf. 39. in Nouis, deest in antiquis.

42 SVbdiacono, qui publicé ordinem suscepit, vt uxorem ducat, non est concedendum ex ea solum causa, quod ordinem, cum esset diues, dolo consanguineorum putans se pauperem, inductus suscepit.

DECISIO XLIII.

Ex conf. 14. in Nouis, deest in antiquis.

41 QVia uotum de intranda certa religione duo in se continet, unum de religione intranda, cuius dispensatio soli Papæ reseruatur; alterum de intranda hac religione, quod nullibi Papæ reseruatum est: sicut etiam & professio certæ religionis duo continet, unum quod per eam fit religiosus, super quo solus Papa dispensat; alterū, quod fit religiosus illius ordinis, super quo alij prælati dispensare possunt, ut ad strictiorem uel æqualem transire queat: consequenter cum uouente intrare certam religionem, alius quam Papa dispensare ualet, ut liceat ei æqualem, uel strictiorem intrare, immo etiam & laxiorem; eo quod aliud est dispensare, ne qui uouit religionem in genere, uel in specie ad unam intrādam teneatur, quod cum sit dispensatio super uoto religionis, Papæ reseruatum est; aliud autem quod uouens unam religionem intret aliam quod cum sit dispensare solum super uoto de transeundo ad aliam religionem, nullibi Papæ est reseruatum ex Caiet. 2. 2. q. 8. art 8.

DECISIO XLIV.

Ex conf. 43. in Nouis, deest in antiquis.

44 VOuens suscipere sacros ordines quāuis non habeat beneficium, nec patrimonium, ad cuius titulum ordinetur, nec doctrinam sufficientem, uxorem ducere nequit, nisi factus sit incapax doctrinæ sufficientis, aut prudentis arbitrio iudicetur ei impossibile, ut beneficium, uel patrimonium acquirat.

DECISIO XLV.

45 VOtum religionis ingrediendæ collationem beneficij ei postea factam ante professionem, non annullat, sicut nec matrimonium post uotum religionis contractum annullatur, cap. Nos nouimus. 27. q. 2.

TITVLVS XXVIII.

De statu Monachorum.

SVMMARIVM.

1 *Religionem ingresso non profitenti, vel abeunti donata restituuntur.*

2 *Benedictio Abbatis non est iterabilis.*

3 Mona-

3 *Monachus iuridicè expulsus, vel translatus ad parochialem, habitu clericali uti potest.*

4 *Præcedentia Prouincialium inter religiosos, ex antiquitate prouinciarum attenditur.*

5 *Canonicus Regularis, sicut & Monachus, patrinus esse nequit.*

6 *Monialium monasteria ex causa superiores intrare, & licentiam ingrediendi dare possunt.*

7 *Monachatus non est dignitas, nec aliquid honorificum.*

8 *Monachus de iure communi, ex vno loco in alium inuitus mutari non potest.*

9 *Canonici regulares beneficia curata habere possunt.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 9. de succeß. ab intestato.

1 CVm eadem ratio sit recedentis ante professionem, & morientis, ante professionē emissam; consequenter Concil. Triden. sess. 25. cap. 16. de reg. statuens, vt abeuntibus ante professionem, omnia quæ sua erant, restituantur, etiam de religiosis ante professionem morientibus, id ipsum statuisse censetur, cum antea professionem emissam res nouitiorum monasterij bona non fiant.

DECISIO II.

Ex consil. 2. deest in Nouis.

2 ABbas semel benedictus, licet ad aliam Abbatiam promotus, sit, iterum tamen benedici non debet; sed vel priorem benedictionem literis, & testibus probare, vel iterum sub conditione benedictionem accipere, tenetur: Arg. c. 2. de baptismo. vt sic in foro exteriori fidem suæ benedictionis facere possit.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 79. de Regular.

3 REgularis iuridicè a Monasterio expulsus, vel ad Parochialem ecclesiam ritè translatus, tuta conscientia in habitu clericali seculari extra monasteriū sub obedientia Episcopi manere potest, & debet; quia in vtroque casu a religione absoluitur, & in neutro ad Monasterium & claustrum redire tenetur. Glos. in clem. 1. §. ad hæc, de statu monac. & cap. si quis translatus. 21. q. 1.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 10. de maior. & obedien.

4 IN capitulis faciendis in ordinibus Minimorum honoratior locus Prouinciali Aquitaniæ, quam Lugdunensi assignari debet: cum prouincia illa, prius quam Lugdunensis erecta sit, & præcedentia prouincialium, ea antiquitate institutionis Prouinciarum, & non ea antiquitate erectionis monasteriorum attendenda est: prior autem tempore, etiam iure potior esse debet, cap. qui prior. de reg. iur. in 6. & c. 1. de maior. & obed.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 10.

5 CVm leges fundatæ in religione, disponentes de Monachis, etiam in Canonicis Regularibus locum habeant, nisi earum verba illos expresse excludant, ea Pan. in c. 2. de postul. consequenter Canonicus regularis, sicut & monachus, patrinus esse nequit, cap. non liceat. de consecr. dist. 4.

DECISIO VI.

Ex cons. 6. alias 9.

6 EPiscopi, & alij Prælati quamuis sine iusta & vrgenti causa monasteria Monialium sibi subiecta intrare non possunt, c. 1. de statu reg. in 6. & Conc. Trid. sess. 25. c. 5. de reg. Pius V. in Bulla, quæ incipit, circa Greg. XIII. in Bulla, vbi gratię visitationis tamen aut alia iusta, & vrgenti ex causa, pro qua ntia alijs ad ea intranda date possunt, ipsi ēt ea, non petita ab alio superiore licētia, intrare valēt, ita Greg. XIII. cōst. 75. incip. dubijs, quæ emergūt.

DECISIO VII.

Ex consil. 1. in Nouis deest in antiq.

7 CVm Monachatus nec dignitas, nec honorificum officium sit, Feder. cons. 5. nu. 5. vnde etiam & Abbates Monachorum qui non sunt clerici, sed tantum laici, quolibet clerico in minoribus constituto inferiores sint honore, c. a subdiac. dist. 93. consequenter excommunicatus, infamis irregularis, vel alias ad beneficia ecclesiastica inhabilis, ad monachatum habilis censetur.

DECISIO VIII.

Ex cons. 4. in Nouis, deest in antiquis.

8 MOnachus de iure communi, qui stabilitatem in vno Monasterio vouit, ad aliud inuitus sine iusta causa moueri non potest, poteritque non solum Papa, sed etiam Generalis ordinis illi licentiam concedere, vt retēto habitu extra claustrum maneat, vt matris necessitati superuenienti subueniat, & S. Th. 2. 2. q. 101. art. 4. vt ait Nau. in Man. c. 14. nu. 14. Nam si necessitas professionem præcedat non potest iuste in claustro manere, sed exire tenetur, vt subueniat.

DECISIO IX.

Ex cons. 12. in Nouis deest in antiquis.

9 CAnonici Regulares Congregationis Lateranensis ordinis S. Augustini, & beneficia curata suscipere, & curam animarum extra ordinem suum cum licentia Generalis, absque vlla Papæ dispensatione exercere possunt, cap. quod Dei timorem, de statu monach.

TITVLVS XXXI.

De Religiosis domibus.

SVMMARIVM.

1 *Hospitalis rector officium recitare, tenetur, quando Hospitale est beneficium.*

2 *Congregatio Concilij Tridentini statuere nequit, an hospitale ab episcopo visitari possit.*

3 *Hospitale de bonis laici erectum, in quo non adest altare, vel capella, auctoritate episcopi erectum non præsumitur.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 HOspitalium cum duplex sit genus, alterum quod datur in titulum beneficij; & alterum, quod solum datur in administrationem; clem. 1. & gl. de præb. & clequia contingit. §. vt autem de relig. dom. Rector Hospitalis ad horas canonicas dicendas, & habitum clericalem gestandum tenetur, quando Hospitale est beneficiū. Arg. c. 2. de celebr. Miss. Iudicatur autem beneficium, vel quādo in fundatione ipsius statutum fuit ab ordinario, vel a Papa quod esset beneficium, vel quando per electionem, & confirmationem superioris dari solet, d. §. vt autem, vel etiam quando per quadraginta annos a solis clericis vt beneficium fuit possessum. Arg. c. cum de beneficio, de præb. in 6. & cap. de quarta de præscript. Hospitale enim quod tam laicis, quam clericis commendari solet, beneficium censeri non debet.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in Nouis, deest in antiquis.

2 COngregatio Concil. Trid. cum non habeat potestatem ad contentiones facti definiendas, sed tantum ad decidendas quæstiones iuris, quæ super intellectu Cōcilij emergunt; consequenter cognoscere nequit de validitate sententiæ contra episcopum datæ an Hospitale, aut domus aliqua religiosa ab episcopo visitari possit, cum sententia semel data in rem iudicatam transierit.

DE-

DECISIO III.

Ex consil. 39. in Nouis deest in antiquis.

3 HOspitale de bonis laici erectum, in quo non adest aut altare, aut capella, aut campanile, auctoritate Episcopi erectum non præsumitur: illud tamen Episcopus mortuo fundatore visitare potest vigore Conc. Trid. sess. 22. de reform. c. 8. & 9. tollentis omnia priuilegia, & consuetudines et ant immemorabiles contrarias, eiusdemque Hospitalis ratio deputatis reddi debet, sed episcopo, si voluerit, præsente.

TITVLVS XXX.

De Iure patronatus.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiarius onera a fundatore iniuncta implere tenetur, nisi sint legitime sublata.*
2 *Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.*
3 *Patrono intra tempus non præsentante, episcopus libere beneficium conferre potest.*
4 *Iuspatronatus spatio 40. annorum præscribitur.*
5 *Patronatus ex præsentatis æque idoneis ad curatum vni gratificari potest.*
6 *Præsentatio ab excommunicato declarato facta, non valet.*
7 *Præsentatio ad curatum, & collatio facta minori 25. annorum, nulla.*
8 *Filius legitimus ex spurio clerici natus, non prohibetur vllo iure præsentari ad capellaniam iurispatronatus dicti clerici.*
9 *Collegiatæ tam secularis, quam regularis, patronatum laicus habere potest.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. deest in Nouis.

1 BEneficiarius onera a fundatore imposita implere tenetur, c. Eleuterius, 8. q. 1. & c. super eo, de paroc. & notat Concil. Trid. sess. 25. c. 5. de refor. nisi vel compositione patroni, vel auctoritate episcopi loci, vel legitima præscriptione, fuerint postea iustè sublata cap. de quarta, c. ad aures. & c. illud autem, de præscr.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 7.

2 CVm tria sint, quorum quodlibet ad quærendum ius patronatus sufficit, nempè traditio fundi, ædificatio, & dotatio, c. Abbatem. 2. 18. q. 2. & cap. nobis, de iurepatron. Gl. in c. præ mentis. 16. q. 7. & Pan. in c. cum ecclesia vulterana. de electio merito Rex Francorum fundi traditione patronus Monasterij Sanctæ Trinitatis Romæ in Monte Pincio habetur, in cuius honorem monasterium præfatum a solis Gallicanæ nationis viris religiosis gubernari debet.

DECISIO III.

Ex cons. 3. deest in Nouis.

3 EPiscopus beneficium, cuius iuspatronatus ad laicum pertinet, sine consensu & vocatione patroni, ecclesię alicui vnire non potest, patrono tamen intra tempus legitimum, quod est quatuor mensium, si sit patronus laicus non præsentante, iure deuolutionis beneficium illud conferre potest, cap. qui, c. cum propter, de iurepat. & cap. 1. tit. eod. in 6.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. deest in Nouis.

4 HAbens iuspatronatus super aliquo monasterio, & ius præsentandi in Abbatissam, quam ipse idoneam iudicauerit, ita vt vltra quadraginta annos institutio perpetua deberetur Abbatissæ præsentatæ, quæ institutiones perpetuæ præsentatis per ordinarium fieri solebant; non obstante vsu recepto de Abbatissa triennali eligenda, adhuc etiam in Abbatissam perpetuam, id est eam quamcunque maluerit præsentare potest, & ordinarius institutionē illius perpetuam facere tenetur; non solum ex eo quod præscriptio quadraginta annorum sufficit, & sit legitima; cap. de quarta, de præscr. sed etiam quia institutio prælatorum, & beneficiatorum iure communi perpetua esse debet; cap. satis peruersum, d. 56. & c. inuentum 16. q. 7. & reditio ad ius pristinum, & antiquum est fauorabilis, cap. exordio dist. 35. & Felin. in c. cum omnes de constit.

DECISIO V.

Ex cons. 5. 6. alias deest in Nouis.

5 COncurrentibus duobus præsentatis ad beneficium curatum de iurepatronatus clericorum, si ambo reperiantur æque idonei, ante Concilij Tridentini decreto sess. 24. cap. 18. de refor. ius gratificandi ad patronum præsentatorem, & non ad episcopum institutorem pertinet. Sed & duobus præsentatis, & alter altero dignior repertus quamuis patronus ecclesiasticus dignum præsentando digniore posthabito, peccat, præsentatio tamen digni valet, c. monasterium. 16. q. 7.

DECISIO VI.

Ex cons. 7. alias 1.

6 PRæsentatio ad beneficium a patrono excommunicato declarato facta. aut institutio virtute illius secuta, non valet: Io And & Pan. in c. nobis. de iurepatron. Sed neque excommunicatus declaratus nisi quoad sustentationem, fructus suos facit. Glos. in cap. pastoralis. §. verum, de appel.

DECISIO VII.

Ex cons. 8. deest in Nouis.

7 PRæsentatio ad beneficium Curatum, & collatio, seu institutio facta minori æ an vigintiquinque annorum saltem captorum, inualida, & ipso iure nulla censenda est, c. cum in cunctis § inferiora, de elect. & tam ordinarius instituendo & patronus præsentando, quam præsentatus possessionem capiendo peccat, nec fructus beneficij facit suos; cap. graue de præb. & Felin. in cap. in nostra, de rescript. corol. 2. sed nouam collationem cum consensu patroni, & institutionem ex dispensatione Papæ obtinere tenetur, antequam dicti beneficij fructus suos facere possit.

DECISIO VIII.

Ex cons. 4. in Nouis, deest in antiq.

8 CLericus filiam vnicam habès, quam per rescriptum Principis legitimauit, vt in omnibus suis bonis succederet, sin vltima voluntate capellaniam institutam pro anima sua relinquat, cum clausula, vt in ea succedat clericus magis proximus, & consanguineus eius, bonæ vitæ, & famæ, absque vlla Papæ dispensatione, clericus filius legitimus prædictæ filiæ, nepos; clerici fundatoris, si bonæ vitæ, & famæ sit, ad præfatæ capellaniæ præsentationem non solum admitti, sed etiam in paribus terminis, attenta voluntate testatoris, verbisque testamenti inspectis præferri debet, Gl. in c quia clerici. verb. filij, de iure patron. cum naturaliter inspecto iure naturæ etiam filij bastardi, & spurij ex familia, parentela, domo & sanguine defuncti procedere dicantur, in eisque naturalis effectus cadat. Arg. l. pronunciatio. §. familiæ, C. de verb. signific.

DECISIO IX.

Ex cons. 6. in Nouis, deest in antiquis.

9 COllegiatæ tam sęcularis, quam regularis patronatum, & ius Abbatissam, aut prælatum præsentandi, ex Papæ priuilegio laicus habere potest; cui iure communi competit, vt beneficiandos, & monachandos superiori præsentare possit, qui habentes qualitates necessarias admittere tenetur.

TIIV.

TITVLVS XXXI.

De Censibus.

SVMMARIVM.

1 *Notarius, quando a visitatis aliquid accipere valet.*
2 *Gabellas nouas imponit superior, vetans extrahi triticum non molitum.*
3 *Edictum monitorium, sicut censura, causam iustificatiuam continere debet.*
4 *Census redimibilis pretium non est iure communi taxatum, & a quo taxandum.*
5 *Census impositio super re aliena fieri debet pecunia numerata.*
6 *Census annuus quali pretio emi possit sine vsura.*
7 *Consuetudo soluẽdi tributum episcopo an reuocari possit.*
8 *Census perpetuus constitui potest sine circunstantijs a Pio V. requisitis.*
9 *Census, super qua re poni, aut quo tempore solui potest.*
10 *Subsidium charitatiuum episcopus petere potest.*
11 *Visitator aliquid malè accipiens est ipso iure suspensus.*
12 *Clericus soluens spontè collectas peccat, sed non excommunicatur, exigens autem sic.*
13 *Gabellas, ac Datia noua imponere potest Marchio Mantua, sine excommunicatione.*
14 *Census cum pacto, vt sit liber ab omni onere, iustè imponi potest.*
15 *Episcopi pro ineundo eorum aduentu, aliquid accipere, & petere possunt.*
16 *Gabellam imponere, ius est Principi reseruatum.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 NOtarius seu cancellarius Episcopi ab his, qui visitãtur, rõne decretorum, & scripturatũ in visitatione factarum, iustum salarium accipere potest, c. statutum, §. notarius, de rescr. in 6. nisi de familia visitatoris sit, vel nisi illud ex publico habeat, vt ait Pan. in c. 1. no. 9. de simo. aut consuetudo, vel statutum rationabile illud sibi prohibeat, vt requirit Concil. Trident. sess. 24. c. 3. de refor. Neq; enim notarij de familia visitatoris esse solent, nec famuli eorum, nec visitatis, aut visitatoribus gratis seruire tenentur, vt patet ex c. 1. 13. q. 1. & lege naturæ, & diuina, operarius dignus est mercede sua, vt colligitur Luc. 10. c...

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 8.

2 DOminus & superior qui subditis suis imponit, ne triticum extra territorium eius integrum, & non molitum vendere possint, Bullæ Cœnæ Domini, vetanti, ne quis noua pædagia, & gabellas imponat, contrauenire censetur; quia cum id quod nostrum est, a nobis absq; nostro consensu auferri non debet, l. id quod nostrum, ff. de reg. iur. & ait Innoc. in c. quæ in ecclesiarum, de const. & libertas exportandi triticum vendibile non molitum extra territorium bonum quoddam sit, pecunia æstimabile subditorum, absque illorum consensu eis auferendum non est; & per gabellas, & pædagia noua, etiam incrementa eorum, & onus, & grauamen nouum pecunia æstimabile intelligitur.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 35. de sententia excommun.

3 ECclesia licet census sibi debitos exigere possit, edictũ tñ seu monitorium pro ijsdem soluendis sine clausula iustificatiua petere non potest, sed ipso iure nullum censetur, quod sine clausula iustificatiua factum sit; cum edictum monitorium, sicut Censuræ per præcepta de re aliqua facienda, vel danda latæ, causam iustificatiuam (nempe, quod si quis aliquam iustam causam habuerit, de non parendo mandato in eo contento, & eam voluerit allegare, audietur intra tempus in eo præfixum) continere debet; Alioquin ipso iure nullum censetur; ex Gl. in c. ex parte de verb. signif. Sed neque monitoria, quamlibet iusta, partem aduersam ligãt, aut eos qui aliquid iustè tenent, vel probabiliter credunt esse sua; quia nemo contra se aduersarium suum iuuare tenetur; ita Fel. in c. si duobus. de appell. sed illos solos ligare censentur, qui vel iniustè detinẽt bona aliqua, vel sciunt, qui sint, qui illa iniustè teneant, vnde qui teneret aliquid clam acceptum pro eo, quod sibi verè debetur, virtute alicuius Monitorij id manifestare non tenetur.

DECISIO IV.

Ex cons. 79. alias 3. de empt. & vendit.

4 EPiscopi licentia, quamuis ad exercendos contractus Censiticos vtilis esse possit ad tollendos scrupulos, necessaria tamen non est, sed eos vnusquisque sine aliqua Papæ, vel Episcopi, vel Superioris sui licentia debito modo licitè inire potest: Census autem saltem redimibilis pretium iure communi non est taxatum, sed in diuersis Prouincijs pro arbitrio Principis, consideratis circunstantijs necessarijs taxandum est.

DECISIO V.

Ex cons. 77. alias 1. de locato. & cond.

5 COntractus Censiticus (de quo in Bulla Pij V.) contractus est per quem Dominus rei imponit aliquem censum alteri super re sua, vel quæ putatur eius, pro certo pretio, & pecunia numerata, vnde non obstante Bulla illa, quæ ad vsuras palliatas arcendas, quæ fieri solebant inter simulantes vendere census pro certa pecunia, quam vere coram Deo assumebant mutuo pro soluenda vsura nomine census edita fuit, licite prædium aliquod in censum annuum dare licet, cum contractus talis non censiticus, sed potius emptionis emphyteuticus, vel locationis censendus sit, ex §. adeo. instit. de loca. & l. 1. & 2. C. de iure emph. qui licite contrahi potest.

DECISIO VI.

Ex cons. 9. alias 10. de empt. & vend.

6 CEnsum annuum magnum pro paruo pretio emens, vsuram non committit; cum in contractu vsuratio occessum est, vt tradens pecuniam, formaliter, aut virtualiter aliquid vltra sortem vi mutui accipiat, & vt cedens obliget se formaliter, vel virtualiter ad dandum aliquid vltra sortem; cum tamen in dicta census emptione & venditione nihil simile reperiat; eo quod nec emens, pretium datum, nec vendens aut cedens præfatam præstationem annuam, repetere potest, & erit, quoties inter pretiũ datum, & præstationem annuam non seruetur æqualitas, vt asserit Nau. in Man. c. 23. nu. 78. iustè autem pensio, vel præstatio annua per quintuplicem cassari solet; l. Hęreditatem. ff. ad l. Fal. sicut & Pensiones annuæ ad vitam Pensionatij concessæ, auctoritate Papę per quintupli solutionem communiter redimuntur; & iustè centum quotannis pro mille accipi possunt, cum hac conditione, vt cessante vita accipientis, obligatio reddendi ea cesset.

DECISIO VII.

Ex consil. 7. alias 3.

7 EPiscopus licet vrgẽte necessitate subsidium charitatiuum a suis clericis petere potest; c. cum Apostolis. §. 1. de censib. aliquid tamen tanquam sibi debitum, cessante illa, dummodo consuetudine immemoriali, & bona fide illud non præscripserit, petere nequit. cap. fin. de consuet. & Pan. ibi. & gl. in c. 1. de const. Et talis consuetudo soluendi tributum Episcopo tanquam irrationalis a Papa, habita ratione circunstantiarum redituum, rerum, personarum, & scandali, iustè reuocari potest, & debet.

DE-

DECISIO VIII.

Ex cons. 8. alias 12. de censib.

8 CVm meos, & voluntas condentis legem considerandа sit, eaque mens Pontificis in constitutione illa, quæ de Censibus edita est, fuit, vt contractus vsurarij auferentur, qui fieri solebant sub specie pactorum de retrouendendo & emendo pretio minore iusto propter gratiam, & facultatem, quam ementes faciebant vendentibus de redimendo, quando vellent, vel vsque ad certum tempus, vt clarum sit, Pontificem de Censu temporali & redimibili solum illam intellexisse: consequenter stante etiam Bulla Pij V. super constitutione Censuum, census perpetuus sine circunstantijs dictæ Extrauagantis iustè constitui potest, non solum ex eo quod Bulla hæc nihil de Censu perpetuo meminit, & lex exorbitans a iure antiquo communi extra casum extendenda non est, c. Quæ a iure, de regu. iur. in 6. maxime in re iusta, qualis est constitutio census perpetui, cap. Eleuther. 28. q. 2. & ca. præterea, de iure patron. sed etiam quia ratio, mens, & intentio legislatoris in censu perpetuo, & irredimibili cessat, vt palam est.

DECISIO IX.

Ex cons. 9. alias 18. de emptio. & venditio.

9 CEnsus super re certa immobili, & fructifera absque veri valoris inquisitione poni potest, & satis est quod sit res immobilis, quæ vere reddere possit quotannis tantã vel maiorem quantitatem redituum, quam sit census ei impositus, nec iure aliquo antiquo, vel nouo iustum census anoui pretiũ definitur, sed secundum varietatẽ regionum variari potest: sicut nec iure aliquo præscribitur tempus, quo census huiusmod. solui debeat, sed secundum loci consuetudinem vel in fine semestris, vel in fine anni soluendus est, vel alio tempore, quo inter partes non conueniant, vt soluatur census priusquam mos regionis habeat aut vt detur fideiussor de soluendo censu tempore debito quia cum per Extrauagantem Pij V. vetentur omnia pacta, quibus venditor census grauatur vltra ius commune, & iure communi nihil de tempore soluendi, aut de datione fideiussoris de soluendo censu tempore, debito, statutũ est, consequens plane est, non posse pactum aliquod adijci, quo venditor grauetur ad dandum fideiussorem, vel ad censum ante tempus consuetum regionis persoluendum.

DECISIO X.

Ex cons. 10. aliàs 5.

10 SVbsidium charitatiuum a personis clericorum ratione suorum beneficiorum peti potest c. conquerente. de offic. ord. c. cum Apostolus de censib. quantum tamen esse debeat, non est iure definitum.

DECISIO XI.

Ex cons. 11 aliàs 2.

11 VIsitator ratione officij sui aliquid male accipiens, ipso iure suspensionem incurrit, c. exigit. de censib. in 6. & Côc. Trid. sess. 24. c. 3. de ref. ab ea tamen absolui potest, dummodo intra mensem simplum, siue tantũ, quantum via concussionis accepit, restituat. Arg. cle. 1. §. 1. de hæret.

DECISIO XII.

Ex consil. 12. alias 5. de immunit. eccles.

12 SAcerdos bona patrimonialia habens, & ordinatus ad illa data ei pro titulo ordinationis, post Conciliũ Tridentinum sess. 21. c. 2. de ref. ad soluendas collectas laicis impositas vel imponẽdas de huiusmodi patrimonio, plus quam de alijs bonis Ecclesiæ non tenetur, cum bona huiusmodi ratione tituli, ad quem ordinatus est, priuilegijs Ecclesiæ, & bonorum ecclesiasticorum, etiam in casibus a iure nõ expressis gaudeant, quas si sponte soluat, licet excõmunicationẽ nõ incurrit, grauiter tamẽ peccat, c. aduersus, de immunit. eccles. & eas exigens, vltra peccatũ censuram excommunicationis incurrit c. Non minus, tit. eod.

DECISIO XIII.

Ex cons. 13. aliàs 7.

13 CVm ex inuestituris diuersis Marchionis Mantuæ eũ Regalia habere cõstet, nec ab eo appellatur, quamuis nouas gabellas iniuste imponendo peccat, ca. Innouamus, de censib. Man. c. 27. n. 61. in excommunicationẽ tamen Bullæ Cœnæ, quæ contra solos non habentes ius eas imponẽdi fertur, vt ait Nau. in Man. c. 27. n. 61. nõ incidit.

DECISIO XIV.

Ex cons. 14. alias 19. de emptio. & vendit.

14 CVm cõstitutione Pij V. de Censib. edita, Anno 1569. constit. 80. in ordine incip. Cum onus illa solũ pacta vetantur, per quæ venditor census ad aliquid obligatur, ad quod iure communi nõ tenetur prætetquã ad solutionẽ census, consequenter census super aliquo prædio certo, & finibus recte designato, vt ab omni onere, impositione, gabella, & vectigali liber soluatur, licite constitui potest, ita vt venditor & nõ emptor, ab huiusmodi onerum solutione liber intelligatur; quia per tale pactum ad id solum obligatur emptor, ad quod soluendum de iure communi tenetur; emptoris enim est, non venditoris, impositiones, & gabellas ratione prædij impositas soluere, secus vero si ad eas soluendas venditor census obligaretur eo quod hac ratione ad aliquid ex pacto soluendum ipse venditor Census obligatur, ad quod de iure communi nõ tenetur, quod præfata constitutione prohibetur.

DECISIO XV.

Ex cons. 4. in Nouis, deest in antiquis.

15 CVm consuetudo nõ solum dat iurisdictionem, c. cõquestus, 9. q. 3. sed etiam inducit obligationẽ præstãdi aliqua annua: Arg. c. seruitium 18. q. 2. & munera, quæ olim fuerunt, consuetudine transire possunt in debita l. si certis annis C. de pac. inde fit, vt quamuis Episcopi, & alij a mune ib. abstinere iubentur, Exo. 23. & Deut. 16. poterunt tamen a ciuitate, vel ab ecclesijs, & Monasterijs eius aliqua munera illis in primo eorum aduentu dari consueta accipere, tanquam debita, immo & recipere tenentur, ne & successoribus præiudicent.

DECISIO XVI.

Ex cons. 6. in Nouis, deest in antiquis.

16 QVamuis Gabel à imponere ius sit reseruatum Principi pertinens ad regalia, cap. 1. quæ sunt regalia. in vsib. feud. ciuitas regia sine regis consensu eam imponere nequit, accedente autem Regis consensu, quamuis iusta causa eam imponendi non adsit, eamque imponendo peccat, in Bulla in tamen cœnæ contra imponentes nouas gabellas non incidit; quandoquidem hæc non contra omnes imponentes, sed solum contra imponentes, & ad id potestatem non habentes fertur ex Naua. in Man. c. 27. n. 61. Rex autem ad id potestatem ordinariam habet, & ciuitas delegatam habere potest.

TITVLVS XXXII.

De Consecratione Ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Locus primus Congregationis clericorum Regularium est Roma.*

2 *Reconciliatio cæmeterij polluti, quando & quomodo fieri debet.*

3 *Parochi, indumenta altarium, & alia quædam benedicere possunt.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 9. de maior. & obed.

1 LOcus primus Cõgregationis clericorum Regulariũ, qui vulgo Theatini appellantur, merito Roma haberi debet, cum illic primo Congregatio hæc instituta, & à Papa Clemente Septimo confirmata fuerit, ibique in Ecclesia Sancti Siluestri habitare primo omnium cœperit.

DECISIO II.

Ex cons. 1. in Nouis, deest in antiquis.

2 CVm reconciliatio seu rebenedictio cœmeterij polluti eisdem omnino casibus facienda sit, qui-

H[illegible]bus

bus reconciliatio ecclesiæ, eodem etiam modo reconciliāda est. Arg. c. consuluisti. de consec. eccl. vel altar. Vnde sicut Ecclesia non consecrata ad celebrādum, si polluatur, reconciliari poterit per presbyterum cum aqua a se exorcizata, c. si. de consec. eccles. vel altar. ita etiam & cęmeterium non solemniter consecratum, sed simpliciter auctoritate Episcopi deputatum ad sepeliendum, a Sacerdote cum aqua ab ipso exorcizata reconciliari potest. Et sicut Ecclesia consecrata ad celebrandum, per Episcopum, & non per presbyterum reconciliari debet: c. aqua, de consec. eccles. sic etiam cęmeterium solemniter consecratum per episcopum, sit polluatur, per solum episcopum, aqua solemniter cum vino & cinere per episcopum benedicta, solemniter reconsecrari debet, d. c. consuluisti. nec a presbytero absque speciali priuilegio, ecclesia, vel cęmeteriū hoc modo consecratum & pollutum reconsecrari valet.

DECISIO III.

Ex conf. 2. in Nouis deest in antiquis.

3 CVm omnia, quæ sunt ordinis, exceptis ijs, quæ sunt ordinis episcopalis, & quæ sunt expressè sacerdotib. simplicibus iure communi prohibita, (vt est consecratio corporis Domini consecrato. de consec. d. 1. & c. quamuis. d. 68.) parochi facere possint, vnde & aquam lustralem benedicunt, Ecclesiam nondum consecratam sed solum benedictam, si polluatur aqua a se exorcizata expiant, & alia ornamenta altarium benedicunt, imò etiam solo iure scripto attento vestes sacras, seu indumēta sacerdotis benedicere queunt; quia tamen consuetudo vniuersalis contrarium induxisse videtur, & constat eam posse legē inducere, & legem inductam abrogare, c. fi. de consuet. solū parochis ex consuetudine indumēta altariū, & alia ornamenta, exceptis vestibus ad dicendā Missam sacerdoti necessarijs, & corporalib. benedicere licet; quia sola vestiū sacerdotalium, & corporaliū benedictio. ab eorum potestate, consuetudine, vel iure communi subtracta videtur.

TITVLVS XXXIII.

De celebratione Missarum.

SVMMARIVM.

1 *Subdiaconus qui non est, in Missa parasceues passionem sine stola, vt lector, cantare potest.*
2 *Presbyter preces ordinatas, cum sacris vestibus vestitus, dicere debet.*
3 *Missam celebrans addere potest clausulam*, Et Regem nostrum, &c.
4 *Missam celebrare licet capite tecto amictu, cessante scandalo.*
5 *Missam sine literis dimissorijs, etsi peccat, irregularitatem tamen non incurrit.*
6 *Missæ sacrificium quot modis applicari valet defunctis.*
7 *Missa pro vna multas pitantias accipiens, etiam de licentia superioris, peccat.*
8 *Missas tres nullus sacerdos in nocte sancta celebrare tenetur.*
9 *Missam bis in die quando celebrare licet.*
10 *Eucharistiam infirmo bis post cibum per modum viatici quando dare licet.*
11 *Breuiario Romano qui non tenentur, eo extra chorum vti non possunt.*
12 *Beneficiarius horas non recitans, primis sex mensib. peccat solum, postea vero etiā fructus restituere tenetur.*
13 *Canonici horas collegialiter in choro recitare tenentur.*
14 *Horas recitare non tenetur, qui possessionem beneficij non est adeptus.*
15 *Cæcus, qui horas dicere non valet, nulla adhoc dispensatione indiget.*
16 *Horas priuatim recitare potest, quis idiomate quouis.*
17 *Milites religiosi, vt pensionarij, ad officium B. Mariæ non tenentur.*
18 *Missam audire tenetur latinus, qui eam non nisi ritu Græcorum audire potest.*
19 *Breuiarium antiquū habēs, an nouo Romano vti possit.*
20 *Missa, & officium defunctorū, an pro viuis dici possint.*
21 *Missarum numerus in ecclesiarum fundationibus positus, vt minui possit.*
22 *Beneficiarius horas non recitans pro rata fructus restituere tenetur.*
23 *Dispensatus subdiaconus, vt ducat vxorem, an ad horas canonicas teneatur.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. deest in Nouis.

1 SVbdiaconus qui non est inseruiens in celebratione Missarum solemnium, tanquam subdiaconus, vel partem vel totam passionem solus in die parasceues sine stola tanquam cantor, aut lector cantare potest; sicut Epistolam sine manipulo quilibet clericus cantare valet, modo non seruiat in alijs vt Diaconus, vel subdiaconus. & Presbyter sibi de more sub silentio Euangelium cantandum dicat.

DECISIO II.

Ex conf. 1. alias 3.

2 CVm cōsuetudo immemorialis Ecclesiæ latinæ sit, vt presbyter orationes & preces ordinatas cum sacris vestibus vestitur, recitet, & consuetudo rationabilis, præsertim cum sit immemorialis vim cōstitutionis habet, vbi lex deficit; c. Super quibusdam. de verb. sign. consequenter Presbyteri omnes singulas preces pro singulis vestibus in Missali Romano institutas, cum sacris vestibus vestiuntur, recitare tenentur: Earum tamen omnium, aut vnius omissio dummodo ex obliuione, incogitantia, vel alia iusta de causa fiat, & non ex contemptu, venialis solum culpa erit; cum in omni materia paruitas, & subreptio trāsgressionis legis, vel consuetudinis a mortali excuset, ita S. Th. 2. 2. q. 35. ar. 3. & q. 36. ar. 2. & 3. & Nau. in Man. prælu. 9. nu. 10. Mortalis autem erit, si ex contemptu, vel sine contemptu, scienter, deliberate, & sine causa omitterentur, cū constet orationes illas accessoria quædā esse prædictis vestibus, sine quibus presbyter missando peccaret, etiamsi id metu mortis faceret, vt placet Cai. 1. 2. q. 96. ar. 4. & Nau. in Man. c. 25. nu. 83. accessoriū autem sui principalis naturam sequi debet, c. Accessoriū. de reg. iur. in 6.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 4.

3 MIssam celebrans in vltima oratione, quæ in Missa post communionem pro Papa dicitur, iuxta antiquum vsum, clausulam illam, *& Regem nostrum cū prole Regia, & Episcopum nostrum* non obstante Bulla Pij V. in Missali Romano posita, qua idem Pontifex in Missarum celebratione decernit, nihil vnquam addendum, detrahendum, aut mutandum esse, addere licite potest; eo quod lex quæ non est recepta, vel non quoad aliquam partem saltem non obligat quoad illam partem, pro qua vsu recepta non est, §. leg. c. d. 4. & gl. in c. 1. de treuga & pace, etiamsi quoad alias omnes partes recipiatur: vt sentit Nau. in Man. c. 23. nu. 62. vnde cum lex illa etiam ipso Papa viuente & sciente, non solum in Hispania, sed etiam in tribus saltem Ecclesijs vrbis, nimirum S. Iacobi, B. Mariæ de Mōserrata, quæ est Aragonum, & S. Antonij quæ est Lusitanorum, recepta non sit, quod illam particulam, non quidem ex contemptu, ob bonos mores, respectus, obseruantiam, & pietaté, qua hortante Apostolo, 1. Tim. 2. subditi sunt, & esse debent in suos Reges, sine peccato a celebrantibus clausula illa addi potest.

D E-

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 7.

4 SAcerdos debilitate, & frigiditate capitis laborans, cessante scandalo cum quo nihil licet, c. Nihil cum scandalo, de præscr. Missam, præsertim vsq; ad consecrationẽ, capite amictu sacro tecto celebrare sine peccato, aut vlla irreuerẽtia potest, cum in primitiua Ecclesia solitos fuisse presbyteros missam celebrare capite amictu tecto cõstet, & amictus ipse, prout oratio ecclesiastica testatur, capitis armaturam significat. Qui tamen sic celebrandi causam non manifestè iustam haberet, sed dubiã, ab Episcopo prius, si commodè adiri possit, dispensationem impetrare debet, in quo etiam euentu, aliquo potius panniculo albo, quam alio pileolo, quia propius ille ad amictum sacrum, quam hic accedit, vtendum erit.

DECISIO V.

Ex conf. 5. alias 1. de cleric. pereg.

5 SAcerdos peregrinus, licet sine literis dimissoriis celebrando male faceret, c. extranei, & c. priuatus, d. 71. nullam tamen irregularitatem sic Missando incurrit, nisi iure aliquo particulari clericis peregrinis indicta suspẽsio esset, donec licentiam assequerentur, censura. n. non nisi in casib. a iure expressis contrahitur, c. is qui de sent. exc. in 6. Sed neque licentia, aut literis dimissoris indiget ad hoc, vt secretò celebret, c. Tuæ. de cler. peregr. aut etiam ad publice celebrandum, si literæ dimissoriæ ad presbyteriũ suscipiendum paulo antea datæ fuerunt, quia episcopus ad presbyterium suscipiendum aliquem approbans, satis etiam approbare, & testari videtur, eum nec suspensum, nec irregularem, aut alias prohibitum esse; c. si celebr. de cler. exc. minist. cum isti ad Presbyterium ordinari minime possint. Qui tamen ante aliquot annos per dimissorias episcopi sui presbyter ordinatus est, nouo indiget ad celebrandum testimonio, eo quod testimonium diu antea ad ordinem Sacerdotij suscipiendum concessum, mores præsentes non satis probat.

DECISIO VI.

Ex conf. 6. aliàs 9.

6 CVm Missæ suffragium mortuis, & intentione animi ante Missam, & memoriam in Memento Missæ, & per collectas expressas in ipsa Missa applicari possit; c. cũ grauia. c. non æstimemus; c. animæ, 13. q. 2. & c. visum, de cõsec. d. 2. & c. cum creatura de celeb. miss. quorũ omniũ ceteris parib. optimus modus est per collectas, (cum suffragatio per collectas, alias duas includat, aliæ vero istã non includunt, qui. n. debito modo per collectam suffragatur, intendit applicare suffragium defunctis, pro quib. collectam pronunciat, & facit etiam eorum memoriam; & verbis præterea appositis, & ab ecclesia consuetis, pro eis precatur,) episcopi, & Religionum Prælati, quib. a Conc. Trid. sess. 25. c. 4. de ref. facultas data est, vt in synodo diœcesana, vel in Capitulis Generalib. circa Missarum reductionem statuere possint, quicquid ipsi expedire censuerint, ita tamen vt eorum defunctorum semper commemoratio fiat; prædictum Missarum numerum non sine iusta causa diminuere debent, cum constet vnam Missam pro plurib. dictam non prodesse singulis eorum tantum, quãtũ prodesset vni eorũ, si pro eo singulariter diceretur, vt ait N. in M. c. 25. n. 103. vnde Missas iusta ex causa sic diminuentes, eas dicturis imponãt, vt animas defunctorum his omnib. modis iuuent, applicãdo, s. eis valorem eius, intentione ante Missam, memoria in Missæ Memento, & speciali collecta defunctorum, cum hoc sine iactura temporis, aut alterius operis conuenienter fieri possit, & Missarũ de defunctis collectæ ceteris paribus in hoc aptiores, et fructuosiores sunt, quã collectæ Missarum de viuis, cũ illæ specialiter, expresse, & directe defunctis applicentur, collectæ vero aliarũ Missarũ non item, & pie, & sancte cõmemoratio de defunctis in Missa de festo saltem priuato fieri potest; c. visum de cõsec. d. 1. & c. cum creatura de celeb. Mis. & Pan. in cons. 99. vol. 1, quamuis etiam permitti possit, vt in maximè solemnib. festis omittatur, ad gloriã eorum referendo illam omissione, & gloriam in præfatorũ defunctorũ opem & auxilium, & talis est hæc virtualiter fieri, quãdo ob inaduertentiã, vel obliuionem interdũ expresse applicationem illam celebraturus non faceret.

DECISIO VII.

Ex conf. 7. alias 8.

7 SAcerdos Regularis, aut alius pro vna Missa multas pitantias etiam de Superior. licentia accipiens, peccat, ex Nau. in Man. c. 25. n. 92. nisi expresse vel tacite cõsentiãt illi, pro quib. dicenda, vel quib. ipsa Missa est promissa, cũ Missa vna pro vno, & alijs dicta non ita prodest, ac dicta pro vno tantum ex eo. Nau. in Man. c. 21. n. 103. Nec quicquam prodest scientia, aut licentia Prælati, quia non habet ipse potestatem remittendi obligationem soluendi debitũ, quæ iure naturali, Diuino, & humano contrahitur, c. si res aliena. 14. q. 6. nec quisquam ab obligatione soluẽdi aliquid vni liberatur, eo quod debitum illud alteri soluitur, c. ea quę, de iureiur. quamuis. n. Missæ valor infinitus sit, finito tamen modo applicatur; sed neque paruitas pitantiæ a singulis habitæ celebrantem excusare potest, nisi tãta esset paruitas, vt iuste præsumi possit, dantẽ pitantiã non dare illam, vt tota vna Missa ei applicetur, sed tantũ pars aliqua eius; quã celebraturo videbitur.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. alias 1.

8 QVamuis in die Natiuitatis Domini sacerdos tres Missas celebrare poterit, c. Nocte sancta de consec. d. 1. & Nau. in Man. c. 21. n. 2. & c. 25. n. 87. iure tamen cõmuni solũ attento, & secluso voto, iuramento, promissione, & statuto particulari, vel alia obligatione speciali, nullus tres illas Missas celebrare tenetur, quæ Missæ ita dicendæ sunt, vt vna, seu prima earum solum ante auroram, & reliquæ post auroram, vel omnes post auroram, siue vnus solus sacerdos sit, siue plures, dicantur, & alteram illarũ, quam volunt, omittere, vel dicere possunt.

DECISIO IX.

Ex conf. 9. alias 2.

9 MIssam bis in die propter necessitatem, & vtilitatẽ, & sacerdotum penuriã celebrare licet, c. consuluisti. de cel. Miss. gl. & Pan. ibi. vtilitas autem audientium, non dicentiũ consideranda est, gl. in d. c. consuluisti, quæ autem talis sit, arbitrio boni, & prudẽtis viri relinquitur, cum. n. aliquid indeterminatum iure statuitur, determinatio boni viri arbitrio est facienda. l. 1. ff. de iur. delib. e. de causis, de off. deleg. & Nau. in Man. c. 25. nu. 57.

DECISIO X.

Ex conf. 10. alias 41. de pœnit. & remiss.

10 EVcharistiæ sacramentum infirmo regulariter in eadẽ infirmitate plusquam semel, post cibum sumptum in modum viatici, dare non licet, eo quod prohibitio de non communicando post cibum eodem die, præcepti est. viatici cum autem secũda vice in eadem infirmitate accipere, cõsilij tantum est, propter quod præceptum transgredi non licet, arg. c. quod præcipitur, 14. q. 1. præsertim cum vix probetur de præcepto teneri infirmũ etiam vna vice post cibum communicare, cum regulariter præceptum non sit extra tempus paschale cõmunicare, c. Quod in te. de pœn. & remis. & gl. ibi. qui tamen diu ægrotaret, & haberetur tantũ temporis, intra quod ratione voti, vel pœnitentiæ, vel alicuius legis particularis, (quali tenentur monachi, Clem. ne in agro. §. sane. de statu monac.) vel boni viri arbitrio teneretur æque de consilio, & honeste communicare secunda vice, ac prima, nec commode expectari poterit manè sequens, post cibum sumptum secunda, qua prima vice viaticum sumere pari ratione potest.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. [alias] 16.

15. 16.

11 BReuiario Rom. nouo, qui non tenentur, eo extra chorũ vti non possunt, cũ Papa illius vsum ex cõsensu tãtũ Episcopi, vel Capituli cõcedat, & diuersitas, & discordia facile nasceretur, si in eodem Monasterio vsus esset diuersorum Breuiariorum; quia sic alij extra chorũ nouo, alij Breuiario antiquo vterentur, quod indecẽs, & indecorũ videtur, c. in noua actione 16. q. 7. Cle. 1. de elec. Quãuis forte peccati dãnandus nõ esset qui nouo extra chorũ aliquando vteretur, cùm Bulla nulli veteri nouo extra chorũ vti, sine episcopi, aut capituli cõsensu. sed solũ in choro

DECISIO XII.

Ex conſ. 11. alias 19.

12 BEneficiarius horas canonicas non recitãs primis ſex menſibus peccat, fructus tamen illo tempore receptos reſtituere non tenetur, Extrau. Pij V. Ex proximo. & Nau. in Man. cap. 25. num. 22. Poſtea vero receptos eccleſiæ, vel pauperibus reſtituere obligatur. Quod ſi beneficiarius ipſe ſit pauper, vt honeſte ſe ſuſtentare nõ poſſit, fructus reſtituendos ſibi, & ſuis parẽtibus pauperibus ſaltem de licentia epiſcopi applicare poteſt.

DECISIO XIII.

Ex conſil. 13. in vtriſque.

13 CAnonici eccleſiarum Cathedralium chorum ſine iuſta cauſa ad horas canonicas in eo dicendas non adeuntes, mortaliter peccant, nec abſoluendi ſunt, quamuis eas alibi pronunciant; Quia Canonici omnes præſertim eccleſiarum Cathedralium iure communi (ca. 1. & c. dolentes, de celebr. Miſſ. & Conc. Tri. ſeſ. 24 cap. 12. de ref.) & regulari horis ſtatutis officium diuinum cum alijs in choris collegialiter canere, & pronunciare tenẽtur: & obligatus ad aliquid in certo loco, vel erga certas perſonas, extra illum locum, vel erga alias perſonas illud faciendo, debito ſuo non ſatisfacit, c. nos quidem c. Innocẽs, de reſtam. Secus tamen de eo ſentiendum eſt, qui infirmus captus, & violenter detentus, aut alia iuſta de cauſa impeditus eſt, quo minus eas cum alijs in choro recitare queat. c. 1. de cler. non reſid. in 6. c. cum dilectus c. ad noſtram eod. tit. in antiquis.

DECISIO XIV.

Ex conſ. 14. alias 17.

14 CVm beneficiarius horas canonicas ſolum ratione beneficij obtẽti recitare teneatur; nec præſentatus, vel nominatus ad beneficium, neque electus, ſi nondũ ſit, cõfirmatus, c. Transmiſſam c. nihil. de elect. neque prouiſus, neque is cui collatio facta eſt, donec prouiſioni ſibi factæ conſenſerit, cum vſque ad illud præſtitum, beneficiũ non ſit ſuum c. ſi tibi abſenti, de præb. in 6. neque expectatiuas & ſimiles gratias habens; ſed neque qui duas ſentẽtias ſuper beneficio, & ſequeſtrum ſuper fructibus eius in fauorem ſuum obtinuit, ſi nondum eſt ei illud collatum, horas canonicas recitare tenetur; Et iura omnia, quæ onus eas dicendi imponunt, de beneficiario habente ius quæſitum in beneficio loquuntur, licet nondum adepta poſſeſſio fuerit.

DECISIO XV.

Ex conſ. 15. alias 14.

15 CAecus, qui horas dicere nõ valet ab ijs recitandis, etiam ſine vlla Papæ diſpenſatione excuſatur.

DECISIO XVI.

Ex conſ. 17. alias 12.

16 QVi plures linguas callet horas canonicas priuatim idiomate, quod ſibi magis arridet, & partem earum vno, & partem altero, modo id ſine contemptu, & aliquo bono re ſpectu faciat, recitare poteſt; officium autẽ paruũ B. Virginis ſolum choro addictos ligat; vnde canonicus, qui aliqua de cauſa a choro intereſſe non tenetur, ad officiũ paruum B. Mariæ, quod in eo a Canonicis iubetur dici, nõ obligatur.

DECISIO XVII.

Ex conſ. 18. alias 22.

17 MIlites religioſi *S. Iacobi de ſpata*, qui ex ordinis inſtitutione ad preces horarias cẽtum & viginti Pater noſter, cum totidem Aue Maria quotidie perſoluẽdas tenentur, ad officium paruum B. Virginis ratione penſionis eccleſiaſticę, quam obtinent, ex Pij V. conſtitutione nõ obligantur. Quia cum lex ex legiſlatoris mente, & ratione extẽdi, & limitari debeat, c. Suggeſtum, & c. meminimus de app. l. & Pa. ibi. & mens Authoris & ratio prædictæ legis eſt, ne fruentes fructibus beneficiorum omnino immones eſſent ab onere dicendi aliquas preces, ad quas beneficiarij tenentur non extenditur ad eos, qui alia de cauſa ad alias preces, & plures, quam ſunt preces officij B. Virginis obligantur; ſicut nec presbyter vel illius, vel alterius ordinis, qui ad horas canonicas tenetur, ad officiũ B. Virginis ratione penſionis, quã habet, plus quam alius presbyter penſione carens, obligatus; præſertim quia illa 120. Pater noſter, & Aue Maria loco horarum canonicarum ſuccedunt, ad quas clerici illius ordinis tenentur, adeo vt quodammodo videntur horæ canonicæ; ſubrogatum autem naturam eius, cui ſubrogatur, ſapit, l. cum quis §. qui iniuriarum, ff. ſi quis cau. & c. eccleſia, vt lit. pen. Sicut ergo qui alia ratione ad horas canonicas tenetur, ex prædicta Pontificis conſtitutione ad illud officium paruum ratione penſionis nõ tenetur; ita neq; illius ordinis religioſi Milites vt penſionarij tenebuntur.

DECISIO XVIII.

Ex conſ. 19. alias 5.

18 ITalus aut alius latinus in terris Græcorum habitans in die feſti miſſam ritu Græcorum audire tenetur, dũmodo modus celebrandi Miſſas illarum terrarum, ritoi catholicorum neceſſario iure diuino in eis celebrãdis ſeruando non ſit contrarius; quamuis in aliquo iuri canonico conſuetudine antiqua abrogabili forte contrarius fuerit Sicut enim ipſa celebratio, non ſeruatis illis, quæ de iure diuino ſeruanda ſunt, peccatum eſt; ita & auditio in tali caſu iure diuino cenſetur prohibita, eo quod eſſet cõſenſus in peccatum iure diuino prohibitũ, quod nulla ratione licet, vt patet Ro. 1. & c. 1. de offi. del. Quia vero Græci in terris ſuis ſecundum modum catholicorum abrogabilẽ celebrare non obligantur, Arg. c. fi. de conſuetud. licite, & ſine peccato latinus eorum Miſſas audire poterit, & proinde a præcepto eccleſiæ de audienda miſſa in diebus feſtis non excuſabitur; Ex quo fit, vt diligẽter informare ſe vnuſquiſque debet de modo celebrandi eorum, vt miſſas eorum audire, nec ne poſſit, & teneatur, diiudicet.

DECISIO XIX.

19 QVamuis clerico habenti Breuiarium aliquod priuatũ ante ducentos annos ſcriptum, ex ſuo ſolo cõſenſu, nouo Romano vti liceat, eo quod breuiarium illud auctoritate priuata ſcriptum, a generali præcepto dicendi horas iuxta formulam noui Romani non excipitur; habẽti tamen Breuiarium publicum auctoritate publica epiſcopi vel alia legitima ante ducentos annos compoſitum nouo Romano non niſi conſentiente prælato, & maiore parte capituli, vel conuentus, vti non licet.

DECISIO XX.

Ex conſ. 6. in Nouis, deeſt in antiquis.

20 DEfunctorum miſſæ & officium, vt pro ſe fiant, vel dicãtur, antequã moriatur, procurare licet; cauere tamẽ debet ſacerdos, ne orationes, in quibus aliquẽ mortuũ eſſe enunciat, illi viuo applicet, qualis eſt illa, quæ incipit, *Inclina*, vbi illa verba habentur, *Animam famuli tui, quam de hoc ſeculo migrare iuſſiſti*, & aliæ ſimiles, quia id eſſet mẽtiri, quod nũquã licet. c. 1. & c. cũ humilitatis 22. q. 2.

DECISIO XXI.

Ex conſ. 11. in Nouis, deeſt in antiquis.

21 MIſſarum numerus in fundationib. eccleſiarũ, aut capellarum dotationibus olim appoſitus, vt minuatur, quãuis iuſtã cauſam præſtat diminutio redituum, & augmentum pretij rerum ad victum, & veſtitum neceſſariarũ, quia tamen vna Miſſa votiua pluribus nõ ſatisfacit ad hoc vt miſſæ votiuæ, quas fideles petunt, vt ad ſuam intentionem dicantur ſingulæ pro ſingulis petentibus, ob paucitatem ſacerdotum, vel annonæ caritatem ſic diminuãtur, vt per vnam ſatisfiat illis qui petunt tacitè, vel expreſſe ſingulas pro ſingulis petentibus, niſi conſenſus eorũ, quibus promittuntur, accederet, (quod raro, aut nunquam accidere ſolet) petendum non eſt.

DECISIO XXII.

Ex conſ. 18. in Nouis, deeſt in antiquis.

22 HOras non recitans beneficiarius fructus perceptos pro rata temporum, & officiorum, quæ recitare omiſit, reſtituere tenetur, iuxta extrau. Pij V. inc. ex proximo. conſt. 158. in ordine, non quidem eccleſiæ ſpeciale, cuius eſt beneficium, ſed ſatisfacit alijs operibus pijs, vel ſi eſt pauper, ſibi tanquam pauperi erogando.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XXIII.
Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiquis.

13 Quia congruit accessorium sequi naturam sui principalis, e. accessorium, de reg. iur. in 6. sicut dispensatus ad duo incompatibilia, censetur dispensatus a residentia in vtroque facienda, & maior viginti annis dispensatus ad dignitatem potest esse iudex delegatus, si habeat viginti annos, licet ad illud non sit specialiter dispensatus, ex Dom. in ca. nos consuetudinem, dist. 12. ita etiam, & sub diaconus dispensatus a Papa vt vxorem ducat, ducta illa, a recitatione horarum dispensatus censetur.

TITVLVS XXXIV.

De baptismus,& eius effectu.

SVMMARIVM.

1 *Baptismus nondum integre nati verus est, licet sub conditione ad cautelam baptizari possit.*
2 *Baptizatus sine solemnitate solita, in sacro sepeliri debet.*
3 *Cognationem spiritualem non contrahit non baptizatus baptizans.*
4 *Catechizandi nulla lege ad baptismum suscipiendum obligantur.*
5 *Monstrum illud baptizandum non est, quod caret anima rationali.*
6 *Baptismum non vitiat quaecunque verborum forma inuitatio.*
7 *Baptizandus non est rationis capax, qui vult in peccato, vel infidelitate perseuerare.*
8 *Innocentes pro Christo occisi, per gratiam Christi, salui facti sunt, & martyres effecti.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. alias 2.

1 INfans nondum integre natus, & propter timorem mortis baptizatus per ablutionem capitis, vel alterius partis iam natae, vel extra corpus matris apparentis, vere est baptizatus: qui licet ad cautelam sub conditione, si non es baptizatus, ego te baptizo, licite baptizari possit, secundus tamen baptismus, vere baptismus non est; Nec ex baptismo secundo sic ad cautelam cum catechismo, & exorcismo natura compaternitas, aut cognatio spiritualis, quae matrimonium impedit, & dirimit, vt sine Papae dispensatione cum matre sic baptizati matrimonium contrahere possit; quamuis secus de baptismo priori sine catechismo & exorcismo ministrato, ex quo talis cognatio spiritualis oritur, sentiendum sit.

DECISIO II.
Ex conf. 2. alias 3. de sepul.

2 CVm omnis Christianus in loco sacro sepeliri debeat Arg. cap. ecclesiam de consec. d. 1. & toto tit. de sep. etiam infans rite intra, vel extra ecclesiam in necessitate sine solemnitate solita baptizatus, & moriens ante quam suppleatur, in ecclesia, vel in caemiterio eius e iuce, & alijs solitis adhiberi sepulturae infantis baptizati, iuste sepeliri potest, ita Ostiensis in summa de consec. eccel. §. cum autem sit, cum certum sit talem baptizatum esse, & characterem christianismi insignitum, e. quemadmodum, 37. qu. 7. & gratiam sacramentalem aeque, ac si eum solemniter baptizatus esset accepisse, cum sola sacramenta, & non sacramentalia gratiam ex opere operato conferant. ex DD. 4. dist. 1.

DECISIO III.
Ex conf. 3. alias 1. de cognat. spiritualis.

3 QVamuis nondum baptizatus alterum baptizando cognationem spiritualem non contrahat; ex S. Th. 4. d. 42. q. 1. art. 3. sicut nondum habens vitam carnalem, cognatus alterius carnaliter esse nō potest baptizatus tamen necdum confirmatus tenens confirmandū, cognationem spiritualem cum eo contrahit, ex Sil. ver. matrimonium, 8. q. 7. eo quod vitam ipse spiritualem iam habet.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. alias 1.

4 SIcut catechizandi ad baptizandum se offerentes, coram notario & testibus ad baptismum suscipiendum obligare se se non tenentur, ita neque episcopus, aut parochus catechumenos, dum in fide instruuntur, alere lege aliqua cogi poterit, quamuis infantibus, inuitis parentibus, & cognatis baptismum petentibus, de alimentis prouidendum sit.

DECISIO V.
Ex conf. 30. in Nouis, deest in antiquis.

5 MOnstrum illud baptizandum non est, quod anima rationali caret, sine qua non est homo, qui solus capax est baptismi: c. in quadam, de celebr. Miss. an autē talis sit qui cum capite ferino, & reliquis membris humanis nascitur, iudicio peritorum relinquitur.

DECISIO VI.
Ex conf. 4. in Nouis est consil. 3. de cland. desponsat. dub. 4. in antiq. sed quia huic titulo conuenit, rectius hic ponitur.

6 BAptismum non vitiat diuersitas verborum, modo actum baptizandi, & causam principalem, scilicet sanctissimam Trinitatem distincte exprimat, sine omissione alicuius personae, sicut nec vitiatur ex eo quod ab haeretico iudaeo vel pagano cum debita intentione faciendi quod facit ecclesia, & multo minus si in forma Graecorum conferatur, secus autem si aliqua itum personatum Trinitatis omittatur, aut aliqua mutatio essentialis in illis ad fouendum errorem fiat, prout Bononienses faciunt, qui loco illius dictionis vnicae *Spiritus sancti*, hanc *Spiritus*, omissa alia particula *Sancti* ponunt; Quandoquidem dicto *Spiritus* sine additione verbi *Sanctus*, nec nomen est proprium Spiritus sancti, nec Spiritui sancto appropriatum, sed omnibus personis competit, Nam & pater, & filius est Spiritus, & Sanctus ita S. Th. 1. par. q. 36. art. 1.

DECISIO VII.
Ex conf. 5. in Nouis, est conf. 3. de cland. desponsat. dub. 12. in antiq. sed quia materia illius huic titulo conuenit, hoc in loco appositus est.

7 BAptizandus non est rationis capax, qui in peccato, vel infidelitate perseuerare vult, si tamen baptizetur, habearque intentionem illud recipiendi, verum baptisma recipit, ex S. Th. 3. p. q. 68. art. 4. & ar. 8. ad 4. Tu carum vero aut aliorum infidelium filij vsu rationis carentes, quos parentes, penes quos remansuri sunt, ob id baptizari petūt, vt sic ab aliqua infirmitate liberentur, baptizandi sunt, sicut & adulti, qui ideo excitantur vt baptizentur, quia exinde corporis sanitatem recipere sperant.

DECISIO VIII.
Ex conf. 6. in Nouis, deest in antiquis.

8 SIcut Innocentes pro Christo occisi, quamuis non propter meritum, eum vsu rationis carerent, per gratiā tamen Christi, salui facti fuerunt, & martyrij laureolam adepti, sunt ex S. Th. 2. 2. q. 124. at. 1. ita etia, & martyrium a praegnante pro Christo assumptum, foetui animato pro baptismo ad salutem prodest, & is, sicut Innocentes, dicitur pro Christo occisus, quando intentio occidentis matrem pro Christo, etiam saltem virtualiter in filij nōdum nati occisionem.

TITVLVS XXXV.

De reliquijs,& veneratione sanctorum.

SVMMARIVM.

1 *Reliquias martyrum extrahens, aut veniales exponens, grauiter peccat.*

2 *Reliquias sanctorum in collo, ad eorum honorem portare licet.*

3 *Synodus Prouincialis, vel episcopalis, ne crucis signum humi sculpatur, statuere potest.*

DECISIO I.
Ex conf. 5. alias 2.

1 Reliquias Martyrium sicut extra Capsulas vbi repositæ sūt, extrahere, aut veniales exponere graue peccatum est; cap. 2. de rel. q. & ven. sanc. & l. Cæsarea, 3. C. de sacrosanct. eccl. ita & rursum puteo lanam intra quam verisimile est Sanctos martyres esse sepultos, extrahere, & terram illam per campos passim dispergere peccatum mortale censetur; quando quidem maior irreuerentia eis sic fieri videtur, quā si reliquiæ eorum veniales aliquibus in finem reuerenter eas colendi exponerentur.

DECISIO II.
Ex conf. 2. alias 1.

2 Corpora sanctorum sepulta, quamuis sine licentia de loco ad locum transferre non liceat; l. 1. & vlt. C. de religio. & sump. fun. eorum tamen reliquias vel in aliquo oratorio honesto, aut area decenti seruare, vel etiam ad prælia, & loca periculosa, aut circa collum, ad honorem sancti cuius illi sunt ob fiduciam, & spem intercessionis eius ad diuinam Maiestatem secum habere & portare licet; dummodo id fine aliqua vanitate, & superstitione fiat qualis est quod vas sit triangulare, aut de ista, vel illa materia; ita S. Tho. 2. 2. q. 96. art. 4. & Syluest. verb. reliquia, qua st. 5.

DECISIO III.
Ex conf. 3. in vtrisque.

3 Synodus Prouincialis, vel Episcopalis, ne crucis signum in aliqua re humi iacente progatur, vel sculpatur, statuere potest non solum ex eo quod in plerisq; patribus ab huiusmodi pictura, & sculptura iustis de causis abstinetur, sed etiam quia idolim 'al em lege Cæsarea, l. 1. C. nemini licere sig. statutum est. Et episcopus cōtra ius nouū illud ad antiquum reducendo aliquid legitima de causa statuere valet; c. in his c. catholica d. 1. Pan. in c. quod su pes his, de maior. & obed. & Nau. in Man. cap. 21. num. 5.

TITVLVS XXXVI.

De obseruatione ieiuniorum.

SVMMARIVM.

DECISIO I.
Ex consil. 1. in vtrisque.

1 Ieiunium Vigiliæ Pentecostes de præcepto est, c. nosse, e. de ieiunio. d. 76. & gl. ibi. prout generalis ecclesiæ cōsuetudo obseruare videtur.

DECISIO II.
Ex conf. 2 alias 3.

2 Dominus animaduertens famulos suos, cum possent non ieiunare, & eosdē admonens, vt si possint, ieiunent; si postea sine causa iusta eos ieiunium frāgere sciat, ijsdem cœnam denegare tenetur, & cœnam ieiunare potentibus dans peccat.

DECISIO III.
Ex conf. 3. alias 4.

3 Dispensatus vt carnes diebus pisculētis secrete, & sine scandalo comedere possit, illas coram socijs, quibuscum ordinarie comedit, vesci non potest. Quia mens & intentio Papæ cum tali clausula dispensant is esse videtur ne solio modo cum alijs socijs domesticis, & externis aduenientibus comedat; in omnibus autem dispositionibus mens & intentio dispōnentis seruanda est, c. fi. de præb. & l. in omnib. ff. de cond. & dem.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. alias 5.

4 Cruciata concessa cum clausula, vt qui illam acceperent, oua & lacticinia diebus, quibus est indictū ieiunium ecclesiasticum comedere possint, & satisfacere huiusmodi ieiunio; dummodo alia, quæ requirit ieiuniū, seruent; ad ieiunia feriæ quartæ, sextæ, & sabbathi ob Iubilæum indicta, non extenditur. Quia cum dispensationes quæ a iure communi exorbitant, qualc est priuilegiū præ dictæ clausulæ Cruciatæ, odiosæ sint, & restringēdæ, c. Ex quæ, & c. odia. de reg. iur. in 6. & aliud est ieiuniū ecclesiasticum a iure communi indictum, & aliud a confessore in pœnitentia impositum, & aliud a voto implendum, & aliud ob Iubilæum a Papa indictum, & a diuersis non sit illatio, l. Papinianus. ff. de minoribus, consequenter priuilegium datum ad moderandum ieiunium ecclesiasticum a iure communi institutum, ad ieiunium ex voto, vel a cōfessore iniunctum, vel a summo Pontefice ob Iubilæum indictum, vel a superiore ad aliquem particularem respectū alicui impositum, non est extendendum.

DECISIO V.
Ex conf. 5. alias 18.

5 Bullam habens cruciatæ, licet lacticinia, & pisces diebus interpolatis, vel etiam lacticinia in vna refectione, & in altera pisces, ob necessitatem, de consilio medica, & confessarij edere possit; simul tamen in eodem prādio lacticinia, & pisces, virtute illius cruciatæ comedere non potest. Qu a in priori casu contingere potest, quod in altera illarum comestionum habeat necessitatem comedendi lacticinia & non in alia; qua autem vice edendi illa necessitatem nō habet, & commode piscibus vesci possit, lacticinia comedere nō debet, quia cessat causa edendi in Bulla expressa; in casu vero posteriori, quia semper erit peccatum pisces in eodem prandio, vel eadem cœna comedere, nunquam erit licitum; si enim pisces comedere nō possit sine damno notabili suæ salutis, eos comedendo peccat mortaliter; venialiter autem, si parum piscium comedendo solummodo ei parum noceret, ita Innocen. recept. in c. tua de homic. & Nau. in Manu. c. 55. nu. 13. si vero eos comedere non potest, ca: er consequenter necessitate comedendi lacticinia, vnde nec illa pes tenorem Bullæ cruciatæ licite comedere potest.

DECISIO VI.
Ex conf. 2. in Nouis, deest in antiquis.

6 Ieiunium quadragesimale duo præcipit, vnum, vt tantam; Alterum, vt singulos dies ieiunemus, vnde qui primum fregit, vno, aut altero die non ieiunando, adhuc secundum seruare, & reliquos singulos dies ieiunare tenetur ex S. Th. 2. 2. q. 147. & ibi Caiet. art. 6. & 7. & Nau. in Man. c. 55. nu. 20. & 27.

DECISIO VII.
Ex conf. 6. in Nouis, deest in antiquis.

7 Ieiunare sicut dicitur is, qui, quia non potest habere panem, & cibos quadragesimales, semel tantum in die comederet carnes, aut oua, aut lacticinia; eo quod necessitas cibos hos quadragesimales facit, ita etiam probabiliter ieiunare diceretur is, cui Papa concessit, vt diebus ieiuniorum carnibus, & ouis vesci poterit, dūmodo le... alia quæ requi-

requirit ieiunium: quandoquidem concedendo huiusmodi facultatem, vt etiam carnes, & oua huic priuilegiato cibi quadragesimales, & diebus ieiunij conuenientes sint, Papa concedere censetur.

TITVLVS XXXVII.

De immunitate ecclesiarum.

SVMMARIVM.

1 *Gabellas personales, vel de rebus suis, clerici non debēt.*

2 *Statutum vt confrater sine consensu fratris non possit confratrem in ius vocare, non est contra libertatem ecclesiasticam.*

3 *Iudex laicus extrahens aliquem ab ecclesia exempta incurrit pœnam, nisi restituat.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4.

1 CVm iure cōi canonico, clerici gabellas personales, seu portoria pro fructibus de suis hortis, arboribus & prædijs suis collectis, & amico alicui, vel domino, etiā extra territorium existenti, dono trāsmissis, aut pro rebus proprijs, quas intra territorium suum vendunt, soluere non debeant, c. negociatorem, & c. eijciens. d. 88. & toto tit. ne cleric. vel monachi, & l. 1. & 2. & toto tit. ff. & C. de don. Pa. lib. 1. conf. 6. & Dec. cōf. 496. sed solum pro reb. quas negotiandi causa, aut alio cōtractu non gratuito extra territorium vendunt, cle. vlt. de censib. non pōt Respublica nouum pędagium imponere, ita vt ecclesiasticus dono mittens fructus aliquos etiam ad ecclesiasticos extra territorium, portorium seu pædagiom soluere teneatur. ita Nau. in Man. c. 17. nu. 201. Secus tamē si dolo, vel fraude excusandi portoriū aliquid nomine doni mitteret, facto prius expresse, vel tacite pacto, vt is, cui mittitur, tātundem, vel plus remittat nomine doni: cū fraus, & dolus nemini patrocinari debeant, c. Sedes Apostolica. de rescr.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 6.

2 STatutum a Confratria factum, vt nullus confratrum alterum confratrem coram iudice seculari, vel ecclesiastico super tēporalibus, vel spiritualib. conuenire possit, nisi de consensu Prioris dictę Confratriæ, sub pęna expulsionis a Confratria, neque malum est, neque contra libertatem ecclesiasticam; eo quod in effectu nihil aliud quam consilium Apostoli, quod habetur 1. Corin. 6. cōtinet: Absurdum autem est aliquid ab Apostolo cōsultum, contra libertatem ecclesiasticam censeri; Neq; statutum illud quenquam ad illud seruandum astringit, nisi volentem intrare Confratriam, quam nemo intrare cogitur; neque alia poena Confratrem punit, quam quod esse desinat illius confraternitatis frater, nec aliquod contra libertatem ecclesiæ bona fide seruans, censuram vllam incurrit ex Innoc. in cap. nouerit. de sent. excomm. & Nau. in Man. cap. 27. num. 119.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 1.

3 IVdex laicus aliquem ab ecclesia exempta extrahens, nisi captum ecclesiæ restituat peccatum, & poena contra sic extrahentes illatam incurrit.

TITVLVS XXXVIII.

De Ecclesijs ædificandis, vel reparandis.

Hic titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Pensionem habens super beneficio quando ad ecclesiæ reparationem tenetur.*

DECISIO I.

Ex conf. vnico in Nouis, deest in antiquis.

1 PEnsionem clericus super beneficio ecclesiastico, & fructibus eius, impositam habens, pro rata ad illius ecclesiæ reparationem tenetur, nisi pensio ita imposita fuerit, vt ab omni onere libera solueretur.

TITVLVS XXIX.

Ne clerici, vel Monachi secularibus negotijs se immisceant.

SVMMARIVM.

1 *Clericus beneficiarius, nec presbyter, nec monachus, ius ciuile publicè sine dispensatione legere potest.*

2 *Presbyter Doctoratum in iure ciuili assumens nullam pœnam incurrit.*

3 *Beneficiatis, sacratis, & monachos ars medica est prohibita.*

4 *Bannitos accusare Gregorius XIII. non obligat, sed solum illis fauere prohibet.*

5 *Clericus patrocinando pęnam nullam incurrit, nisi mors, aut mutilatio sequatur.*

6 *Tutelam, & curam Minorum suscipere nec episcopus, nec sacerdos secularis cogitur.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 5.

1 CLericus beneficiarius, qui nec presbyter, nec Monachus est, sine vlla dispensatione ius ciuile publicè legere potest, dummodo beneficia, quæ obtinet, nec dignitates, nec Personatus, nec officia sint; c. Multa. de præben. & c. super specul. Ne cler. vel Monach. cum clericis etiam in dignitate constitutis legum ciuilium auditio tantum, & non prælectio prohibita sit, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 26. Sed neque irregularitas ob prælectionem legum criminalium, neque propter Commentarios super illis compositos, sed tantum propter homicidium, vel mutilationem factam, ope consilio, vel auxilio ad id præstito, & ob eam præstationem consecuto, incurritur.

DECISIO II.

Ex conf. 2. in vtrisque.

2 PResbyter beneficiatus, dummodo leges ciuiles sufficienter calleat. Doctoratus gradum in iure ciuili sine incursu alicuius cēsurarum, irregularitatis, aut sine amissione beneficij, assumere potest, vt ait Pan. in d. cap. super specul. Nec vlla opus est ordinarij licentia, quia eam ordinarius dare non potest; si tamen sine sufficienti scientia Doctoratum sumat, peccat quidem, ex Glos. in clem. 2. de Magistris, censuram tamen aliquam non incurrit.

DECISIO III.

Ex consil. 3. in vtrisque.

3 CLericus simplex, ordine sacro, & beneficio ecclesiastico carens licet officio, & arte medica vtens, non plusquam laicus medicus peccet; sacro tamen ordine insignitus, vel beneficium ecclesiasticum etiam non sufficiēs victui honesto habens, eis vtendo peccat; cum officium seculare, cuius exercitium prohibetur clericis, & Monachis, vt colligitur ex toto tit. ne cler. vel monachi. & ex Concil. Trid. sess. 22. c. 1. de ref. exerceat, ita Nau. in Man. c. 25. num. 111. Nullam tamen censuram, aut irregularitatem ob solum artis medicinæ exercitium, attento solo iure communi incurrit, & nulla talis pœna, nisi iure expressa sit, incurri solet, cas qui. de sent. excom. in 6.

DE-

DECISIO IV.

Ex consil. 2. in vtrisque.

4 CONstitutio Gregorij XIII contra Bannitos, quamuis clericos ad eos accusandos, denunciandos, & propalandos non obliget, cum huiusmodi denunciatio, & accusatio res periculosissima, & morti vicina sit, ad quam legislator clericos obligare non solet; cap. Erit autem d. 4. & ait Nau. in Man. c. 27. nu. 196. Eorum tamen fautores, etiamsi clerici sint, extra casus sacræ confessionis, & alios, in quibus iure naturali, vel diuino eis fauere tenentur, comprehendit.

DECISIO V.

Ex consil. 5. alias 6.

5 CLericus in quatuor tantum minoribus constitutus, & omni beneficio carens, vel etiam sacris initiatus patrocinando in causis, siue sint ecclesiasticæ, siue seculares, aut criminales, excommunicationem, aut aliam censuram non incurrit, neque etiam irregularitatem, dummodo ex suo patricinio mors, aut mutilatio membri non sequatur: cap. Sententiam sanguinis. ne clerici, vel monachi. Ita tamen patrocinando mortaliter peccat, si vel beneficium ecclesiasticum habeat, vel in sacris constitutus sit, etiamsi beneficio careat, exceptis casibus iure permissis, cap. 1. de postulat.

DECISIO VI.

Ex consil. 1. in Nouis deest in antiq.

6 TVtelam, & curam Minorum suscipere, nec episcopus, nec sacerdos secularis, multoque minus monachi suscipere tenentur, l. generaliter, C. de episc. & cler. & cap. generaliter. 16. q. 1. siue tutela sit legitima, quæ lege defertur; siue Datiua, quæ a iudice datur; siue testamentaria, quæ a testatore defertur. Possunt nihilominus episcopi & presbyteri illam suscipere, si volunt, sine vllius alterius licentia, modo illam turpis lucri gratia, vel ob alium malum finem non suscipiant. Immo etiam & religiosus tutor curator, & testamenti exequutor esse potest, petita tamen & obtenta superioris licentia: cap. 2. de testamen. in 6. sed etsi episcopus, presbyter, aut religiosus huiusmodi tutelam, & curam ob malum finem suscipiat, iuris tamen communis suspensionem ipso iure non incurrunt, cap. peruenit, dist. 86.

Finis Libri Tertij.

DECISIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri collectarum.

LIBER QVARTVS.

TITVLVS I.

De Sponsalibus, & Matrimonio.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium sine parocho contractum non valet, nec vim sponsaliorum habet.*
2 *Virginem nulliter ducens, & deflorans, an dotare teneatur, licet illa postea fornicetur.*
3 *Virginem pellicentem deflorans iure poli restituere non tenetur, quamuis iure fori condemnabitur.*
4 *Virginem sacratus, vel coniugatus sine deceptione deflorans, nihil restituere tenetur.*
5 *Matrimonium ex dispensatione contrahentes, negata copula, post commissionem ad dispensandum secuta, peccant, sed valet matrimonium.*
6 *Filij ex matrimonio nullo legitime contracto, & durante amborum, vel alterius coniugis ignorantia nati, sunt legitimi.*
7 *Papa leges suas, ac prædecessorum suorum, an reuocare possit, ac si lata non fuissent.*
8 *Episcopus, quando super impedimentis matrimonium dirimentibus dispensare valet.*
9 *Denunciationes Matrimoniorum omnis ordinarius, etiã Abbas remittere potest.*
10 *Matrimonium clandestinum ante Concilium Trid. contrahentes peccabant, sed validum erat*
11 *Iudæus conuersus licitè cum ea contrahit, cum qua pater ante eius conuersionem coiuit.*
12 *Matrimonium nec verum, nec præsumptum est, si nec verba de præsenti, nec copula interuenerunt.*
13 *Matrimonium coram parocho schismatico, non tamen declarato, & coloratum titulum habente contractũ, validum est.*
14 *Papa ex causa dispensare potest, vt episcopus vxorem ducat.*
15 *Matrimonium sublato impedimento nouum consensum requirit.*
17 *Matrimonium contra formam dispensationis Papæ contractum, est nullum.*
18 *Dispensatio ab vno coniugum alio ignorante impetrata, vtrique prodest.*
19 *Marito diu absente, & ad mortem ægrotante, vxor alteri nubere nequit, nisi certo mortuum sciat.*
20 *Matrimonium fictè per procuratorem cum vna, & deinde per se cum alia contrahens, quid facere debet.*

Ma-

21 *Matrimonium contrahere nequit cum ea, cum qua commisit incestum, aut cum alijs, sine dispensatione.*

22 *Matrimonium cum pacto quod seruetur castitas, aut non petatur debitum, contrahi nequit.*

23 *Vxor si nupsit alij bona fide maritum mortuum esse credens, mouenda non est.*

24 *Matrimonium coram parocho licet ad alia vocato, & testibus contractum valet.*

25 *Votum religionis non tollunt sponsalia secuta, etiam cum copula.*

26 *Filij adulterini per subsecutum matrimonium non legitimantur.*

27 *Maritus adulteræ religionem profiteri, & ordinari potest, eamque vt castè viuat, admonere debet.*

28 *Papa interdicere ex causa potest episcopo, & parocho, ne intersint alicui matrimonio, vel interessendi facultatem faciant.*

29 *Dispensationem quærere quando teneatur, qui sponsalia in gradu prohibito contraxit.*

30 *Matrimonium sine vtriusque consensu esse nequit.*

31 *Matrimonio interesse potest sacerdos habens generalem a parocho licentiam exercendi curam.*

32 *Vxoricidium matrimonium impedit, sed non dirimit contractum.*

33 *Vxor pauper in bonis mariti ditis ante copulam mortui dotem habet.*

34 *Parochus, qui nondum sacerdos est, matrimonio contrahendo præsens esse potest.*

35 *Herus ancillam ante 25. annum non collocans, sicut pater filiam, est in mora.*

36 *Matrimonium cum rapta non restituta, post Concilium Trid. contractum est nullum.*

37 *Sponsa mortuo sponso, cum consanguineo in primo gradu sponsi contrahere nequit.*

38 *Sponsalia ob delictum superueniens dissoluuntur, vel id ob quod non suffi nt contracta.*

39 *Matrimonium viuente prima, cum secunda contrahēs, illa mortua iterum cum dispensatione contrahere debet, vel secundam deceptam dotare.*

40 *Matrimonium consensum liberum requirit, & metu reuerentiali patris contractum, fit nullum.*

41 *Matrimonium nullum publicè contractum sublato impedimento iterum clam contrahi sufficit.*

42 *Matrimonium non licet catholico cum hæretica contrahere, contractum tamen tenet.*

43 *Sponsalia cum hæretico cōtracta, cur secuta copula non transeant in matrimonium.*

44 *Sponsalia cum hæretica contracta quando per copulam secutam transeant in matrimonium.*

45 *Sponsalia de iure nulla, post Concilium Trident. nullum effectum impedimenti publicæ honestatis pariunt.*

46 *Matrimonium ante pubertatem ex causa cum Papæ dispensatione validè contrahi potest.*

47 *Sponsa sponsum ingressum religionem vsque ad elapsum annum probationis expectare tenetur.*

48 *Licentia quam dat parochus sacerdoti, vt intersit matrimonio contrahendo, sufficit, quod sit verbalis, & probari possit per testes.*

49 *Matrimonium bona fide contra ius humanum contractum, vt permittendum.*

50 *Affinitas superueniens matrimonium ratum non dissoluit, & adulterius petendi debitum amittit, innocens autem illud petere potest.*

51 *Episcopus, seu parochus solis presbyteris potestatem assistendi matrimonio contrahendo delegare potest.*

52 *Infideles sponsi, qui se cognouerunt, conuersi denuo matrimonium contrahere debent.*

53 *Matrimonium ad contrahendum cuius ordinarij licentia requiritur.*

54 *Parochus, vel alius sacerdos, de illius, vel ordinarij licentia, cur matrimonijs contrahendis interesse debet.*

55 *Sponsalia non contrahis, qui iureiurando dicis mulieri, vt illa potiatur, non habebo aliam nisi te.*

56 *Error personæ an dici possit, vbi plebeius, nobilis & diues creditur.*

57 *Pœnitentiaria dispensationem cum compositione dare non debet.*

58 *Dispensatio sine mandato obtenta, valet.*

59 *Matrimonium ad cōtrahendum præsentia parochi vnius contrahentium requiritur, & sufficit.*

60 *Baptizans in necessitate filium suum ex vxore, nullam contrahit cognationem, secus si filium ex concubina baptizet.*

61 *Matrimonium contractum præsente parocho, & testibus valet, etiamsi parochus nihil dicat.*

62 *Matrimonij quænam materia, & forma sit.*

63 *Impedimentum matrimonij probabiliter ignorans, an, & ad quid mouendus sit.*

64 *Matrimonium in gradu prohibito contrahentes, obtenta dispensatione, de nouo consentire debent.*

65 *Benedictio nuptiarum, siue bene, siue male, puta ab hæretico accepta nec auget, nec minuit vinculum essentiale matrimonij.*

66 *Matrimonium præsumptum per copulam affectu maritali post sponsalia habitum cessat post Concilium Tridentinum.*

67 *Promittens ducere aliquam in vxorem, tenetur ducere, etiamsi talem promissionem fecerit absque animo adimplendi.*

68 *Virginem sollicitans an dotare teneatur.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 3. de cland. despons.

MAtrimonium sine parochi, vel eius substituti licentia contractum adeo nullum, & inualidum est, vt a tali Matrimonio quilibet contrahentium propria auctoritate, & sine vlla iudicis sententia resilire poterit, & alia matrimonia licite contrahere, vt aperte decidit Concil. Trid. sess. 24. c. 1. de refor. matr. Immo nec tale Matrimonium vim sponsaliorum habet. Sufficit autem præsentia parochia feminæ, vt Matrimonium sic contractum validum sit; ita Congregatio ad Car. ad dubia Conc. Trid.

DECISIO II.

2 QVi cum aliqua contra formam Concilij Tridentini matrimonium contrahit, & consummat, cum illa, si ipsa postea foroicctu e, contrahere non tenetur: Arg. c. quemadmodum. de iureiur. tenetur tamen eam dotare, si ante eam fornicationem obligatus erat, cum fornicatio sequens obligationem dotandi non tollat, vt colligitur ex toto tit. Instit. quibus modis tollitur obligatio.

DECISIO III.

3 MAtrimonium cū virgine sine parochi licentia contrahens, eamq. aut leuiter rogatam sine vlla deceptione, aut tacite rogantem, seu inducentem deflorans eam in foro conscientiæ dotare non tenetur: secus tamen in foro exteriori, sed si inuitam defloret, ad eam dotandam in vtroque foro tenebitur, c. 1. & 2. de adult. & Nau. in Man. c. 10. num. 16.

DECISIO IV.

4 COniugatus, vel sacris initiatus, virginem coniugij, vel ordinis sacri conticiam, volentem, vel rogātem, vel

vel etiam leuiter rogatam sine dolo deflorans, nec illam ducere, nec dotare in foro conscientiæ tenetur: sin autem magis precibus rogatam violauerit, in vtroq; foro ad dotandum tenebitur. In hac autem materia preces, quæ viderentur esse leues, si a gregario iouene fierent, dicuntur graues & importunæ, si ab aliquo magnæ auctoritatis viro puellæ gregariæ fierent. Arg. l. 1. ff. quod iussu. & ibi gl. ver. quemadmodum.

DECISIO V.

Ex conf. 2. alias 10. de consang. & affinit.

1 TRactantes de Matrimonio contrahendo in secundo consanguinitatis gradu, & post missam informationem ad Papam, & impetratam dispensationem, se carnaliter cognoscentes, antequam vere fieret dispensatio, ipsisque iurantibus quod sese non cognouerint, cum illis Commissarius dispenset, ipsique postea Matrimonium publice contrahant, valet dispensatio; cum in impetratione commissionis Papalis subreptio nulla admissa fuit, eo quod incestum nõdum admiserant; & validum etiam censetur matrimonium, eo quod per huiusmodi dispensationem impedimentum secundi gradus consanguinitatis sublatum est, quod matrimonium impedit, & dirimit: solum autem impedimentum incestus impediens, & non dirimens remansit, super quo Episcopus dispensare valet: vnde & eorum filij legitimi sunt, vtpotè ex matrimonio legitimo nati; & satis est quod ab Episcopo dispensationem impetrent petendi debitum a se mutuo, & pœniteant, & confiteantur peccata incestus, & periurij & pœnitentias iniunctas adimpleant, vt suo matrimonio sanctè, & sine peccato fruantur.

DECISIO VI.

Ex conf. 3. alias 2. qui filij sunt legitimi.

6 FIlij qui ex matrimonio nullo, ob aliquod impedimẽtum consanguinitatis, vel affinitatis iure positiuo inductum, legitimè tamen seruata forma Concilij Tridentini contracto, nati sunt; antequam vterque coniugum, vel alter eorum vere sciret impedimentum, legitimi sunt, absque vlla Papæ dispensatione; ignorantia enim impedimenti parentum, vel alterius eorum filios legitimos efficit. c. s. & c. referente. & c. ex tenore. qui filij sint legit.

DECISIO VII.

7 QVamuis Papa efficere possit, vt filij, qui concepti & nati fuerunt ex matrimonio nullo ob impedimentum consanguinitatis, vel affinitatis iure positiuo inductum, seruata forma Concilij Tridentini legitimè contracto, postquam vterque parentum sciuit impedimentum, legitimi sint, ita vt habeantur legitimi a tempore quo concepti & nati fuerunt per approbationem ab ipso Papa factam post mortem alterius parentum, eo quod leges omnes humanas super Matrimonio latas ita reuocare pôt, vt pro infectis fingantur, & cẽseantur, vt perinde de omnibus rebus iudicandum sit, super quibus factæ sunt, ac si factæ non fuissent, nec vllum effectum produxisse dicantur; adeo vt consequenter prædicti filij illegitime nati legitime nati esse fingantur, vt nati fuissent, si tale impedimentum per dictas leges inductum non fuisset; ita Bar. in l. si is qui pro emptore ff. de vsucap. si tamen sine maxima, & iustissima causa id faceret, grauiter peccaret; cum id rarissimè sine scandalo, & præiudicio tertij fieri non posse videatur, maximè si personæ illæ, cum quibus dispensatum est, de temporali ipsius Papæ dominio non sint; ita sentit Pan. in c. venerabilem. nu. 26. qui filij sint legitimi facta nihilominus tali dispensatione valida censenda est.

DECISIO VIII.

Ex conf. 77. alias 1. de consang. & affin.

8 EPiscopus super impedimentis matrimonium dirimẽtibus dispensare valet, quando impedimentum est occultum, & matrimonium publicum, & separatio magno foret scandalo; & non posset vel non nisi cum maxima difficultate, propter paupertatẽ aut alia legitima impedimenta recursus ad Papam, vel legatum illius haberi. ex Nau. in Man. c. 25. num. 85.

DECISIO IX.

Ex conf. 5. alias 2. de cland. despons.

9 ABbas Commendatarius, qui ratione Abbatiæ iura Episcopalia habet, & est nullius diœcesis tanquam ordinarius, c. ordinarij. de offi. ord. in 6. & gl. ibi. & c. cum ab ecclesiarum. rit. eod. denonciationes matrimoniorum, quæ in ecclesijs suæ Abbatiæ, iuxta Concilium Tridentinum fieri deberent, remittere potest; cum præfatum Cõcilium hanc facultatem ordinarijs indefinite concedat. Et prælati exempti, qui iurisdictionẽ quasi episcopalem habent, ea omnia regulariter facere possunt, quæ possunt episcopi in diœcesi sua circa ea, quæ sunt iurisdictionis; ita Glos. in clem. 1. in verb proprij. de rebus eccles. non alie.

DECISIO X.

Ex conf. 6. alias 13. de clan. despons.

10 COntrahentes ante Concilium Tridentinum per verba apta ad matrimonium de præsenti, vel saltem ad sponsalia de futuro secuta copula, validum matrimonium contraxerunt; c. is qui. de sponsa. ita vt post dictum Concilium matrimonium coram suo parocho adhibitis duobus testibus secreto de nouo contrahere opus non erat ex Nau. in Man. c. 22. nu. 70. Sic tamen clandestine ante Cõcilium contrahentes peccatum mortale commiserunt, c. cum inhibitio. de desponsat. clandest.

DECISIO XI.

Ex conf. 7. alias 12. de consang. & affin.

11 CVm nulla affinitas ex solo illicito coitu iure naturali, lege veteri, aut vllo iure antiquo Romano ethnico cõtrahatur, l. Nõ facile. §. affines. ff. de grad. affi. & l. ea. §. sciendum. Iudæus qui cum ea coiuit, cum qua pater Iudæus coierat, factus Christianus cum illa eadem Christiana facta matrimonium cõtrahere potest; eo quod affinitas, quæ ex copula, & illicito coitu nascitur, & qualitas est impediens matrimonium, ex nullo iure prædictorum, sed solo Põtificio producitur: ex Pontificio autem non pôt ea inter Iudæos nasci, quia illo non ligãtur: c. Gaudemus. de diuort. Nec coitus illicitus, qui præcessit baptismũ, affinitatẽ postea impedientem matrimonium producere valet.

DECISIO XII.

Ex consil. 20. alias 14. de statu Monach.

12 MAtrimonium ante Concilium Tridentinum inter impuberes verbis non sans claris cõtractum, nec verum nec præsumptum esse censetur, c. pul-cres. de spon sal. impub. & c. is qui. de sponsal. dummodo copula carnalis non sit subsecuta.

DECISIO XIII.

Ex conf. 2. in Nouis, deest in antiquis.

13 MAtrimonium coram parocho schismatico canonicam institutionem habente, necdum iure suo priuato aut schismatico declarato tam ante, quam post Concilium Tridentinum contractum, validum est; secus autem si præfatus sacerdos, nec institutionem canonicã, nec coloratam obtinuit.

DECISIO XIV.

Ex conf. 10. alias 38. de Voto.

14 CVm nullo iure Diuino naturaliter indito, neque supernaturaliter tradito, vetentur sacerdotib. Matrimonia: cumque continentia, & sacerdotium non sint inseparabiliter annexa, omnisque lex, quæ prohibet, ne sacerdos matrimonium contrahat, humanitus in scriptis data, vel cõsuetudine ecclesiastica inducta est: Potest Papa, qui supra omne ius humanum est, c. cuncta per mundum, 9. q. 3. c. proposuit. de concess. præben. iusta de causa dispensare vt Presbyter, vel Episcopus, vel etiam Archiepiscopus vxorẽ ducat ex S. Th. 2. 2. q. 88. art. 11. & Caiet. ibi. & to. 1. opusc. tract. 27. iusta autem dispensandi causa est compositio, vel conseruatio pacis alicuius regni, & prouisio de certo successore Regis, ne illo sine liberis decedente, regnum suũ mala patiatur, & pax eius violetur.

DE-

DECISIO XV.

Ex consil.3.11.alias 3.

25 QVi matrimonium post Concilium Tridētinum seruata eius forma contraxerunt, & filios susceperunt, & postea temporis successu sciunt vxorem tempore contractus duodecim annos non habuisse, ordinario significare debent, quod ipsi ea causa quadam, quam non oportet ei notam facere, & quæ iam cessauit de valore matrimonij sui contracti coram parocho præmissis denunciationibus per Concilium requisitis, ad omnem scrupulum deponendum denuò contrahere cupiunt; & ita post habitam ab Ordinario licentiam, suum parochum, vel alium sacerdotem de ipsius parochi, vel ordinarij licentia adeant, qui vocatis duobus testibus amicis suis, qui rem secretam teneant, matrimonio contrahendo assistat.

DECISIO XVI.

Ex cons.12. in vtrisque.

16 MAtrimonium inter duos contractum quod ex impedimēto aliquo fuit nullum, & quod pars ignorabat habita etiam dispensatione super eodem impedimento validum non erit, nisi nouus amborum consensus accedat etiam partis ignorantis.cap.2.& c.veniens.de eo qui duxit.cum enim consensus primus matrimonialis nō fuerit, nullus actus virtute illius licitus esse potest, & ideo ad hoc vt coniuges legitimi sint, nouus post sublatum impedimentum consensus requiritur, ita Nauar.in Man. cap.22.num.86.

DECISIO XVII.

Ex cons.13.deest in Nouis.

17 SIcut matrimonium contractū a viro religioso professo, qui tria vota substantialia in religione approbata vouit, sine legitima dispensatione, est ipso iure nullum, c. Meminimus.qui cler.vel vouen. Ita Matrimonium quod contra, vel citra formam dispensationis cōditionalis Papæ postea contrahitur, ipso iure nullum & inualidum censendum est, c.cum dilecta.de rescript.& c.Pisanis, de restitut.spoli.& c.prudentiam.de offi.iur.deleg.

DECISIO XVIII.

Ex cons.14.alias 3. de rescript.

18 CVm dispensatio vni personæ concessa ad contrahēdum cum alia nihil valeret, nisi ad illam aliam cum qua est necessario annexa, extenderetur, c.quia in tantum de præben. gl.in c.si quis in clero.7.q.1. consequenter dispensatio ab vno cōiugum super impedimento matrimonij quod est inter ipsum, & aliam certam personam impetrata, a Papa etiam tanquam vtrique profutura concedi censetur, Arg.cap.translato, de constit.etiam parte altera impedimentum, & dispensationem obtentam ignorante ex Nau.in Man.c.22.num.70.

DECISIO XIX.

Ex cons.15.alias 2. de secund.nuptijs.

19 MVlier, cuius maritus diu absens fuit, nec aliquid certi de ipsius morte cognoscit, nisi quod ante aliquot annos de quodam audierat maritum ad mortem ægrotasse, alteri nubere non potest, antequam certum habeat nuntium de morte mariti, quantocunque tempore ille absit; c.in præsentia, de spōsal. quod si de facto alteri nubat, ab eo separari non debet, donec maritum certo viuere sciat. Arg.cap.fin.de secun.nupt.& c.inquisitioni. de senten.excom.

DECISIO XX.

Ex consil.16. alias 2.

20 DAns mandatum Procuratori ad matrimonium cum certa persona contrahendum, sine vlla tamen intētione contrahendi cum illa, & mandatarius legitime contrahit simulatione mandantis de non contrahendo ignorans; si deinde mandans per se cum alia publice matrimonium contrahat, & cum illa consummat, quamuis in foro exteriori, tam a iudice ecclesiastico quam seculari, bis matrimonium contraxisse censetur, in foro tamen interiori cum secunda tantum contraxisse iudicabitur, & cum illa cohabitare debet.

DECISIO XXI.

Ex cons.17.alias 1.de eo qui cog.consang.vxor.

21 QVi incæstum cum consanguinea commisit, non solum cum ea sine dispensatione matrimonium contrahere nequit, sed neque cum a ijs, nisi nouam dispensationem obtineat, c.si duo 25 q.6.& c.de incæstis, & c.propinquam 35.q.3.& Nau.in Man.c.22.nu.75.

DECISIO XXII.

Ex cons.18. alias 11. de voto.

22 QVi castitatem se perpetuo seruaturum vouit, cum hoc tamen moderamine, vt possit ducere vxorem aliquam, quæ vellet cōtinere sicut ipse, & domum solum administraret, ad castitatem seruandam tenetur, nec cum aliqua matrimonium ea lege contrahere potest, vt ipsa contineat, nec debitum petat; cum huiusmodi pactum, & fini & fidei matrimonij contrarium sit; eo quod virtualiter est pactum de vitanda prole, & de non reddendo debitum, & de non habenda potestate sui corporis; sunt autem fides, & proles duo de principalibus matrimonij bonis: c.omne nuptiarum bonum.27.q.2.omnis autem conditio, quæ contra matrimoni substantiam est, siue turpis, siue honesta sit, illud inualidat, ita S.Thom.4.d.28.art.4. Adr.9.de sponl.Sot.4.d.29.q.2.art.3 & cap.fi.de condit. app. Nec iusta causa dispensandi cum tali super tam grādi castitatis voto esset commoditas regendi domum, quæ ea vxoris consortio proueniret.

DECISIO XXIII.

Ex consil.9.alias 4. de conuers.coniug.

23 QVi clam ante Concilium Tridentinum matrimonium cum aliqua contraxit, & cōsummauit, & postea diu absens in remotis partibus ignorante vxore religionem approbatam ingressus & professus est, consulente confessario suo talem ingressum tanquam licitum; si vxor eius postea bona fide probabiliter credens maritum suum mortuum esse, alteri nubat, & filios habeat, de vita mariti viuentis monenda non est & maritus prædictus religiosus tutè in sua religione perseuerare potest, c.Agathosa.27.q.2. ob adulterium notorium prædictæ vxoris, cuius ipse causa propinqua non fuit cum non tradidit illam adulterandam, nec rogauit, nec consuluit ei vt id faceret, sed solum remota causa extitit absentando se ad loca remota, nec eam alias de vita sua admonendo, ita Pan. & Prępos.in cap discretionem, de eo qui cogn.consang. vxor.& gl.in c.si tu abstines.27.q.2.Quod si vxor postea sciat, & credat maritum priorem viuere a secundo suo marito nec debitum exigere nec reddere potest.

DECISIO XXIV.

Ex cons.20.alias 11.de cland.desponsat.

24 COntrahere volentes matrimonium & suspicantes quod parochus, cuius præsentia ad matrimonium iuxta Concilium Tridentinum est necessaria, nollet esse præsens illi contrahendo, si vocent eū quasi ad aliud propositum in quandam domum, & mox eo præsente, & ignorante quid agere volebat, prædicti contractui mutuo se in coniuges recipiant per verba de præsenti, coram illo parocho, & alijs duobus, vel tribus testibus quod solum requirit Concilium Tridentinum, sess.24.c.1. de refor.matr.ad substātialem valorem matrimonij, validum matrimonium contrahunt; nec necesse est, vt parochus, vel testes regulariter rogati sint, & sciant ad quid rogatur; sed sufficit, quod præsentes ad id quod agitur, per seorsum corporeum visus, & auditus.

DECISIO XXV.

Ex cons.21.alias 1. qui clerici, vel vouent.

25 QVi post votum emissum de intrāda religione, & castitate seruanda, promisit puellæ ducere ea in vxorem, vt sic consentiret in copulam carnalem, quod illico fecit,

Digitized by Google

fecit, & ob id infamata manet, votum potius implere, quam illam ducere tenetur; cum talis prius Deo, quam puellæ obligatus fuit; c. Prior. de reg. iur. in 6. & sponsalia secuta etiam cũ copula, votum præcedens religionis non tollit. Arg. c. commissum. de sponsal. Rursus, Qui cler. vel vouent. In quo casu satis erit, quod prius damnum puellæ illatum restituat, dando ei tantum, quanto indiget, vt æque bene collocetur, ac collocata fuisset, si infamata non fuisset, c. 1. & 2. de adulter.

DECISIO XXVI.

Ex conf. 5. alias 6.

26 Filij, qui ex concubina, quæ matrimonium cum alio viro contraxit, qui ab ea diu absfuit, & incertum erat an viueret, nascuntur, viuente priore marito concubinæ, illegitimi sunt, nec per subsequens matrimonium cum præfata concubina post mortem prioris sui mariti solemniter contractum, legitimi efficiuntur. Alij tamen, qui probarent se natos ex eadem concubina post mortem prioris mariti, per tale matrimonium subsequens solemniter inter eos contractum legitimi censendi sunt, cap. tanta. qui filij sint legitimi.

DECISIO XXVII.

Ex conf. 23. alias 15. de conuers. coniug.

27 Contrahentes sponsalia de futuro & se inuicem maritali, & vxorio affectu ante Concilium Tridentinũ cognoscentes: si illa postea nupsit alteri publicè, (cum sic alteri nubendo adulterata sit, & in adulterio maneat, cap. Agathosa. 27. q. 2.) ipse etiam sine solutione Matrimonij quoad vinculum, sed quoad thorum, & cohabitationem separare potest, & sic separatus etiam sine vlla Papæ auctoritate permanere, & vel religionem profiteri, vel ordines sacros sine metu irregularitatis, aut suspensionis suscipere & tutè ordinibus suis absque aliqua Papæ dispensatione vti valet, & suæ conscientiæ satisfacere, eam, vt castè viuat, admonendo.

DECISIO XXVIII.

Ex conf. 24. alias 1. de Matrimon. contr. contra interd. eccles.

28 SI quis iuuenis nobilis, quasi fascinatus, inulto eius patre cum femina vilissima, non sine maximo eius familiæ dedecore, matrimonium contrahere omnino vellet, iustè & a patre eius impetrari, & a summo Pontifice motus propitios concedi potest, per quem prohibeat sub Censuris, & pœnis grauissimis parocho prędictarum personarum, qui nunc est, & qui mutatis domicilijs foret & etiam ordinario earundem, ne huiusmodi nuptijs interessent, nec alijs presbyteris facultatem in eis interueniendi facerent, intra annum ab hoc: Arg e. p ti. de cland. st. de spons. & ele. t. de consang. vt infra tale tempus videatur, si mediantibus orationibus ab huiusmodi fascinatione liberari possit, ita vt in se reuersus iuuenis, quod sibi, & suæ familiæ conuenit, faciat.

DECISIO XXIX.

Ex conf. 25. alias 2. de eo qui cogn. consang. vxor.

29 QVi rem habuit cum matre, & postea sponsalia cum filia contraxit, cum qua etiam rem habuit, & postea etiam rem cum matre habuit, si tacitè, vel expresse dispensationem procurare promisit, seu cũ proposito, & intentione obtinendi, & procurandi dispensationem contraxit, in foro conscientiæ pro viribus dispensationẽ quærere tenetur, vt validè cum filia contrahere possit, & post eam obtentam solemniter cum eadem contrahere; sin vero sponsalia simpliciter contraxit, nulla facta mẽtione expresse, aut tacitè de dispensatione, cum hoc casu sponsalia videantur omnino nulla, & proindè ad nihil obligantia; Arg. Reg. præstat, de regul. iur. in 6. ob deceptionem tamen, qua sciens impedimentum contraxit cum filia ignorante fornicationem eius cum sua matre, & consequenter impedimentum, quod erat inter ipsos, damnum desflorationis eius resarcire tenetur.

DECISIO XXX.

Ex conf. 26. alias 6.

30 CVm matrimõnium sine vtriusq; partis consensu cõsistere nequeat, c. si inter. de sponsa. & actus agentium vltra intentionem eorum non operantur, cap. si. de præb. quotiescunq; ex sufficientibus cõiecturis probari potest, contrahentes, aut vnum contrahentium intentionem contrahendi, aut consentiendi non habuisse, sed decipiendi, & simulandi matrimonium inter eos contractum defectu consensus; & intentionis amborum, vel alterius partis, fuisse omnino nullum iudicandum est.

DECISIO XXXI.

Ex conf. 27. deest in Nouis.

31 QVia concessio regulariter, & dispositio generalis generaliter est intelligẽda, c. si Romanorum, d. 29. & omnis parochus regulariter omnes vices suas tam generaliter, quam specialiter alteri sacerdoti committere potest; Arg. gl. solem. in c. peruenit d. 95. & a regula non disceditur nisi expresse caueatur Gl. in c. omnis definitio. de regul. iur. in 6. Sacerdos ex generali licentia sibi impartita a parocho, vt omnia quæ ad curam pertineant, exercere possit etiam matrimonio iuxta Concilij Tridentini decretum contrahendo interesse potest, maxime cum assistentia parochi in matrimonio, non tanquam functio dignior parochi requiratur, (quandoquidem aliæ functiones sacramentales, quas tamen alteri committere valet, longe maiores sunt) sed vt non desit probatio matrimoniorum, & ne matrimonia clandestina contrahantur.

DECISIO XXXII.

Ex conf. 28. deest in Nouis.

32 QVamuis occisio vxoris sine iudicio impedimentum ad contrahendum matrimonium inducat c. interfectio. c. admonere. 33. q. 2. mulier tamen quę sine licentia nubit alteri, qui ipsa ignorante, vxorem suam occidit, validum cum eo matrimonium contrahit, cum vxoricidium impedimentum sit impediens quidem matrimonium contrahendum, sed non dirimens iam contractum ex Nauar. in Man. c. 22. num. 74.

DECISIO XXXIII.

Ex conf. 10. alias 41. de success. ab intestato.

33 VXor pauper in bonis mariti diuitis, ante copulam mortui dotem habet, sicut vicissim maritus pauper partem dotis lucratur, quando coniux diues ante copulam carnalem, & post matrimoniũ per verba de præsenti contractum moritur. Auth. præterea, C. vnde vir, & vxor.

DECISIO XXXIV.

Ex conf. 30. alias 9. de cland. despons.

34 SIcut electus, & confirmatus in episcopum, & nõdum consecratus, omnia ad episcopum pertinentia exercere potest, præter ea quæ sunt ordinis; Arg. c. suffraganeis, & c. transmissum de elect. ita etiam & Parochus, prouisus canonice de ecclesia parochiali, etiamsi nondum sacerdos sit, omnia potest præter ea, quæ sunt ordinis; vnde & parochi præsentia, qui nondum sacerdos est, in matrimonio iuxta Concilij Tridentini decretum contrahendo sufficit; quamuis alius vices Parochi supplere non possit, nisi sacerdos sit.

DECISIO XXXV.

Ex conf. 31. alias 2. de cond. apposita.

35 MVlier promittens ancillæ centum pro dote, cum conditione si ei honeste seruiret etiamsi post nouẽ annos seruiuit, & vigintiquinque ætatis ipsius ancillæ, permiserit se illicite deflorari ancilla, ad soluendum tamen ei centum promissa, vel saltem salarium honestum cuiuslibet annum quo seruiuit, & consuetum solui ancillis eius qualitatis, cuius ipsa ancilla est, obligatur; cum pater filiam, & herus ancillam ante vigesimũquintum annum non collocantes, in mora tradendi eas maritis censeantur.

Auth.

Et hera promittendo centum pro dote, ea promisisse intra tempus boni viri arbitrio declarandum, cap. de causis, de off. deleg. quale est tempus nouem annorum; vnde cum mora sua cuilibet esse debet nociua, Reg. Mora. de reg. iu. in 6. potius heræ, quam ancillæ nocere debet, & ideo vel centum pro dote, vel salarium honestum cuiuslibet anni seruitutis ancillæ persoluere tenetur.

DECISIO XXXVI.

Ex cons. 32. alias 2. de rapto.

36 Matrimonium cum puella inuito patre rapta, ipsa volente, & consentiente, & sine solenitate contractum post Concilium Trid. sess. 24. ca. 6 de ref. mat. non solum est nullum, quando non adest præsens parochus legitimus, nec alius presbyter de illius, vel ordinarij licentia, aut testes: sed etiam quando puella a raptore in loco tuto non est posita, & libere, & voluntarie in raptum postea consentit; Rapta vero dicitur quæ contra voluntatem patris de domo eius abstrahitur, siue id de voluntate, siue contra puellæ voluntatem fiat, ex S. Tho. 2. 2. q. 159. art. 7.

DECISIO XXXVII.

Ex cons. 33. alias 11.

37 Contrahens sponsalia de futuro cum septenni, vel Matrimonium per Procuratorem cum puella nubili ętati proxima, cap. literas & cap. accessit. de despon. imp. quæ mortua est etiam, priusquam Matrimonium consumatum sit, cum sorore præfatæ puellæ, propter impedimentum publicæ honestatis, quod est inter contrahentem, & consanguineos primi gradus prædictæ puellæ mortuæ, & sororis eiusdem, contrahere nequit ex Conc. Tri. sess. 24. cap. 3. de ref. matr. & Pio V. in extr. Ad Roman An. 1566. sicut nec soror aliqua præfatæ puellæ mortuæ, alicui ex consanguineis sponsi contrahentis in primo gradu nubere potest. ca. sponsam. de sponsalib. & Nau. in Man. c. 22. num. 57. Affinitatis vero impedimentum non oritur nisi ex copula carnali.

DECISIO XXXVIII.

Ex consi. 34. alias 9.

38 Puella quæ contraxit sponsalia de futuro cum aliquo, qui postea propter sua crimina bannitus fuit, sine vlla dispensatione, libere, & legitimè alij nubere potest: eo quod sponsalia de futuro dissoluuntur, quando superuenit aliquid, quod si a principio interuenisset, verisimiliter contracta non fuissent. cap. quemadmodum. de iureiu.

DECISIO XXXIX.

Ex cons. 35. alias 3. de eo qui dux. in Matrim. quam polluit per adult.

39 Qui viuente vxore priore longe ab eo degente, & motus rumore mortis eius cum alia publicè contrahit mortua priore vxore, cogi potest, & debet iterum cum secunda, habita dispensatione quoad vtrumque forum super impedimento quod ex adulterio nascitur, contrahere, c. t. de eo qui du. in matri. quam poll. per adul. vel eam deceptam dotare. cap. 1. & 2. de adul. quod matrimonium secundum denuò vel sub denunciationibus, vel ad maiorem cautelam etiam coram parocho, & testibus, tacita causa nullitatis contrahere, & instrumento Notarij munire est vtile; ita Nau. in Man. c. 16 num. 16. & 36.

DECISIO XL.

Ex consil. 36. alias 10. de his quæ vi, met. caus. fiunt.

40 Puella sub Curatoris potestate constituta, & metu, & reuerentia ipsius curatoris per se, & alios illum incutientis, sponsalia cum aliquo inuene, & successiue Matrimonium contrahentes, nullum est, si tam ante ipsa sponsalia, vel etiam post contracta sponsalia antequam Matrimoniũ contraheret, protestetur expresse coram testibus fide dignis, se cum illo nullatenus contrahere velle, adeo vt si contingeret illam dicere aliqua verba, quibus se consentire significaret, dicturam se illa contra mentem & voluntatem suam ob metum, & reuerentiam sui Curatoris, & aliorum suorum amicorum, vel familiarium; quia Matrimonium liberum partium consensum, & non coactum necessario requirit: c. cum locum. de spons. & cap. sufficiat 27. q. 2. & cap. notificasti. 31. q. 5. omnis autem reuerentia, quæ operatur tantum quod illa non interueniente actus non fieret, tollit consensum & actum rescindit l. 1. §. quæ onerandæ. ff quarum rerum actio non datur, & gl. ibi. & cap. 1. §. porro. de despon. in 6.

DECISIO XLI.

Ex consil. 37. alias 4. de eo, qui dux. in Matrimon. quam pol. per adult.

41 Qui clam ante Concilium Tridentinum cum vna contraxit, & postea illa viuente cum secunda in facie ecclesiæ contrahit, ex qua, viuente priore, filios habuit, priore vxore legitima mortua, denuò cùm secunda, nouo præstito consensu, & non alias Matrimonium contrahere debet; quia Matrimonium, quod ab initio fuit nullum, ob aliquod impedimentum validari non potest, nisi de nouo contrahatur. Possunt autem de nouo clam absque scandalo contrahere; eo quod omne Matrimonium inualidè contractum in facie ecclesiæ, etiam post Concilium Tridentinum denuò clam & secrete contrahi potest, prout vsus sacræ Pœnitentiariæ de consensu Papæ obseruat, vt ait Nau. in Man. c. 22. num. 47. & 86.

DECISIO XLII.

Ex cons. 38. alias 5.

42 Catholicus cum hæretica ante Concilium Tridentinum & etiam post illud, in locis, in quibus idem Concilium publicatum non est, vel non sunt lapsi triginta dies a publicatione facta, & multo magis vbi Concilium receptum est, sponsalia de futuro contrahens, consecuta etiam copula carnali, Matrimonium cum eadem contraxisse iudicandus non est: quandoquidem omnis promissio rei turpis, (qualis est catholici de Matrimonio cum hæretica contrahendo) & quæ sine sacrilegij peccato impleri non potest, ipso iure nulla est: c. in malis promissis. 22. q. 4. vnde & sponsalia præfata nulla omnino censenda sunt, & proinde nullum effectum Matrimonij producere possunt. Arg. c. non præstat. de reg. iur. maxime cum iura, quæ sponsalia de futuro per copulam carnalem subsecutam Matrimonium facere affirmant, ea c. is, qui fidem de sponsal. saltem præsumptum, post Concilium Tridentinum ses. 24 c. 1. de ref. matr. cessant, ita Nau. in Man. cap 25. nu. 144. & etiam de sponsalib. validis non de illis, quæ ipso iure nulla sunt, intelliguntur. Nec vspiam sponsalia ipso iure nulla effectum Matrimonij per copulam subsecutam producere expressum reperitur.

DECISIO XLIII.

43 Sponsalia catholicorum valida per copulam carnalem subsequentem ante Concilium Tridentinum ses. 24 cap. 1. de ref. matr. in Matrimonium ea de causa transire censebantur, quod sponsus sponsam cognoscens illud animo consummandi Matrimonium fecisse præsumebatur, ne in dubio peccasse iudicetur; vnde cum catholicus hęreticę promittens cum ipsa contrahere, illam vxorio affectu cognoscendo peccatum non euitat, sed potius illam tali affectu cognoscendo, & cum illa contrahendo, magis peccat, quam eandem affectu fornicario cognoscendo, eo quod in hoc casu grande sacrilegium committit, vt aiunt Doctores in 4. d. 39. per copulam carnalem subsequentem sponsalia complere velle, aut Matrimonium consummare, iudicari non debet.

DECISIO XLIV.

44 Quamuis catholici sponsalia ante Concilium Tridentinum, & post illud etiam in locis, vbi illud receptũ non est, de futuro cum hæretica contracta, ex sola copula carnali subsecuta, in matrimonium non transeant; quia in dubio illum non voluisse ea cõplere præsumitur: si tñ ant propria eorũ confessione, aut alijs sufficientib. signis, puta per cohabitationẽ menstruã, aut aliud tẽpus, de huiusmodi vxorio eorũ affectu constet, in Matrimoniũ transijsse cẽseri debent: quamuis enim Catholico Matrimonium cum hæ-

Digitized by Google

retica contrahere non liceat, si tamen contrahit, verum, & validum iudicandum est. cap. non oportet. 28. q. 1. & glo. ibi. & DD. in 4 dist. 29

DECISIO XLV.

45 SPonsalia quantumlibet nulla ob aliam causam, quam ob defectum consensus, ante Concil. Tridentinum impedimentum publicæ honestatis, impediens, & dirimens Matrimonium inter sponsam, & omnes consanguineos sponsi vsque ad quartum gradum, & e contrario inter sponsum, & omnes sponsæ consanguineos vsque ad quartum gradum, producerent: cap. 1. de spons. in 6. c. sponsam. de spons. Post Tridentinum autem sponsalia de iure nulla, nullum effectum impedimenti publicæ honestatis pariunt, sed neque modo tale impedimentum etiam ex sponsalibus validis natum, nisi in primo tamen consanguinitatis gradu impedit, ita vt sponsa modo cum consanguineo sponsi, qui vlteriori gradu, quam primo, prioris sponsi consanguineus esset contrahere poterit; sicut è contrario sponsus, cum consanguinea sponsæ, quæ illi vltra primum gradum consanguinea esset, non autem cum ea, quæ in primo gradu esset consanguinea, contrahere valet, ita Conc. Tri. sess. 24 cap. 3. de refor. matr.

DECISIO XLVI.

Ex consi. 39. alias 4. de despon. imp.

46 QVamuis duo impuberes, quorum masculus annos quatuordecim non compleuit, nec femina duodecim iure humano prohibente, Matrimonium contrahere non possint: cap. Puberes, de despons. imp. ex iusta tamen causa, puta pro bono pacis, vt tales validum inter se Matrimonium contrahant, Papa dispensare poterit. c. 2. de despons. impub.

DECISIO XLVII.

Ex cons. 40. alias 1. de conuers. coniug.

47 CVm lex Concilij Tridentini sess. 25. cap. 1 de ref. matr. prohibeat generaliter, immo vniuersaliter & negatiue, ne quis ante finem anni nouitiatus professionem faciat; & lex generalis, præsertim vniuersalis & negatiua, vniuersaliter intelligenda. l. de Solu. § fin. de maior. & obed. tenetur sponsa de præsenti, cuius sponsus, ipsa renuente, religionem est ingressus, habitumque suscepit, tamdiu expectare, donec elapso probationis anno professionem emisit nec prætingi potest terminus aliquis sponso, iuxta quem, vel profiteatur expressè vel ad sponsam redeat, prout iure antiquo statutum fuit. cap. ex publico; de conuer. coniug. & cap. commissum. de sponsa.

DECISIO XLVIII.

Ex consi. 41. alias 12. de cland. desponsat.

48 DIspositio omnis verbo fieri potest, nisi scriptura ad actus valorem requiratur; gl. in cap. 1. de const. in 6. in fi. vnde & licentia quam dat parochus sacerdoti, vt contrahendo Matrimonio intersit, sufficit vt sit verbalis, & probari possit per testes, cum iura nullibi specialiter requirant, vt licentia hæc per scripturam concedatur.

DECISIO XLIX.

Ex cons. 42. alias 10.

49 MAtrimonium bona fide contra ius humanum contrahentes, & longo tempore puta decem annis continuantes in sua bona fide perseuerare relinqui debent. cap. quia circa. de consang.

DECISIO L.

Ex cons. 43. alias 44. deest in Nouis.

50 QVi contracto Matrimonio legitimo per verba de præsenti cum puella nubili nondum tamen per copulam cognita, rem postea cum socru sua habuit sine vlla obtenta dispensatione cum dicta puella contrahere potest: eo quod Matrimonium cum ea contraxit, antequam impedimentum hoc affinitatis in primo gradu superueniret, & impedimentum affinitatis superueniens post contractum Matrimonium non illud dirimit, nec impedit quoad vinculum. cap. discretionem. de eo qui cogn. consang. vxor. indiget tamen adulter dispensatione ad debitum coniugale ab ea petendum, ob dictum impedimentum affinitatis, cap. ad limina. 30. q. 1. innocens vero illud petere potest.

DECISIO LI.

Ex consi. 45. alias 6. de clande. desponsat.

51 MAtrimonium tempore pestis, vel alia de causa contractum, coram sacrista ecclesiæ parochialis, clerico minorum ordinum solum, de licentia facta sibi ad id per parochum eiusdem ecclesiæ, nullum, & irritum est; Cum pro forma substantiali Matrimonij in Concilio Trident. sess. 24. cap. 1. de ref. mat. statutum sit, quod vnus ex eis, coram quo Matrimonium contrahendum est, sacerdos sit; adeo vt nec parochus, nec Episcopus siue ordinarius hanc assistentiam nisi ei, qui sacerdos est, delegare possit.

DECISIO LII.

Ex cons. 46. alias 4.

52 INfideles sponsi, qui dum in infidelitate essent factis tamen sponsalibus de futuro se semel cognouerunt carnaliter, sine animo tamen tunc Matrimonium consummandi, existimantes adhuc ritum posse inter eos Matrimonium esse, eo quod secundum leges eorum non publicè & legitimè contraxerant, ad fidem conuersi Matrimonium per verba de præsenti contrahere debent secundum formam Conc. Tridentini, ita vt facienda sint proclamationes per quas si inueniantur cognati, vel affines intra quartum gradum, verum Matrimonium sine dispensatione contrahere non possunt, licet ante conuersionem, & baptismum potuissent; quia simul ac christiani effecti sunt, ecclesiæ legibus subijciuntur. Arg. cap. vnico de conu. & cap. gaudemus de diuor. & cap. non debet. de consang. & affin. & Conc. Triden. sess. 24. cap. 1. de ref. matr.

DECISIO LIII.

Ex cons. 47. alias deest in Nouis.

53 MAtrimonium inter se contrahere volentes, & tamen ob impedimentum situm in ciuitate, cuius sunt incolæ factum viri, & idem in aliam ciuitatem longe abstitam abeuntes, atque postea quandoque ibi morantes matrimonium in facie ecclesiæ contrahere volunt, illud facere debent præsente parocho, vel alio Sacerdote de parochi ipsius, vel ordinarij licentia, scilicet, Episcopi, vel Vicarij eius Generalis atq. glo. in Cle. 1. ver. presbiteri de priu. vel alterius Prælati habentis iurisdictionem quasi Episcopalem, qua superior esset Parocho loci, cuius Parochianus est, qui, vel quæ contrahere vult; (qualem etiam habent Cardinales in suis titulis, cap. 1. qui. de maior. & obed.) cum proprius contrahentis Parochus in Conc. Trid. sess. 24. cap. 1 de ref. matr. is intelligatur, in cuius parochia contrahentes habitant tempore, quo matrimonium contrahunt.

DECISIO LIV.

54 CVm parochus extra suam parochiam, & Ordinarius extra suam diœcesim priuatæ personæ censeantur saltem quoad exercendam suam potestatem, l. territa ad iur. & ea glo. ff. de off. præsid. & proclamationes tribus continuis festis diebus faciendæ sunt in parochia in qua contrahendum est; ea fina. de cland. desp. in & Innocen. & Pan. ib. Nec licentia parochi, vel ordinarij ad contrahendum matrimonium extra suam diœcesim; Nec præsentia parochi, ordinarij, aut ab eo licentiati, extra territorium, vel diœcesim suam sufficit sed necessaria omnino est præsentia parochi, vel alterius Sacerdotis de ipsius parochi, seu ordinarij licentia, in propria parochia, vel diœcesi, vt matrimonium valide secundum Concil. Trid. formam sess. 24. cap. 1. de ref. matr. contrahatur; Eo quod ratio quare Conc. desiderat præsentiam parochi, vel sacerdotis ab eo, vel ab ordinario licentiati in mat. contrahendo sit, vt cum maiori auctoritate, quam habet in subditum in eo loco, in quo contrahitur matrimonium, fiat. Quæ auctoritas plane cessat, cum eiusmodi præsentia

extra

Digitized by Google

extra parochiam, vel territorium, vbi personæ priuatæ habentur, exhibetur.

DECISIO LV.
Ex cons. 48. alias 7.

55 QVi iureiurando mulieri dicit, vt illam ad secum concumbendum inducat, non habeo aliam nisi te, vel promitto tibi me non aliam ducturum vxorem nisi te, aut aliam mulierem non ingressuram domum meam nisi teipsam, nec in foro conscientiæ, aut in foro exteriori sponsalia cum illa contrahere censetur: Potest tamen iudex eum in foro exteriori compellere, & tenetur ipse ob deceptionem & diffamationem ad matrimonium cum ea contrahendum, arg. l. vnica, §. si. C. de rapt. virg. Pan. in c. ex parte, de sponsal. nisi mulier hanc obligationem illi remittere contenta fuerit, c. Præterea, de sponsal.

DECISIO LVI.
Ex consil. 49. alias 3.

56 PLebeius se Nobilem primogenitum, & diuitem fingendo, matrimonium cum Nobili puella ex illustri familia orta contrahens, seruata forma in id necessaria per Concilium Tridentinum, sess. 24 ca. 1. de ref. matr inducta; quamuis huiusmodi dolis vtendo peccat, quia tamen penitus in errorem personæ inducere non videtur, (qui solus ipso iure matrimonium annihilat, c. 1. 29 q. 1. & ait Nau. in Manual. c. 22. num. 32) de rigore iuris matrimonium validum, nec regulariter separabile contraxisse censetur. Quia vero error talis, ad errorem personæ, & conditionem seruilem proximè accedit, & ex tali matrimonio multa scandala, & homicidia probabiliter sequi possunt, matrimonium tale si consummatum non fuerit, Papa iustè dissoluere valet. Glo. celebr. in ca. ex publico. de conuers. coniug.

DECISIO LVII.
Ex cons. 50. alias 29. de pœnit. & remiss.

57 QVando gratia a Papa in vtroque foro obtenta ad contrahendum matrimonium in aliquo gradu prohibito propter surreptionem occultam fit nulla, & impetrantes in Dataria solent compositionem soluere, non potest pœnitentiarius Maior sic contrahentes ad dictam compositionem soluendam cogere, si cognita postea surreptione desuper dispenset; neque etiam aliquid sponte datum pro munere accipere; Eo quod Pœnitentiarius Maior vbique gratis expedire tenetur, prout in illius facultatibus exprimi solet; teneturque etiam in suis literis testari eas gratis vbique esse expeditas. Non dicitur autem gratis expedit, quoties aliquid per viam compositionis exigitur, quia exigere ab inuito, est extorquere glo. in c. exigit de censibus in 6. verb. exigere.

DECISIO LVIII.
Ex consil. 51. alias 2. de rescr.

58 CVm in lege id videtur concessum, quod non inuenitur prohibitum cap. consuluisti, 2. q. 5. & gl. c. 2. verbo inuenitur. de transl. prælat. dispensatio super impedimentum matrimonij obtenta valet etiamsi ad eam obtinendam quis nullum speciale mandatum acceperit. argum. l. quidam relegatus, ff. de reb. dubijs. gl. & Bal. in c. ad aures. de rescript.

DECISIO LIX.
Ex cons. 52. alias 4. de cland. despon.

59 PRæsentia parochi vnius contrahentium, vel alterius Sacerdotis de ipsius, vel ordinarij licentia, quæ ex Concil. Triden. sess 24. cap. 1. de ref. matr decreto ad matrimonium contrahendum requiritur, sufficit siue in viri, siue in feminæ parochia contrahatur ex Nau. in Man. c 25. nu. 144.

DECISIO LX.
Ex consil 53 alias 5. de cogn. spir.

60 SPonsi ante Concilium Triden. se carnaliter cognoscentes animo, & affectu vxorio, & prolem suscipientes, quam in periculo mortis constitutam pater baptizat, verum matrimonium contrahunt, nec aliquam ex tali baptismo pater cognationem quæ nocet, aut impedit vsum Matrimonij contrahit: c. ad limina 30 q. 5. Quia per actum bonum in necessitate factum, matrimonio antea contracto præiudicari non debet: Sponsalia vero ante Trident & postea in locis, in quibus non est publicatum aut receptum, per carnalem copulam vxorio affectu habitam, in verum Matrimonium transeunt: Qui vero in simili necessitate suum, & fornicariæ suæ filium baptizat, cognationem spiritualem impedimentum, & dirimentem Matrimonij contractum contrahit: c. 1. de cogn spir in 6. Diuersa etenim est ratio baptizantis filium suum ex vxore, & filium ex Concubina habitum eo, quod in priori casu agitur de non præiudicando matrimonio iam contracto, in posteriori vero agitur de non præiudicando contrahendo: ita vt baptizans in necessitate fornicarium filium includitur sub illa regula, nimirum quod inter baptizantem, & patrem, & matrem baptizati oritur cognatio impediens, & dirimens contractum matrimonij, ca. 1. de cogn. spir. in 6 quod impedimentum per Concilium Tridentinum, sess 24 cap. 2 de refor. matrim. non tollitur. Baptizans autem in tali necessitate filium suum ex vxore a tali impedimento contrahendo excusatur cap. Ad limina. 30. q 1. & & Nau. in Man. ca 22. nu. 40.

DECISIO LXI.
Ex cons. 54. alias 16.

61 PArochus accersitus a volentibus matrimonium contrahere, & contrahentibus per verba de præsenti coram parocho, & testibus, validum matrimonium contrahunt, quamuis parochus nihil dicat, vel etiamsi dicat, Ego vos postea coniungam.

DECISIO LXII.
Ex consil. 1. in Nouis, deest in antiquis.

62 MAtrimonij Sacramenti materia est consensus vtriusque, verba autem, vel signa, quibus illa idoneè exprimitur, forma ex Nau. in Man. c. 22. nu. 20.

DECISIO LXIII.
Ex cons. 13. in Nouis, deest in antiq.

63 IMpedimentum Matrimonij probabiliter ignorans, etiamsi monendus non sit quoad effectum vitandi peccatum, eo quod probabilis ignorantia excusat a peccato, cap. 1. de const & c. ignorantia. de reg. iur in 6. & S. Tho 1 2. q 6. ar. 3. ad effectum tamen, vt matrimonium valeat, & adepta dispensatione valide de nouo contrahi possit, aut non, admoneri debet, ita Nau. in Man c. 22. nu. 47.

DECISIO LXIIII.
Ex cons. 14. in Nouis, deest in antiquis.

64 MAtrimonium in gradu prohibito contrahentes, si postea in notitiam impedimenti veniant, obtenta dispensatione, de nouo contrahere debent, alioquin matrimonium non est validum: Siquidem matrimonium, quod a principio fuit nullum, a potestate aliqua humana confirmari nequit; nisi consensus de nouo ex quo legitimum matrimonium, quod est Sacramentum, oritur, post sublatum impedimentum, aduenerit.

DECISIO LXV.
Ex consil. 15. in Nouis, deest in antiquis.

65 QVamuis Sacramentalia, & Sacramenta, excepto baptismo in morte ab hæretico, vel schismatico recte accipiens peccat: quia tamen benedictio nuptiarum, siue bene, siue malè ab hæretico accepta, vinculum essentiale matrimonij, nec auget, nec minuit, cum hoc indissolubile sit, ex Matt. 19 & c. quos Deus. 33 q. 2 a Sacerdotibus Græcis, hæreticis, & ritum Ecclesiæ Romanæ blasphemantibus benedictionem nuptialem accipientes, nec vxores relinquere possunt, & ad sic relictas, etiamsi secundas duxerint redire tenentur c. 1. & vlt. de sponsa. duorum.

a maleuolis retardaretur, vel etiam impediretur remissionem, & relaxationem præmittendi trinas denunciationes per iura.capit. cum inhibitio de clande. desp. & Concilium Tridentinum, sess.24 c.1. de ref matr. præceptas, ab Episcopo petere, & impetrare debent, nec a parocho remitti possunt; cum Tridentinum concedendo hanc facultatem Episcopis, eam parochis tacite negare videatur. c. Nonne de præsump. & Nau in Man. ca.22. num.70.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 7.

2 CIuitatis incolæ, & ruri prædia habentes, & ad rusticalia exercenda aliquoties in anno ad ius accedentes, dimissa in vrbe parte familiæ, coram parocho ecclesiæ parochialis illius ruris, & testibus Matrimonium validum, post Concilium Tridentinum, sess.24. c.1 de refor. matr receptum, & publicatum, contrahere non possunt; eo quod parochus illius Ecclesiæ ruralis, nullius contrahentium parochus est, cuius tamen præsentia, vel alterius sacerdotis de licentia parochi, seu ordinarij contrahentium ad matrimonium validè contrahendum omninò necessaria est; Nec habitatio ad tempus extra domicilium etiam in domo, & possessione propria, aliquem illius loci parochianum efficit, ca. is qui. de sepult. in 6. nisi quando quis in vtroque loco æqualiter habitaret. c.2. sub fin. eo. tit. & lib.

(Aduertendum conf 3. in antiquis 12. dubia in se continere, quorum 1. 2 5 & 10 desunt in Nouis, reliqua vero sparsim in Nouis sub alijs titulis ponuntur: Nam 3. est conf 15. de sponf. 4. est conf. 4 de baptismo 6 7. & 8. sunt conf. 3. & 4. de Iudæis 9 est consil 6. de diuortijs. 1 est consil 1. de summa Trinit. & fide catholica: & denique 12. est consi 5. de baptismo in Nouis.)

DECISIO III.

3 MAtrimonium sine præsentia parochi in terris hæreticorum, & infidelium ante Concilium Tridentinum, & etiam post illud in locis illis, in quibus nondum receptũ, aut publicatum est, validum censetur, nec dissolui potest si consummatum fuerit, secus tamen si in locis, vbi idem Concilium receptum, & publicatum est, contractum sit, vt patet in eodem Conc. Trid. sess. 24 ca. 1. de ref. matr.

DECISIO IV.

4 QVi in locis vbi Concilium Tridentinum nec receptũ, nec publicatum est, clam contrahunt matrimonium, & relictis postea vxoribus prioribus alias ducunt, viuentibus prioribus, quæ etiam alijs nubunt, posterioribus conuiuendo peccant etiam post mortem priorum, nec cum illis, sine sedis Apostolicæ dispensatione etiam de nouo matrimonia contrahere valent: Toto tit. de eo qui dua. in matr. quam poll. Sin vero priores adhuc superstites sint, ad eas redire tenentur, etiamsi secundas duxerint; cap. 1. & 2. de sponsa. duorum. cum omni iure illicitum sit, plures simul vxores habere. c gaudemus. de diuort.

DECISIO V.

5 QVi in terris, vbi Concilium Tridentinum receptũ est, puellam rapit, & cum ea coram parocho contrahit, nullum matrimonium contrahere censetur, sed neque cum illa contrahere potest, quamdiu illa sub raptoris potestate fuerit, & donec illa in loco tuto, & libero ponatur, postea tamen cum illa valide contrahere potest, dummodo ipsa consentiat, ex Conc. Triden sess. 24 ca 6. de ref matr. & formam Concilij in contrahendo obseruent: si autem non sit receptum Concilium, Matrimonium ita inter raptorem, & raptam etiam sine parochi præsentia contractum tenet, si verè rapta sponte consentit. c fi. de rapt. etiam antequam ipsa in tuto, & libero loco posita sit.

DECISIO VI.

6 HAeretica, seu schismatica, alteri hæretico, seu schismatico rite baptizato nupta, quæ postmodum conuersa nubit catholico, vel postquam ei nupserit, conuertitur, ad coniugem priorem, dummodo ipse honestè, & absque creatoris contumelia, & absque attractione ad peccatum mortale, eam tractare velit, & alias non redire tenetur: Nullo tamen modo alteri nubere valet etiam catholico, & si contrahat, matrimonium tanquam nullum, & irritum censeri debet; c Gaudemus. & ca. quanto. de diuor. & Nauar. in Man. c.22. num.48. Eo quod Matrimonium inter hæreticum, & schismaticam rite baptizatam contractum valet, cap. Non oportet, 28 q. 1 & glo. ibi. & S. Tho 4. d. 39. ita vt si consummatum sit, dissolui nequeat; secus autem inter fidelem non baptizatum contractum, qualis est Iudæus, Turca, vel paganus, etiamsi iam cathecumenus, vel cathecumena esset. Glo. in cap. cauue. 28 q 1.

DECISIO VII.

7 CVm Matrimonium inter catholicum, & Turcam non baptizatam contractum non valeat; cap. caue, 28. q. 1. & glo. ibi consequenter catholicus, qui infidelem Turcam ducit, & cum ea in fide catholica habitat, nec absolui, nec Eucharistiam sumere potest; eo quod istorum cohabitatio status est fornicationis, qui malus, & illicitus est; c. Nemo & c. Meretrices, 32 qu 4 vnde separari debent: postque catholicus alteram fidelem licite ducere.

DECISIO VIII.

Ex conf. 57. in Nouis, deest in antiq.

8 MAtrimonium coram presbytero, & alijs testibus trahens, & postea septennio vt veri coniuges simul conuiuentes, si presbyter ille vllius eorum parochus non erat, neque licentiam ab eorum parocho, vel ab ordinario loci, ad assistendum Matrimonio habuerit, adeo nullum, & inualidum est, vt partes a seipsis discedere, & alteri copulari possint, vt colligitur ex Conc. Trid. sess 24 de refor. matr. cap. 1.

TITVLVS IV.

De conditionibus appositis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium conditionale impleta conditione perficitur.*
2 *Absolutio data cautione, ea non præstita, non valet.*

DECISIO I.

Ex conf. 8. alias 1.

1 QVi Matrimonium coram parocho, & testibus per verba de præsenti sub conditione licita, nimirum; si patri eius placuerit, contrahunt. cap super eo. de condit. appo. non tenentur post purificatam ipsam cõditionem denuò coram parocho iuxta Concilij Tridentini præceptum, sess 24 cap. 1 de reform. matrim. contrahere: quamuis enim consensus conditionatus præstitus durante conditione matrimonium non perficiat, eo quod pendente conditione consensus ille non sit liber; quia tamen huiusmodi consensus continuatus vsque ad impletam conditionem ea impleta consensum priorem perficit, & liber efficitur post impletam conditionem sine alio nouo cõsensu verum matrimonium efficit; cum regula iuris receptissima sit, quod dispositio cõditionalis adueniente conditione purificatur, adeo vt ab eo tempore ita censeatur perfecta, ac si a principio purè contracta fuisset, § ea conditionali. Inst. de verb. oblig.

DECISIO II.

Ex conf. 20. alias 46. de statu Monach.

2 QVi iussus est ab excommunicatione absolui, data prius cautione de parendo iuri, & post moram in cauendo factam monitus, vt intra certum terminum præsentaret cautionem, illam intra præfixum terminum non præsentat, & accusatus de contumacia iudex in excommuni-

& proinde ad eam contrahendum propria persona, vel propria manus oblatio, tactus, & responsio est necessaria; hanc compaternitatem, & cognationem spiritualem contrahere non censentur, qui per mandatarium, vel Procuratorem aliquem baptizauerit, aut in baptismo, vel confirmatione susceperit. Et quamuis secundum iura antiqua cognatio spiritualis per alium contrahi poterat, c. Martinus, de co.spirit. vxor enim vel maritus suscipientis, vel leuantis fiebat patrinus, & cognatus spiritualis earum personarum, quibus suscipiens, vel leuans fiebat, quia, scilicet per consummationem matrimonij coniuges vna caro, & vna persona efficiuntur; Hæc tamen ratio in alijs nimirum in Mandatario, vel Procuratore, cessat, & illa iura iam per Concilium Tridētinum vbi supra eneruantur, vnde nec impedimentum hoc cognationis spiritualis contrahi, qui per mandatarium de Baptismi fonte aliquem leuat.

DECISIO III.
Ex cons. 3. alias 4.

3 VT Patrinus maior ætate sit baptizato, nullo iure statuitur, aut requiritur; Neque enim Patrinus, aut Matrina personam patris, vel matris gerit. (quasi hac ratione, vt quidam falso putant, necesse sit, vt Patrinus tot annis baptizato maior sit, vt possit esse pater eius naturalis ex Pano. & Arch. in c debitum de Baptismo, sed baptizans patris personam gerit, & aqua matris, Patrinus autem solum sa fideiussorem, & pædagogum constituit, c. vos ante de consecr. d. 4 qualis potest esse, qui est minor ætate.

DECISIO IV.
Ex cons. 4. alias 7.

4 QVamuis plures patrini eiusdem baptizandi tam secundum antiqua iura, c non plures. de consecr. d 4. quam Concilij Tridentini decretum sess. 24. c. 2. de ref. matr. esse non debeant, si tamen alicuius baptizandi parentes tres patrinos, aut etiam plures nominauerint, eosque omnes parochus admittat, omnes cognationem spiritualem contrahūt, c. quamuis. de cogn. spir. in 6 cum non sit maior ratio vnius, quam reliquorum, nec per iura illa antiqua aut noua annullatur actus plurium patrinorum, si fiat, Nau. ex Na c. 22. nu 39. parochus autem plures admittens puniendus est, vt patet per Concil. Triden. sess. 24. c. 2. de ref. matrim.

DECISIO V.
Ex cons. 8. in Nouis, deest in antiquis quamuis fere idem sit cum cons. 2. de consang & affin.

5 QVamuis nobilior sit cognatio, & coniunctio spiritualis, quam carnalis, c. ita & c Pyctacium 30. quæst. 3 quoad ius quoddam reuerentiale, & spirituale, quoad effectus in iure expressos, non tamen ab vna ad aliam arguitur; vnde licet incæstus proprie matrimonium impediat, quia tamen copula inter cognatos tantum spiritualiter cognatione compaternitatis, vere incæstus non est, cum incæstus definiatur esse consanguineorum affiniumque coniunctio, c. 1. 30 q 1 palamque sit cognatos spiritualiter tātum, nec consanguineos, nec affines esse, c. 1. 30. quæst. 3. prout rubricæ diuersæ de consanguinitate, & affinitate, & cognatione spirituali manifeste declarant, per copulam talem inter coniunctos tantum spiritualiter impedimentum ad contrahendum matrimonium non inducitur. Sed neque impedimentum incęstus matrimonium contractum dirimit, & super eo episcopus dispensare potest. ita Nau. in Man. c. 22. nu. 75.

DECISIO VI.

6 IMpedimenta plura cum adsunt, potest ab vno peti dispensatio, absque eo quod de alio mentio fiat. Quamuis enim omnis expressio falsi, qua mouetur Princeps ad gratiam facilius concedendam, eam subręptitiam, & ipso iure nullam reddat; cap. super literis. de rescript. non tamen omnis taciturnitas veri, cuius expressio retrahaisset principem ad non ita facile concedendam, reddit gratiam nullam, sed sola illa qua tacetur verum, quod iura in tali impetratione exprimi iubent. ita inquit Nauar. in Man. cap. 22. nume. 86.

vnde licet in impetratione beneficij facienda sit mentio de beneficio habito non tamen de cura, vel ordine illi annexis. licet mentio illorum difficiliorem redderet principem ad concedendum, quia id nullo iure pręcipitur; Et collatio beneficij facta criminoso crimine non inducente irregularitatem & inhabilitatem ad beneficium valet, non facta mentione de illo crimine licet illius expressio principem difficiliorem reddidisset ad conferendom. ex Inno. in cap. proposuit, verb. executore. de conces praeb. Et impetratio absolutionis ab vna excommunicatione, non facta mentione de alia, valet. glo. 1. in cap. ex parte de offic ordin. Et proinde nec in impetratione dispensationis super vno impedimento matrimonij, fieri debet mentio de alijs, ad hoc vt valeat dispensatio quoad impedimentum, ad quod illa impetratur, cum id nullo iure canonico, vel Cæsareo caueatur, & non est inducenda obligatio iuris, sine iure ad id obligante. Arg. cap. 1. de translat. prælat.

TITVLVS VIII.

De consanguinitate, & affinitate.

SVMMARIVM.

1 *Dispensatio super affinitate, & consanguinitate tacito incestu valet.*
2 *Affinitas ex illicito coitu in 3. & 4. gradu matrimonio superueniens non impedit exactionem debiti.*
3 *Sponsalia sicut matrimonium inter raptorem, & raptam donec restituatur, sunt prohibita.*
4 *Dispensatio super affinitatem non extenditur ad publicam honestatem concurrentem.*
5 *Dispensationis in gradibus cognationis quæ causę sint.*
6 *Filij nati ex coniugo per commissionem de dispensando bona fide contracto, licet eius forma satis seruata non fuerit, censentur legitimi.*
7 *Affinitas non nisi ex copula carnali ordinaria orituri.*
8 *Impedimentum affinitatis, & publicæ honestatis multum distat.*
9 *Affinitatis impedimentum ex illicito coitu, tam occulto, quam publico, nascitur.*
10 *Matrimonium contrahendum impediri non potest ad vnius testis dictum asserentis se ab vno alio audiuisse eos esse consanguineos.*
11 *Consanguinei sunt, cum vnus descendit ab alio, vel ambo a tertio.*
12 *Stuprans consanguineam cum promissione illam ducendi, quid facere tenetur.*
13 *Dotis incompetentia causam sufficientem præbet dispensandi, vt consanguineo nubat.*
14 *Subreptitia est dispensatio matrimonialis in qua narratum fuit oratores ignoraße impedimentum, cum vnus sciret.*

DECISIO I.
1.
Ex cons. 2. (alias) 9. deest in Nouis.
5. 8.

1 DIspensatio a Papa super impedimento consanguinitatis & affinitatis obtenta non facta mentione copulæ, & incæstus præcedentis valet, & matrimonium inter eos non obstante taciturnitate illa, contractum validum censeri decet, nec tenentur iterum impetrare dispensationem illo expresso, vel per aliud aliquod supplere; Quamuis enim impedimenta consanguinitatis, & affinitatis impedimenta sint matrimonium impedientia, & dirimentia vt proinde necesse sit in impretatione dispensationis ab istis ea exprimere, impedimentum tamen incæstus est solum impediens, vnde licet sic contrahentes sine dispensatione illius peccent, matrimonium tamen contractum non dirimit,

mit, ex Pal. in 4. d. 34. q. 1. co. 3. & S. Anto. 3. p. ti. 1. cap. 15. §. 4. & Nau. in Man. cap. 22. num. 75. Potest autem à tali incæstu clam à summo Pœnitentiario, vel etiam a proprio contrahentium episcopo dispensatio impetrari: c. p. si duo. 35. q. 6. Immo & matrimonio sic contracto, sine vlla dispensatione, cum pœnitentia peccati incæstus, & peccati in matrimonio contra impedimentum incæstus contrahendo commissis, frui possunt. Qua etiam de causa, gratia ducendi vxorem facta Diacono occultè, & malè ordinato non vitiatur, ex eo quod tacetur (præsertim absque dolo) quod sit affinis, nec gratia postea impetrata super affinitate, non facta mentione de dispensatione super ordine vitiatur, eo quod res separatæ sunt, nec vna alteram augei, nec vllo iure cauetur, vt alterius mentio in alterius dispensatione obtinenda fiat.

DECISIO II.

Ex conf. 3. alias 6. & dubium secundum est conf. 4. de raptor. in Nouis.

2 QVamuis impedimentum, quod propter affinitatem ex fornicatione contractam inducitur, matrimonium cōtrahendum impediat, & dirimat, & ad eos tantum qui in primo, vel secundo gradu coniunguntur, restringitur, Nulla tamen affinitas matrimonio iam contracto superueniens illud dirimit, aut impedit, sed solum partem culpabilem ab exigendo debito sine dispensatione impedit cap. Transmissæ. & c. tuæ de eo qui cogno. consang. vxo. suæ. Sicut affinitas ex illicito coitu in tertio, & quarto gradu contracta, & præueniens, nec matrimonium contrahendum impedit, vt per Pium V. extra. Ad Romanum. edi. 1568. constit. 62. & Na. in Man. cap. 22. num. 43. nec dirimit contractum; ex Concil. Trid. ses. 24. cap. 4. de ref. matr. ita neque affinitas superueniens Matrimonio contracto in iisdem gradibus exactionem debiti impedit; eo quod lex per similitudinem rationis de vno ad aliud extenditur; cap. Dudum 2. de elec. & quia minus est exigere, quam contrahere, vt proinde qui contractionem matrimonij concedit à fortiori exactione debiti concedere censetur. Arg. cap. cui licet quod plus. de reg. iu. in 6.

DECISIO III.

3 QVemadmodum Matrimonium inter raptorem, & raptam non valet, quamdiu ipsa in potestate raptoris manserit; vt habetur ex Concil. Tri. sess. 24. cap. cum locum, eo quod consensus raptæ præstitus in domo raptoris, vel extra eam, donec in loco tuto ponatur, ad matrimonium contrahendum, quod plenam libertatem requirit, satis liber non iudicatur: ita etiam & sponsalia inter raptorem & raptam non valent, quamdiu ipsa in domo & potestate raptoris manet, & plenam assequitur libertatem; quia sponsalia etiam plenam libertatem requirunt, vnde defectus liberi consensus non minus sponsalia, quàm matrimonium impedit, quamuis Tridentinum nihil de hac re dixerit; maximè cum in vtroque casu non solum similis, sed eadem plenè ratio sit; & ius limitans aliquid, ex rationis similitudine ad casum similem extenditur cap. cum dilectus. de consit. vtil. gl. in cap. 1. verb. Italiæ. de temp. ord. in 6.

DECISIO IV.

Ex conf. 4. alias 7.

4 DIspensatio super affinitate, cum qua publicæ honestatis impedimentum etiam est annexum, in cuius impetratione facta non est mentio expressa, vel tacita de vinculo publicæ honestatis, etsi quoad affinitatis sublationem valida sit quoad tamen sublationem publicæ honestatis non valet; ex Pan. in cap. non debet de consang. & Na. in Man. cap. 22. num. 86. sin vero in illa impetranda tacitè saltem de impedimento publicæ honestatis mentio facta fuerit, vtrumque sublatum esse censetur. glo. 3. in d. c. non debet.

DECISIO V.

Ex conf. 6. alias 13.

5 QVamuis Concilium Tridentinum sess. 24. ca. 5. de ref. matr. super cognatione in secundo gradu nunquam dispensari velit, nisi inter magnos Principes, & ob causam publicam; Aliæ tamen quatuor causæ sunt, quæ faciunt, vt in dicto Cognationis gradu Papa iuste dispensare possit ex Concil. Trid. sess. 25. cap. 18. de refor. vna est ignorantia rigoris prohibitionis, iuxta illud 1. ad Timoth. 1. Misericordiā consecutus sum, quia ignorans feci. Altera est proles iam habita. c. si 35. q. 8. Tertia est, diuturnitas Matrimonij iam malè contracti. d. c. fin. 35. q. 8. Quarta, scandalum inde oriundum, mors puellæ, aut cognatorum. Arg. c. quia circa. de consan.

DECISIO VI.

Ex consil. 7. alias 3. qui filij sint legit.

6 EPiscopus si accepta commissione à Papa ad dispensandum cum impeditis tertio gradu consanguinitatis, facta, vel non facta informatione, dispensauit, licet non satis ordine iuris seruato filij ex illis nati censentur legitimi; quia bona fide credebant dispensationem legitimè factam fuisse, iustamque sic credendi causam habent, quod ad prolem legitimandam sufficit; Arg. c. ex tenore, & ibi Glo. qui filij sint legit. Sin vero Episcopus Commissarius nullam accepit informationem, nec de facto dispensauit, illorum filij legitimi essendi non erunt; quia bonam fidem non habebant, & sciebant, vel scire debebant inter ipsos esse impedimentum.

DECISIO VII.

Ex consil. 8. alias 4.

7 CVm affinitas ex approbata Theologorum, & Canonistarum sententia proximitas quædam sit personarum ex copula carnali proueniens, omni parentela carēs ex S. Tho. 4. d. 4. q. 1. art. 1. q. 3. & Glos. in verb. affinitatis. Adeo necessaria est copula carnalis licita, vel illicita ad impedimentum affinitatis contrahendum, ex c. discretionem. de eo qui cogno. consf. vxo. suæ (quod etiam vsque ad quartum gradum inclusiuè extenditur) quod quantumcunque aliquis claustra pudoris inuadat, vel frangat, nisi etiam commistio seminum sequatur, nulla exinde affinitas propriè dicta contrahitur: vnde nec copula contra naturam, nec pollutio extraordinaria generat affinitatem c. extraordinaria 25. q. 2. & 3. & S. Tho. in addit. 3. par. q. 55. art. 3. ad tertium.

DECISIO VIII.

8 COncilij Tridentini decretum sess. 24. cap. 5. de ref. matrim. quo dispensatio coniunctis secundo consanguinitatis, & affinitatis gradu dari prohibetur, impedimentum publicæ honestatis primi gradus non comprehendit; eo quod lex, præsertim prohibitoria, ad casum, in quo tanta prohibendi ratio non inest, extendi non debet; Arg. c. de pœnæ. de pœnit. d. 1. præterquam quod impedimentum publicæ honestatis ab impedimento affinitatis multum distat quoniam hoc affinitatis impedimentum, saltem ad aliquas personas, & gradus etiam iure Diuino scripto veteris testamenti inductum fuit, vt patet Leuit. c. 18. impedimentum vero publicæ honestatis nullo iure veteri, sed iure tantum positiuo post Christum, introductum est; vnde nec tanta inhibendi ratio in impedimento publicæ honestatis, ac in altero affinitatis reperitur.

DECISIO IX.

Ex conf. 9. alias 1.

9 QVi Matrimonium cum aliqua, quam frater ipsius adamauit, contrahere vellet, & dubius est, an eam frater eius secreto cognouerit, iustè & tuta conscientia cum illa contrahere nequit, nisi aut credat fratrem suū eam non cognouisse, vel nisi dispensationem obtineat: quia affinitas ex carnali coitu etiam illicito nascitur; c. discretionem de eo qui cogno. cons. vxo. suę siue coitus publicus sit, siue secretus; c. concubuisti 32. q. 6. & matrimonium nemo iustè contrahit, nisi certo credat non adesse impedimentum.

DECISIO X.

Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiquis.

10 MAtrimonium contrahendum ad dictum vnius testis asserentis se ab vno alio audiuisse eos esse consan-

sanguineos, impedīri non potest, eo quod dictum vnius de auditu nihil probat. Et idem est, si secundus deponens de veritate iurate vellet, quamuis secus esset, si plures deponerent, se a pluribus maioribus id audiuisse, cap. licet ex quadam de testib. Vel vnus tantum iuratus de visu & veritate deponeret: quandoquidem testimonium de veritate est probatio naturalis, & regularis, testimonium autem de auditu irregularis. Atq. cap. tua. de consanguinitate, & affinitate.

DECISIO XI.

Ex consi. 18. in Nouis, deest in antiq.

11 Consanguinei illi solum censendi sunt, quando aut vnus ab alio descendit, aut ambo a tertio. Affinitatis vero primum genus hodie, solum impedimentum contrahendi matrimonium inducit. c. Non debet, de cōsang. & affinit. Quod primum affinitatis genus inter viros, & consanguineas mulierum cognatarum, & inter mulieres cognitas, & consanguineos virorum solum contrahitur. Illud verò affinitatis genus, quod oritur inter viros, & mulieres cognitas ab affinibus eorum: Et econtrario inter mulieres, & viros cognitos ab earum affinibus, genus quidem affinitatis est secundum, vel tertium, sed non primum, quod solum hodie impedimentū contrahendi Matrimonium inducit.

DECISIO XII.

Ex consil. 19. in Nouis, deest in antiquis.

12 Stoptans consanguineam etiam in secundo gradu, cum promissione ducendi illam, quamuis Matrimonium maximè post Concilij Tridentini publicationem valide eum ea contrahere nequeat: dispensationem tamen quaerere, & obtentam, eam ducere tenetur. Impensas vero in dispensatione factas vtraque pars soluet; quod si obtineri non poterit, eam dotare obligatur.

DECISIO XIII.

Ex consil. 14. in Nouis, deest in antiquis.

13 Dotis incompetentia, tam mulieris nubendae, quam sororis eius, etiam per tertium supplendae, ob patris paupertatem, causa sufficiens est concedendi dispensationem, vt consanguineo suo nubat; pauperias autem patris, quae pro talis dispensatione obtinenda narratur, non solum simpliciter, sed etiam habito respectu ad hoc, quod filias competenter iuxta suam conditionem dotare nequeat, attēdenda est, cum non referat, quid de aequipollentibus fiat, aut dicatur.

DECISIO XIIII.

Ex cons. 20. in Nouis, deest in antiquis.

14 Dispensatio de contrahendo Matrimonio non obstante gradu aliquo consanguinitatis, cum supplicatione quod ignorantes impedimentum contraxerunt Matrimonium, subreptitia, & nulla censetur, si vnus sciret, aut scire teneretur impedimentum, etiamsi alter ignoraret. Immo propter indiuiduitatem, & vnionem Matrimonij, nec parti ignoranti prodest, sed si postea sciat, vterque reualidatione dispensationis indiget.

(Notandum, Authorem in hoc consilio contradicere sibi in consil. 14. de sponsal. in antiq. & consil. 3. de rescript. in Nouis, vbi docet dispensationem ad annexum, & inseparabile extendi, & dispensationem ab vno coniugum, alio ignorante, impetratam vtrique prodesse.)

TITVLVS IX.

De Frigidis, & Maleficiatis.

SVMMARIVM.

1 *Diuortium ob coeundi impotentiam ante triennalem cohabitationem fieri nequit, & matrimonium cum secunda ante factum non valet.*

2 *Ordinari potest ob impotentiam ab vxore separatus.*

3 *Spadonum multa genera, & an matrimonium contrahere possint.*

4 *Impotentia coeundi est impedimentum etiam dirimens matrimonium.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 Si duo inter se Matrimonia contrahant, & cum simul per biennium & amplius, minus tamen triennio cohabitassent illud consummare non valerent, vnde ab ordinario ob illorum impotentiam per sententiam impetrant, vt cum alijs Matrimonio iungi possint, & de facto vterque cum alijs matrimonio iunctus, filios procreat, matrimonium tale inualidum est, & sententia diuortij inter eos ab ordinario facta, tanquam nulla & iniusta censeri debet eo quod liret quis maleficio impediri possit quoad vnam personam, quamuis non impediatur quoad aliam: argum. cap. si per contrarias 33 q. 2 quia tamen tale impedimentum inter aliquos esse non praesumitur, nisi ex praecedenti cohabitatione triennali, sine facultate coeundi approbata, capit. laudabilem, & capit. vlt. de fri & malef. Matrimonium cum secunda contractum, ob impotentiam coeundi cum prima, etiam post sententiam diuortij ab ordinario ante triennalem cohabitationem cumulata latam non valet; sed redire tenentur ad simul cohabitandum per triennium, & experiendum impotentiam eorum ad inuicem, vt diuortium legitimè fieri possit, d. cap. laudabilem, & cap. vlt. Potest tamen Papa super tali matrimonio rato, & non consummato cum priore ex iusta causa dispensare, ita vt secundum legitimè ab vtroque contrahatur, maximè si matrimonium primum inter eos publicè contractū non fuerit, ita Nau. in Man c. 2. nu. 21.

DECISIO II.

Ex consil. 2. alias 3. de corp. vitiat.

2 Matrimonium per verba de praesenti cum vnica, & virgine contrahens, si propter suam impotentiam coeundi matrimonium illud nullum & inualidum fuisse, & esse declaretur, & feminae, quae cum illo contraxit, cum alio contrahendi licentia data sit, iustè & sine vlla dispensatione talis ordinari sacerdos, & beneficia obtinere potest; quia talis nullo impedimento iuris naturalis, diuini, aut humani ab istis prohibetur. Neque enim bigamus talis censendus est, cum nullo modo bis, sed ne semel quidem matrimonium verè contraxit, & id quod semel contrahere voluit, & de facto contraxit ob legitimum impedimentum frigiditatis, vel maleficij naturae probatum, matrimonium verum non fuit; ordinum autem susceptionem impotentia coeundi non impedit, etiamsi eunuchus & castratus sit, dummodo iniustè seipsum non abscīderit, & castrauerit, vt propterea irregularis efficiatur, cap. si quis abscidit, cap eunuchus & cap. si quis in infirmitate d. 55.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 2.

3 Cum impossibilitas coeundi, & habendi copulam carnalem matrimonium nullum reddat cap. quod autem. 33. ecce 27 q. 2. & cap. fraternitatis & c. si de frig. & malef. eo quod matrimonium constare non possit sine copula potentiali quamuis sine copula actuali esse possit: ca. B. Maria. 27. q 2 Inde est, quod communiter spadones, qui carent testiculis, vel quia naturaliter sine testibus geniti sunt, vel qui in pubertate, & ante matrimonium castrati, & abscissi sunt, vel quia sunt Thlasiae, quibus testes fracti sunt, siue Thlibiae, qui eos habent attritos, si virgam attigere, aut intra vas debitum coire nequeant, ad matrimonium contrahendum omnino inepti sunt. & si de facto contrahant, inualidum censeri debet Sicut & senes illi impotentes dicēdi sunt, qui nec generare, neque adeo virgam attigere possunt, vt genitalia membra in mulierum vuluas immittere valeant, qui ideo inter se contrahere nec debent nec possunt, vt ait Scotus 4 d. 34 q 1 & 2. Sin autem tales sunt spadones, vt virgam attigere, & coire possint, quamuis nihil seminis in mulierū vuluas immittit,

quia

Digitized by Google

quia tamen per huiusmodi coitum sedari, seu tolli, aut vitari possit tentatio, & periculum fornicandi tam in viro, quam in fœmina; & exsiccari vtcunque valet humor vtrinque seminarius, ita vt eo exoneretur, etsi non tantum, quantum si vterque de more aliorum seminaret, verum Intelle matrimonium contrahere possunt, cum huiusmodi matrimoniū finem illum consequitur, in quem, quatenus est remedium, institutum est. Eodemque modo matrimonium cum fœmina nihil seminante, potente tamen semen viri intra suam vulnam seminantis recipere, contractum validum est, non minus quam contractum inter feminam seminantem, & spadonem potentem intra vas debitum, illam ad id prouocare; ita quod etiam ipse per illam prouocationem exsiccet suum humorem, quo calefit, & tentationem & passionem suam sedat.

(Notandum quamuis olim multi Doctores cum aothore, matrimonia spadonum & eunuchorum valide esse putarunt, saltem si femina sciens defectum consensit; Hodie tamen ea noua constitutione Sixti V. Quę incipit. Status Quintus edita an. 1587 die septima Iunij ad Cæsarem Hispaniarum Nuntium missa, ea nulla irrita, & inualida esse declarantur, prout in prædicta Bulla plenius explicatur.

DECISIO IV.

Ex cons. 3. in Nouis, deest in antiquis.

4 IMpotentia coeundi impedimentum, est non solum impediens, sed etiam dirimens; vnde spado ad copulam omninò impotens, cum aliqua contrahens, quamuis remanere possint vt frater, & soror, nullatenus tamen delectatione carnali, aut per oscula, tactus, vel amplexus, præsertim se polluendo, vt spoterunt. ita Nauar. in Manu. cap. 22. numer 60.

TITVLVS X.

De matrimonio contracto contra interdictum ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium ne quis cum hæretica contrahat, an Papa præcipere possit.*

DECISIO I.

1 PApa quamuis inhabilitare possit ad contrahendum matrimonium certas personas, inter quas iure naturali, Diuino, & humano matrimonium alias contractum tenet, an tamen conueniat, non facile est iudicare. At vero vt quis cum hæretica non contrahat matrimonium, præcipere potest, Arg. c. cauę. & cap. Non oportet 30 q. 1 nisi aliquæ circunstantiæ conditionum, personarum, locorum, vel temporum contractum adeo iustum facerent, vt tale præceptum iniquum redderent. Arg. c. Non semper & c. Qui se fistit. & cap. Iulianus. 11. q. 3.

TITVLVS XI.

Qui filij sint legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati eo tempore, quo inter parentes matrimonium impediebatur, per clausulam (Prolem susceptam, & suscipiendam) legitimantur.*

2 *Legitimatus a Nuncio ad quæcunque beneficia, non est ad regularia.*

3 *Religio habilitat illegitimum ad ordines, non ad dignitates.*

4 *Acta præterita licet a futuro euentu pendeant, per nouam dispositionem non tolluntur.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. deest in Nouis.

1 FIlij fornicarij, qui nati, vel concepti sunt eo tempore, quo parentes eorum matrimonium inter se contrahere non poterant; per matrimonium subsequens non legitimantur: cap. Tanto. Qui filij sint legit. Sin vero contraherent per dispensationem datam, cum clausola, (Prolem susceptam, vel suscipiendam legitimare reputantes) qualem Papa dare potest, tunc in radice matrimonij dispensando, & tollendo impedimentum matrimonij, etiam filij spurij, & antea nati legitimus, § 4. num. 7.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

2 LAicus ab Imperatore legitimatus, & a Nuncio Apostolico ad ordines sacros, & quæcunque beneficia dispensatus, si postea religionem approbatam ingrediatur, & in ea professionem emittat, beneficia regularia, administrationes, & Dignitates regulares vi prædictę legitimationis, & dispensationis obtinere non valet; Sed alia maiori dispensatione ad eas obtinendas indiget; eo quod Imperator, aut Rex, ad spiritualia beneficia, & dignitates ecclesiasticas, aut regulares neminem legitimare, aut habilitare possunt; cap. lege d. 10. & cap. per venerabilem. Qui fil. sint leg. & Nuncius Apostolicus dispensans ad beneficia, intelligi solum debet de beneficijs secularibus, non de regularibus, maxime si laicus secularis fuerit, quis, quando ab illo dispensationem obtinuit, verbum namque qualificatiuum additum in literis beneficialibus, quod qualitates diuersas denotare potest, de qualitate impetranti congruente intelligitur. Arg. cap. cum de beneficio. de preb. in 6. Domin. & Fran. ibi. & defectus Natalium & irregularitas ex eo procedens, qui per professionem tollitur cap. 1. de filijs presb. quoad ordines sacros tantum & non quoad Dignitates, & Prælationes regulares intelligitur.

DECISIO III.

3 REligiosi facultatem, seu priuilegium habentes, vt cum illegitimis ad beneficia, & officia ordinis obtinenda dispensare possint, tales ad dignitates sui ordinis non nisi prævia dispensatione admittere valent, si defectus eorum sciant; Neque sufficit electio, collatio, aut prouisio de Dignitate & Prælatione; Quia licet Papa conferendo aliquem dignitatem ei, quem ad eam inhabilem esse nouit, secum tacitè dispensare censetur; inferior tamen dispensandi potestatem habens, ob hoc dispensare non iudicatur, nisi de facto, & expresse dispenset. ita Innoc. & Pan. in cap. veniens de fil presb. & c. diuersis fallacijs de cler. coniug. & Nauar. in Man. cap. 25 num. 74 A superioribus autem Religionis semel verè dispensatus ad omnes ordinis dignitates, ad Episcopatum etiam, & Archiepiscopatum habilis efficitur.

DECISIO IV.

4 SI Papa motu proprio, & viuæ vocis oraculo Generali ordinis mandet ne illegitimos ad dignitates admittat, per huiusmodi decretum dispensatio antea obtenta non reuocatur, nisi tenor talis Oraculi, vel Breuis id exprimat: Eo quod lex ad præterita non trahitur: cap. fin. de constit. & Pan. & Felin. sicut nec forma faciendis Testamentis data, Testamenta iam facta comprehendere censentur, etiamsi testatores eorum viuant, & nondum sint sortita effectum: l. iubemus. ca. de testamen. vt pari proinde ratione nec habilitatio illegitimi ad dignitatem iam facta, licet nondum effectum sit sortita, per Mandatum de non admittendis illegitimis ad dignitates tolli dicetur, nisi Papa verbis manifestis illud exprimat.

Digitized by Google

TITVLVS XII.

De Deuortijs.

SVMMARIVM.

1 *Adulteria coniugum, vt mutua compensatione tolluntur.*
2 *Fornicatio matrimonium praecedens, iusta causa repudij non est.*
3 *Adulter correptus adulteram impœnitentem dimittere potest non tamen ingredi religionem, & nisi &c.*
4 *Sæuitia viri perpetuo duratura, causam dat diuortio perpetuo.*
5 *Coniugata, an, & quando coniugia fide apostatanti licitè cohabitare possit.*

DECISIO I.
Ex cons. 1 in vtrisque.

1 CVm adulteria coniugum quo ad effectum perdendi, vel recuperandi ius petendi debitum, mutua compensatione tollantur: e. intelleximus, & c. tua de adulterijs. Sicut alter coniugum per suum adulterium ipso iure ius exigendi debitum perdit, ita ipso iure recipit, & recuperat illud consortis sui adulterio, ex Nauarr. in Man. ca. vigesimosecundo, numero vigesimotertio, & hoc siue eodem tempore vir, & vxor, aut contra prius vxor, & postea vir, & siue adulterium vtriusque sit publicum, siue non, siue vnū sit publicum, & aliud occultum, Nec absolui in foro conscientiæ potest coniux alter, nisi vxorem repetat, & recipiat, maximè, si ipsa reconciliationem petat, (quod idem de vxore respectu mariti dicendum est) & sententia diuortij ob adulterium coniugis dissoluitur ob subsequens suum adulterium.

DECISIO II.
Ex cons. 2. in vtrisque.

2 QVi credit se virginem in vxorem ducere, & ducendo inuenit corruptam, eam dimittere non potest, & si dimittat, ad eam (accentem, & non petentem redire, & debitum reddere tenetur: cum nullibi scriptum sit maritum posse relinquere vxorem propter fornicationem per eam ante matrimonium admissum; copula enim præcedens nec iniustitiam contra maritum continet, nec matrimonium sequens consumit, nec sufficiens causa est repudij; c. Quemadmodum de iureiur. & ibi Panor. Sed & debitum sponsæ, etiam non exactus tenetur reddere, quando scit, aut scire debet, quod sponsa debitum suum sibi solui vult, licet ob metum, vel aliam causam grauem expresse non petat.

DECISIO III.
Ex cons. 3. in vtrisque.

3 QVi ex vrgentibus, & vehementibus præsumptionibus vxorem suam de adulterio suspectam habet, quod tamen vxor negat, nec ipse probare postea vxor decedens adulterium committat, & vir etiam adulterans eam ceperat, sed ipsa ad maritum redire nolit, potest adulter adulteram impœnitentem dimittere, & diuortium petere, religionem autem irreuocabiliter ingredi nequit, nisi prius sententiam diuortij obtineat.

DECISIO IV.

Ex cons. 5. in Nouis, deest in antiquis.

4 SAeuitia viri perpetuo duratura, sicut dat causam perpetuo diuortio, c. literas, § fin. de restit. spoliat. ita etiam, & pro sæuitia ad tempus duratura concedi potest separatio, seu diuortium etiam temporale. Et quamuis primum, nec peti, nec dari potest nisi parte citata, argu. c. 1. de causa possess. secundum tamen potest argu. l. æquissimum, ff. de vsufr. Et mulier interim dum controuersiæ componuntur, & vir mitior reddatur, etiam inscio, & inuito viro in Monasterium Monialium recipi potest; non obstante cap. 1. de statu Monachorum, etiam adiuncta innouatione Concilij Trident. sess. 25. de regul. cap. 5 & Bulla Pij V. Extra incip. Regularium, quæ est 24. in ordine. Nam nec Concilium, nec Pij V Bulla, ingressum mulieris secularis in Monasterium Monialium ex manifesta & rationabili causa, cum licentia episcopi, vel superioris in scriptis obtenta, prohibet

DECISIO V.

Ex cons. 7. in Nouis, deest in antiq.

5 NVpta fideli, etiamsi vir postea fiat infidelis, si eam sine contumelia creatoris fidelis cohabitare permittit, cap. si infidelis 29. q. 1 & filij infideli ex solo consensu vxoris baptizari possunt, cap Iudæi 28 q. 1. & penes illam educari debent; aliter tamen nubere viro viuente non potest, etiamsi in iuste in seruitutem ab infidelibus, nisi nubat, redigeretur. Quod si de facto alteri nubat, matrimonium non valet, nec ei sacramenta pœnitentiæ, vel Eucharistiæ, vt pote non contritæ, & in peccato mortali manenti, ministrari non debent, argu. cap. quoniam, & ibi glo. ve. b. affectu de consec. dist. 2. Sicut nec coniugati propria auctoritate sine legitima probatione impedimenti maleficij, vel impotentiæ se separantes, & secundas nuptias contrahentes, absolui possunt, cum in peccato mortali permaneant, cap. fraternitatis. & cap. fin. de frig. & malefic.

TITVLVS XIII.

De Donationibus inter virum, & vxorem.

SVMMARIVM.

1 *Donatio vera, & iurata vxori post crimen facta valet, donec reuocetur.*
2 *Fornicatio matrimonium præcedens, vxori, nec eius hæredi obest.*
3 *Donationem iuramento firmatam, factam vxori, non poterit vir etiam legando ad pia opera reuocare.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 8. de censib.

1 SI maritus post delictum commissum, pro quo a suis bona sua fuerant per sententiam confiscata, vxor suæ per instrumentum certa bona donet, & instrumento subscribat, sub die, vt ante delictum commissum apparere possit donationem factam fuisse, & maritus bona donata, vsque ad condemnationem possideat, donatio talis valida censeri debet, dummodo maritus bona illa vxori donauerit & donationem iuramento confirmauerit, quo illam reuocare non posset, aut potuisset, etiam si nunquam condemnatus fuisset: Poteritque vxor tuta conscientia præfata bona sibi tanquam sua, (quia vere talia sunt) retinere, quousque donatio illa reuocetur, & tanquam in fraudem facta per iudicem rescindatur. Sin vero animum donandi verum non habuit, cum illa semper manserint sua, sub confiscatione generali omnium bonorum suorum cadunt, & proinde per sententiam condemnatoriam fisco debentur: Non tamen obligatur donatarius ad bona illa reddenda, quousque per iudicis sententiam donatio reuocatur sicut nec incidens in pœnam, in foro conscientiæ illam soluere tenetur, donec a iudice condemnetur. S. Th. 1. 2. q. 92. ar. 4. & gl. in c. fraternitas. 12. q. 2.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 2.

1 DVo inter se contrahentes adiecta clausula, quod si alter coniugum decederet, non relictis liberis, ad superstitem omnia mobilia pertinerent, etiam actiua, cum onere soluendi omnia passiua; si maritus postea cognoscens vxorem ante Matrimonij contractum adulteratam fuisse,

Digitized by Google

fuisse, eam veneno secreto mori faciat, ad bona hæredibus vxoris vi iure prædictæ clausulæ tenetur; quia non licuit ei vxoris mortem procurare, & fornicatio Matrimonium præcedens, neque vxori, neque hæredibus eius quidquam obest. cap. Quemadmodum. de iureiu.

DECISIO III.

Ex cons. 2 in Nouis, deest in antiquis.

3 MAritus vxori suæ mille aureos in augmentum dotis donans, & donationem illam non reuocare iurans, ad mortem veniens nihil ex illis etiam in opera pia legere potest, nisi ius aliquod municipale obsi, & si de facto donet, vxor legata illa soluere non tenetur ex Cou. p. 2. rub. de testam. num. 10.

TITVLVS XIV.

De Secundis nuptijs.

SVMMARIVM.

1 *Mors mariti an per famam, & alia probetur, iudex arbitrabitur.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtr sque.

1 VXor, eo quod vnus testis audiuit maritum suum valde ægrotare, & alter deponit famam publicam esse de morte illius secundo nubere non valet, nisi ex alijs signis, & coniecturis iudex prædictam mortem satis probatam esse arbitretur. cap. Præsentia. de sponsa. & Pan. ibi. Coua. in epit. super 4 decret. 2. p. c. 7 §. 3.

Finis Libri Quarti.

DECISIONVM CASVVM CONSCIENTIÆ

Ex doctrina Consiliorum Martini ab Azpilcueta Doctoris Nauarri collectarum

LIBER QVINTVS.

TITVLVS I.

De Accusationibus, & inquisitionibus.

SVMMARIVM.

1 *Confesso proprium crimen contra participes non credendum.*
2 *Accusatus de crimine pendente lite promoueri potest.*
3 *Iudex, qui bona fide indiciorum copiam non dat, nec peccat, nec restituere tenetur.*
4 *Fiscus per confirmationem non succedit prohibito alienare.*
5 *Excommunicari nemo potest pro culpa præterita, nisi sit notoria, vel iam damnatus parere recusat.*
6 *Offensus tuta conscientia apud iudicem instare potest, vt delinquens puniatur.*
7 *Correctio fraterna a denunciante, an omitti possit.*
8 *Inquisitionis iudicium infamia præcedere debet.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 3.

1 REgulari Apostatæ confitenti coram quinuor, aut quioque se cum aliquo viro probo & optimæ famæ eiusdē regulæ crimen pessimum commisisse, non est credendum, neque talis ad alterum accusandum admitti debet, nec Prælatus religionis contra dictum patrem ex solo dicto illius Apostatæ procedere potest; Non solum ex eo quod testimonium vnius, nullius testimonium esse dicitur, cap. cum a nobis. de testib. sed etiam quia infamis est infamia iuris & facti, & criminosus, & proinde ab accusando repellitur; cap Prohibentur. 2. q. 1 & cap. omnipotens de accus. & confitenti crimen proprium nefandum non est credendum de participe illius criminis. ca. 2. de confess. Vnde nec Prælatus contra talem aut per viam inquisitionis procedere potest; quia non præcessit sufficiens infamia exorta legitimè a beneuolis, sed tantum à maleuolis, quæ ad sic procedendum non sufficit: cap. super his, cap. inquisition. cap. qualiter, & c. quando de accusat. Aut per viam denunciationis, quia non præcessit fraterna correctio; Aut per viam accusationis, quia non adest legitimus accusator.

DECISIO II.

Ex cons. 2. 3. alias 6. 7.

2 ACcusatus de crimine, pendente lite, ad beneficia, aut alios honores & gradus promoueri potest; Alioquin enim maleuolis facillimè via pateret bonos & probos impediendi ab acquisitione honorum; & beneficiorum per concursum, quod absurdum est, & ita non dicendum: l. Nam quod absurdum ff. de bon. liber. Sed tunc solum per accusationem promotio impeditur, quando contra promouendum apud bonos & graues viros infamia & accusatio orta est, secus autem quando ab inimicis & maleuolis oritur. cap. omnipotens. cap. qualiter. & cap. quando 2. de accusat.

DE-

DECISIO III.
Ex conf. 4. alias 8.

3 INquisitor, seu Iudex, qui multos reos alias sufficienter indiciatos, torqueri facit, non data eis indiciorum copia, nec assignato termino ad defensiones suas faciendas, quia non petierunt sibi dari; & in causis procedit bona fide ad eorum condemnationem non repetitis testibus, qui de consuetudine loci vt plurimum non soliti sunt repeti; nec peccat mortaliter, nec non dando copiam indiciorum non petenti ad vllam restitutionem & satisfactionem parti læsæ faciendam tenetur. Quia lex de indiciorum copia reo ante torturam danda humana est, & obscure lata, l. cum vnius. §. cognitorum, ff de quæstioni. & de postulante reo, nihil agitur: Non peccat autem, nec meretur pœnam non dando copiam indiciorum non petenti saltem in foro conscientiæ, quando indicia vere coram Deo sufficientia sunt; c. Deus omnipotens 2. q. 1. maximè cum lex de repetendis testibus, nec Diuini, nec iuris naturalis sit, sed tantum humani, & consuetudo loci a pœna saltem temporali excuset; c. fi. de consuet. & gl in c. denique. d 4. qui vero legem humanam ex causa, quæ sibi bona fide videtur iusta, transgreditur, licet verè talis omninò non fit, venialiter tantum peccat. ita S. Tho. 2 2. q 96 art. 6. & ibi Caiet. & Nau. in Man. prælud. 8. nu. 14 & c. 23. nu. 42.

DECISIO IV.
Ex consil. 5. deest in Nouis.

4 FIscus cum concurrunt fideicommissum, & prohibitio alienandi etiam quoad vitam, vel prohibitio alienandi tantum, non succedit, nec etiam reo viuente aliquid assequi per confiscationem potest, l. Statius § Cornelio, ff de iu. fi.

DECI O V.
Ex conf. 54. alias 41.

5 CVm excommunicari nemo possit pro peccato præterito, nisi notorium sit, vel de illo condemnatus fuerit, & parere noluerit; c. nemo 21. q. 3. sed solum pro futuro, vel pro contumacia nolendi pro præterito satisfacere; c ex parte. 1 de verb. signi & glo. ibi Episcopus in monitorio, publicando, ad finem reuelationis sub pœna excommunicationis contra eos, qui nomen Dei, aut sanctos eius blasphemãt, vel qui præsentes fuerint, temperatè procedere debet procedendo primum per viam visitationis, & inquisitionis generalis, c. 1 de offic ord. vt sic postea per inquisitionem specialem iustè procedere possit. c. Inquisitionis. de accus.

DECISIO VI.
Ex conf. 1. in Nouis deest in antiquis.

6 OFfensus, licet rancorem, & odium inordinatum dimittere teneatur, c. fin. de pœn. d. 5 iniuriam tamen sine præuia satisfactione remittere non tenetur, sed apud iudice, vt delinquens puniatur, tuta conscientia instare potest ex S. Thom. 2 2. q 108. art. 1.

DECISIO VII.
Ex conf. 2. in Nouis deest in antiquis.

7 COrrectio fraterna criminis occulti a denunciante potest omitti, quando vel peccatum occultum infectiuum est aliorum, vt sunt hæresis, & etiam fornicatio religiosorum, ex S. Tho. 4 d 19 q. 2 art 3. ad 2. aut alteri nociuum; vt ait Syluest. verb correctio. q 6. vel damnum futurum timetur, vel cum probabiliter creditur non profutura: Tunc autem correctio non profutura creditur, quando quis peccat ex malitia & electione, & non ex passione, vel infirmitate; præsumitur autem quis ex malitia peccare, qui frequenter & quasi sine fræno peccatum committit, ac si prohibitũ non esset ita S. Thom. 2. 2. q 33 ar 8. ad 1. Sed & socium criminis denunciandum secreto superiori tanquam patri, Superior præcipere, & religio statuere potest, & qui contrarium docet, dogma damnandum tradit, vt ait Iulius 3 in statutis Franciscanis.

DECISIO VIII
Ex conf. 4. & 5. in Nouis, eadem fere sunt, & desunt in antiquis.

8 INquisitionis indicium infamia præcedere debet, etiam quoad regulares; nec sufficit depositio de delicto vnius, immo nec duorum etiam legitime receptorum testium, qui eiusdem criminis socij fuot, de seipsis contra reum deponentes, maxime si mulieres sint. c. Mulierem 15 q 5. & c. inquisitionis de accus. quoad delicta vero impedienda, aut legitime iam inchoato iudicio, ad coadiuuandas alias probationes admitti possunt, modo de delicto futuro sufficienter aliunde, quam a maleuolis & susurronibus, timendum esse constet.

TITVLVS II.

De Simonia.

SVMMARIVM.

1 *Præstationes beneficijs imponi sine simonia possunt ex Papæ priuilegio.*

2 *Simoniacis absoluendis, quando onus monendi complices imponi possit.*

3 *Simonia est, conuenire inter concurrentes, quod alter alteri defectus non opponet.*

4 *Simonia est promittere pensionem soluere, si inueniatur imposita super altero beneficio permutato.*

5 *Simoniaca iudicabitur pactio, vt resignatarius quid pro resignante soluat.*

6 *Simoniaci sunt paciscentes, vt se mutuo iuuent in lite beneficiali, & qui obtinuerit, alteri pensionem soluat.*

7 Notarius *non potest magis capere pro calamo, quam Episcopus pro ordinatione.*

8 *Simonia est, dare beneficium, vt illud sibi, vel alij reseruata pensione, resignet.*

9 *Simonia non est, dare spirituale minus principaliter ob temporale, nec contra.*

10 *Causa minus principalis, & impulsiua simoniam non inducit.*

11 *Simonia est, resignare beneficium litigiosum, vt resignatarius euicta lite pensionis constitutioni consentiat.*

12 *Resignãs beneficium sola intentione vt detur alteri in particulari, non est simoniacus, secus si intercedat pactum.*

13 *Simonia vt sit, sufficit voluntas emendi spirituale cum pacto.*

14 *Simonia est, accipere quid pro literis collationis, sicut pro collatione.*

15 R*enunciatio simoniaca realiter ipso iure est nulla.*

16 *Simoniam committit procurans alteri beneficium cum pacto, vt alter ei det aliquid.*

17 *Simonia si sit in ordine, vel beneficio, annexam habet excommunicationem, non autem si sit in pensione.*

18 *Simonia est, soluere pensionem aliquam impedienti expeditionem literarum.*

19 *Simonia conuentionalis ab vtraque parte completa, fit realis.*

20 *Simoniaca est conuentio etiamsi per eam promittens nihil perdat, nec promißario quæratur.*

21 *Collatio beneficij cum pacto, vt dimidium fructuum alteri detur, simoniaca est.*

22 *Eligentes dignum omisso digniore ad restitutionem non tenentur.*

23 *Electores conuenientes non eligere alios nisi ex seipsis, simoniam committunt.*

24 *Permutatio Beneficij ut suum detur tertio, simoniaca.*

25 *Renuncians beneficium principaliter, ut ob id ad aliud præsententur, est simoniacus secus si secundario.*

26 *Simonia non est mutuare episcopo principaliter ob amicitiam, & secundario ut sibi, vel alteri beneficiũ quærat.*

27 *Simoniaca præsentatio gratiam subsecutam annullat.*

28 *Præsentatio cum pacto, ut præsentatus præsentationẽ prosequi debeat in solidum, non est simoniaca.*

29 *Confidentia illicita in resignationibus tantum simplicibus committitur.*

30 *Confidentia ex sola partium intentione in mente retenta non inducitur.*

31 *Confidentia censetur, si resignans a resignatario pensionẽ, vel fructus capiat.*

32 *Confidentia per verba generalia iactatoria non inducitur.*

33 *Collatio beneficij in fauorem ignorantis simoniam cum tertio commissam est valida, & fructus, dum ignorat, facit suos, sed sciens tenetur beneficium dimittere.*

34 *Resignatarius nolens soluere pensionem alteri, quam resignanti reseruatam prætextu confidentiæ admissæ, ius elidit.*

35 *Renunciatio fructuum decursorum inter collitigantes non est simonia.*

36 *Confidentiã illicitam non admittit impetrans alicui beneficium, & confidens quod illud postea in sui fauorem sit renunciaturus.*

37 *Intellectus Extrauagan.* Cum primum. *Pij V. in simoniacos.*

38 *Simoniacus in beneficio quamuis excõmunicatus sit, non tamen est irregularis.*

39 *Renuncians beneficium cum spe, quod ordinarius conferet cui ipse volet, non peccat.*

40 *Beneficium absque titulo excipiens peccat, & fructus restituere tenetur.*

41 *Renunciare beneficium, ut detur alteri, non est in iure prohibitum.*

42 *Simonia est remittere debitum pro constitutione pensionis, non tamen incurritur excommunicatio.*

43 *Simonia ut completa sit, sufficit, ut conuenta in parte compleantur.*

44 *Permutatio beneficiorum, & venditio fructuum alterius simul fieri nequeunt sed diuersi tempore sic.*

45 *Simoniaca conuentio non ex utraque parte completa, non est realis.*

46 *Personatus, seu beneficia personalia, sine ecclesiastica auctoritate institui non possunt.*

47 *Conuentio inter mouentem, & alicum, quæ simoniaca, & quæ non.*

48 *Beneficium resignans cum pacto ut alter soluat pensionem, simoniam committit.*

49 *Scholaris loco* Collegij *pretio renuncians, simoniacus est, & pauperibus acceptum restituet.*

50 Resignatio cum pacto, & apocha tradita, ut resignãs percipiat fructus, dum uiueret, an simoniaca.

51 Simoniam committere censetur, qui ante ius in re dat aliquid.

52 *Mutuare alicui, ne ab incepta permutatione discedat, licet.*

53 Pensionem emens, aut vendens, non excommunicatur.

54 *Simonia mentalis non inficit actum, nec cogit restituere.*

55 *Simoniam committit tollens impedimenta, quæ iuridice ad quærendum beneficium opponi possunt.*

56 *Beneficium qui bona fide suum esse credit, licet non sit, eidem deseruiendo, distributiones lucratur.*

57 Beneficium *ante irregularitatem adeptum ipso iure non perditur.*

58 Beneficium *alteri interuentu* Simoniæ *procurans est excommunicatus.*

59 Simonia *est, dare aliquid pro dimissorijs impetrandis.*

60 Beneficium *per simoniam ignoranter commissum adeptum est renunciandum.*

61 Beneficium *ob simoniam renunciatum, renuncianti denuò conferri non potest.*

62 Canonicus *ob simoniam se ignorante admissam denuo creatus, ultimum locum occupat.*

63 Ordinatus *scienter per simoniam est irregularis.*

64 *Fructus beneficiorum male percepti, tribus modis restitui possunt.*

65 Pensionem *redimere, & obligationem eamque luendi diuersa, hoc sine auctoritate Papæ fieri potest, illud non.*

66 Litis *beneficiaria cõpositio auctoritate iudicis fieri potest.*

68 *Simonia in collatione per tertium commissa parti eam ignoranti non nocet, nisi quod illam resciens, statim renunciare debet.*

68 Degradatio *actus spiritualis, sicut promotio ad ordines, pretio istè fieri nequit.*

69 Ius *patronatus pretio conducens simoniacus, sed non excommunicatus.*

70 Vicariatum *episcopi pretio conducens, simoniam admittit, non tamen excommunicatur.*

71 Concordia *ut unus iuri suo renunciet, & alter pecunias det, iure fori simoniaca censetur.*

72 *Prælati regulares possunt ad nutum, & sine causa priuare subditos officijs.*

73 Simonia *est, pro admissione ad religionis habitum quid accipere.*

74 Simonia *an sit, episcopo dicente conferam tibi tale beneficium si mihi 20 impensa pro alendo prædecessorem tuum captum soluas.*

75 Beneficiarius *retinere beneficiũ non valet, habita scientia de simonia per mediatorem impetrati ne commissa.*

76 Valoris *dolosa expressio perniciosum mendacium, & gratiam facit surreptitiam.*

77 *Confidentiaria censetur retrocessio beneficij intra breue tempus secuta, & non alias.*

78 Simonia *sola voluntate committitur, sed pœna eius non incurritur.*

79 Beneficium *si quis resignet in manib. ordinarij, pacto præmisso, ut conferatur tali, est simonia.*

80 Simonia *non dicitur reciproca, quando non interuenit pactum, nec conuentio.*

81 Resignans *beneficium in manibus ordinarij cum spe, quod conferat alteri, pro quo rogauerit, non est* Simoniacus.

82 Simoniaca *renunciatio est ipso iure nulla, & omnia, quæ post illam sequuntur.*

83 *Mediator rogatus, ut oblata restitutione expensarum Bullarum suadeat alicui resignationem beneficij, an, & quando simoniam committat.*

84 Resignanti *pacisci non licet, ut alius beneficium aliud renunciet.*

85 Simoniæ *conuentionalis est, si resignanti promittatur quod fructus percipiet.*

86 Simoniaca *est omnis renunciatio beneficij cum pacto etiam conditionali.*

87 *Competitori digniori, si ut desistat, promittatur temporale, est simonia conuentionalis.*

88 Permutatio *pinguioris beneficii cum minus pingui cũ pacto, est simoniaca.*

Confi-

Digitized by Google

89 *Confidentialis simonia est, si compermutantes paciscantur.*

90 *Simoniæ crimen, etiamsi detur res modica, graue peccatum est.*

91 *Examinator, an promouendum in actu examinis clariorem redendo, pœnas incurrat.*

92 *Fauorem, apud alium interponens pro aliquo ad Cardinalatum promouendo, an sit simoniacus.*

93 *Simonia an sit extinguere pensionem, vt alter annua illi præstet.*

94 *Venia peccati non datur nisi correcto.*

95 *Simoniacè de beneficio, seu pensione prouisus, interim fructus facit suos.*

96 *Resignatarius pecunias pro expeditione literarum resignanti mutuans, an sit confidentiarius.*

97 *Resignatarius accepta possessione beneficij, resignanti an aliquid dare possit.*

98 *Resignans an post resignationem, & captam possessionem a resignatario, vicarius ad regimen beneficij constitui possit.*

99 *Confidentiarij promittentes resignanti retrocedere, an olim pacta seruare tenerentur.*

100 *Beneficio, post eius erectionem vacanti onus imponi potest a superiore, non tamen personæ de eo prouidendæ.*

101 *Parocus petens, aut exigens aliquid dari solitum pro benedictione nuptiarum, non est simoniacus.*

102 *Extrauagans Pij V. contra simoniacos lata inhabilitans simoniacè acquirentes beneficia, non ligat acquirentes pensionem.*

103 *Ignorantia probabilis a censuris & pœnis excusat.*

104 *Mediator simoniæ restituere tenetur fructus beneficii ex causa suæ mediationis male perceptos.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 3.

1 PRæstationes ab immemorabili tempore alicuius ecclesię Canonis in collatione beneficii, siue a Papa, siue ab ipsis Canonicis facta, solui solitæ iustè sine labe Simoniæ solui, & accipi possunt. Papa enim huiusmodi annatæ solutionem facien iam prædictis canonicis, seu capitulo eorum ad se honestè sustentandam, quoties beneficium vacauerit imponere post, arg. extrau. Suscepti. Ne Sede vacante., is cui beneficium confertur iustè sine simonię vitio conferenti, vel cuilibet alij in tituli acceptationem promittere potest, quicquid iustè post acceptationem debit: Quia expressio eius, quod tacitè intelligitur, simoniā non inducit; Glo. in c. ad audientiam 2. de rescript. & præstatio huiusmodi immemorialis iustam dandi, & accipiendi causam esse præsumitur, cap. super quibusdam. de verbor. sign.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 101.

2 QVamuis aliquando Confessarius, vel Pœnitentiarius Summus, vel Minor ei, qui simoniam admisit, & absolutionem a peccato, vel a censuris petit, iniungere possit onus mouendi eum, cum quo simoniam admisit, vt eius pœnitentiam, & restitutionem faciat quam ob id facere tenetur, nimirum quando ex circunstantijs personarum, & causarum colligitur, id absoluendo nimis graue non fore, & prodesse posse, & non obesse appareat; Id tamen regulariter faciendum non est, cum nec vlla ratio in iure Diuino, Naturali, aut humano fundata reddi possit, cur magis teneatur simoniacus admonere sui peccati consortes, & complices quàm alij, qui alia grauissima peccata committunt, & censuras grauiores, quam simoniaci incurrunt; Nec lex vlla sit, quæ hoc onus simoniacis imponit, capit. Quoniam. cap. cum essent, & capit. Nobis. de simonia.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 40.

3 DVo clerici opponere se volentes vni beneficio patrimoniali vacanti, & vnus eorum minus dignus, alteri digniori opponere volēs irregularitatem, veram quidem, sed occultam, quam probare non potest, nec in iudicium deducit, sed interuentu amicorum conuenit inter ambos, vt omnibus exceptionibus omissis se sub mittant examini, & qui iudicatur dignior, habeat beneficium, & alteri pensionem annuam cum beneplacito Sedis Apostolicæ soluat; & deinde dignior dispensationem super irregularitate, & retentione beneficij obtinet, nulla tamen facta mentione de prædicta conuentione; talis collutio propter præcedentem irregularitatem est nulla; ex Innoc. in cap. cum nostris de concess. præb. & cap clerici de cler. excom. minist. & tenetur dignior, cui collatum est beneficium ad restitutionem minus digno faciendam eo modo, quo impediens aliquem ab officio, vel beneficio consequendo tenetur: ita Na. in Man. c. 17. nu. 69. Quia minus digno fuit ius ad rem quæsitum in beneficio coram Deo, & in foro conscientiæ, & huiusmodi conuentio de non opponendo alteri exceptionem propter promissionē pecuniæ, est simoniaca ex Nau. in Man. c. 23. nu. 100. non quidē realis, quia non fuit ab vtraque parte impleta, sed conuentionalis solum, eo quod licet minus dignus adimpleuit eam non opponendo dignior tamen non adimpleuit constituendo, aut soluendo pensionem, & consequenter non fuit incursa ipso iure excommunicatio, nec irregularitatem nouam celebrando incurrit.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 51.

4 DVo volentes beneficia sua permutare, & conuenientes, quod si vllum illorum beneficiorum inueniatur aliqua pensione grauatum, is, cuius erat illud ante permutationem, pensionem illam solueret, Simoniam saltem conuentionalem committunt; quia interuenit pactum, quod est medium permutationis faciendæ, & omne tale renunciationem, collationem, & permutationem simoniacam efficit, cap quam pio. 1. q. 2. & cap. fi de pact. Quod si consecuta postea permutatione ordinarij auctoritate, nulla de præfato pacto facta mentione, appareat alterum illorum beneficiorum esse pensione grauatum, is, qui ante permutationem pensionem debebat, si pensionem, antequam impetretur facultas a Papa id faciendi, soluat, simoniam, quæ prius conuentionalis tantum fuit, (eo quod solum promissio de soluendo pensionem præcessit, quæ nondum impleta fuit, & proinde ad simoniam realem non peruenit) realem soluendo committit, cum iam ex vtraque parte impleta sit, promittendo scilicet & soluendo, ita Na. in Man. c. 23. nu. 106.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 25.

5 PActio, qua renunciatarius certam pecuniam pro renunciante beneficium soluere promittit, si in fauorem suum illud resignet, conditione impleta, simoniaca est ex vtraque parte, cap quam pio 1. q. 2. & c fin. de pact. & renunciatio talis vtpote simoniaca, nulla, & inualida est, ita Innocent. in capit. cum vniuersorum, de rerum permutat.

DECISIO VI.

Ex cons 6. alias 47.

6 DVo litigantes super beneficio, quod vterque per statuta fundationis sibi debitum esse contendit, & superuenientibus alijs litigatoribus eadem ratione sibi debitum contendentibus conuenientes inter se, vt mutuo se se contra alios iuuent, & alteruter eorum, qui obtineret, alteri constitueret certam pensionem, & vt impensæ essent communes, quæ omnia, excepta pœna pecuniaria, sub qua se ad id obligabant, beneplacito Papæ subderentur, ita quod sine illo nulla essent, & præterea, vt communibus impensis beneplacitum impetraretur: Post

quæ alter eorum altero desistente obtinet victoriam & possessionem pacificam adeptus, præfatam pensionem alteri soluere tenuit; vt tamen alter a litis litigandi, quas faciebat, cessaret, mille aureos ei dat pro impensis, & laboribus ante, & post prædictam conuentionem factis ante beneplacitum Papæ impetratum, quod postea impetrare non curauerunt, simoniam conuentionalem commisisse censendi sunt; eo quod conuentio illa quoad pœnam Papæ beneplacito subiecta non fuit; voluerunt enim, vt pœna, sub qua se obligauerunt, valeret, esto non accederet beneplacitum Papæ; Et præterea ex alio capite conuentio hæc simoniaca est, quatenus nimirum datum, & acceptum fuit adiutorium promissum ab vna parte, antequam beneplacitum Papæ impetraretur; secus si postquam præstitum fuerit; ex Nau. in Man. cap. 23 nu. 108. qui enim promittit dare centum pro beneficio sibi conferendo, si Papæ placuerit, & non alias, & soluit illa pro ipso ei collato, antequam placeat Papæ, a simonia non excusatur: Positum enim sub conditione nihil ante illius euentum operatur. cap. si proter de resc. in 6. §. omnis. Insti. de verb. oblig. Fuit autem simonia conuentionalis tantum, non autem realis, eo quod ab vtraque parte impleta non fuit: quamuis enim vnus eorum pro sua parte impleuit, alter tamen non impleuit, quia pensionem illam post beneficij consecutionem soluere noluit, & præfatus aureos dedisse censetur pro impensis, & pro vexatione iniusta redimenda, quam probabiliter timebat, quod est licitum c. dilectus 1. de simonia. vnde pœnas contra simoniacos latas non incurrunt.

DECISIO VII.
Ex conf. 7. alias 2.

7 CVm sacris canonibus a Concilio Tridentino sess. 22. cap. 1. de ref. & sess. 24. cap 14 de ref. approbatis, & innouatis, cautum sit, ne aliquid pro institutionibus, vel collationibus beneficiorum accipiatur, saltem in pios vsus non conuertendum, cap. ex multis. 1. q. 3. cap. instituatur cap. cum in ecclesiæ. & cap. Iacobus de simo. & Notarius non potest magis pro calamo, quam Episcopus pro ordinatione, & institutione, capere: cap. 1. de simon. & cap. sicut episcopum. 1. q. 2. Non potest Secretarius Cardinalis Rom. scutum vnum pro subscriptione, & Registratura Bullæ prouisionis beneficij ecclesiastici, & alterum scutum pro impressione seu appensione sigilli in supradicta Bulla, accipere dummodo nullum alium laborem in Bulla adhibeat; quicquid consuetudo talis ibi vigeat, cum talis consuetudo etiam immemorialis a Concilio Tridentino sublata sit.

DECISIO VIII.
Ex conf. 8. alias 6.

8 HAbens indultum ad conferendum beneficia cuiusdam ecclesiæ & vacante canonicatu eiusdem ecclesiæ illum suo familiari confert cum conditione, vt ipse eum daret alteri reseruata sibi pensione centum aureorum, & si maior pensio constitui posset illa reseruetur alteri, qui familiaris canonicatum prætatum acceptans illum alteri renunciat reseruata sibi pensione etiam centum aureorum cum conditione, vt reliqua maior pensio quæ imponi posset, reseruetur cui vellet ille habens indultum: simoniam non solum conuentionalem sed etiam realem committit; eo quod inter habentem indultum, & familiarem suum interuenit pactum conferendi talem canonicatum & beneficium suo familiari, & vt familiaris illum renunciaret reseruando sibi pensionem centum aureorum, & alteri quicquid amplius reseruari posset; quod pactum, cum ex parte habentis indultum fuerit in totum completum, & ex parte familiaris saltem ex parte, sufficiens est ad simoniam realem constituendum. ita Nau. in Ma. cap. 23. num. 105.

DECISIO IX.
Ex conf. 9. alias 16.

9 REnuncians beneficium principaliter, vt detur alicui idoneo, cui ipse minus principaliter concepta, quod erit ei gratus, sine qua non ei renunciaret, nullam simoniam committit: sicut neque e contra simoniacus est qui recipit beneficium ex tali renunciatione; eo quod simonia non est dare spirituale minus principaliter ob aliquod temporale: neque è contra dare, aut facere aliquid temporale minus principaliter pro spirituali: ex Nau. in Man. cap. 23 nu. 100. Neque simonia est resignare spirituale, & illud acceptare principaliter ob amicitiam, & beneuolentiam, quæ sunt bona inæstimabilia, sperando mediate & minus principaliter aliquod temporale, ex illa beneuolentia: ita S. Tho. 2. 2. q. 78. art. 2. & licitum est dare, aut facere aliquod temporale; principaliter ad alicuius amicitiam & beneuolentiam, quæ sunt bona inæstimabilia, quæ tandem sperando exinde mediate, & minus principaliter, aliquod spirituale donum factum. vt ait S. Tho vbi supra & Caiet. ibi. Fel. in ca. ad audientiam 2 de resc. & Nau in Man. cap 23. nu. 106. Qua de causa licitum est seruire Prælatis minus principaliter ob beneficia consequenda etiamsi non seruirent illis, si alias illa non sperarent. cap. constitutis. d. 74. & cap. ad nostram de elect. glo. in cap. cum esset. de simo. Sicut etiam licitum est clericis seruire Deo in ecclesijs ob spem ascendendi ad dignitates earum cap. si officia d. 59 & cap. consulere. d. 74 Neque simonia est dicere Missas, quas non dicerent; si solitæ pitantiæ eis non darentur; Neque simoniæ damnandi sunt qui principaliter surgunt ad horas propter Deum, & minus principaliter propter distributiones, etiamsi ad illas non surgerent, nisi illas lucraturos se scirent. ex S. Tho. quodli. 8. artic. 2. & Maior. 4 d. 21. q. 1.

DECISIO X.
Ex conf. 10. in vtrisque.

10 PAtronus ecclesiæ cathedralis aliquem præsentare promittens, & præsentandi cognatus rogatus a patrono, vt in gratiam prædictæ promissionis aliquam ei pecuniæ summam concedat, quam ipse dat, sed prædictus patronus antequam illum præsentat, moritur, & sic promissio nullum sortitur effectum; si postea præsentandus a suo cognato rogatus dictam summam ei soluat, ne cognatus damnum sentiret; quamuis in hoc euentu prædictus patronus, & cognatus præsentandi simoniam conuentionalem ex vna tantum parte completam commiserint; ipse tamen præsentandus nullam exinde simoniæ labem incurrit, ex eo quod soluit cognato pecuniam, quam contemplatione ipsius ipso præsentando ignorante, patrono cognatus prius dedit, ne a promissione Episcopatus retrocederet; quia non soluit pecuniã ab ipso datam eo fine, vt simoniam a cognato, & patrono commissam approbaret, sed longè alio, videlicet ne cognatus iacturam aliquam in pecunia amicè eius causa insumpta patiatur, intendendo pro fine principali amicitiam, & gratitudinem quam amor ille merebatur, quo cognatus ad illam pecuniam ipsius causa dandam mouebatur, licet illa datio sibi displiceret, & eam damnaret, quæ datio facta a cognato solum causa impulsiua, cur dictus præsentandus pecuniam hanc cognato suo soluit, non autem finalis, & principalis censeri debet; causa vero talis impulsiua simoniam non inducit: vt ait Nau. in Man. cap. 23. num. 100. præsertim cum præsentandus iste, simoniam illam inter cognatum & patronum ante commissam ignoraret, donec is, cui facta fuit promissio, mortuus fuerit, nihilque ex huius pecuniæ solutione assequi sperat.

DECISIO XI.
Ex conf. 11. alias 35.

11 REsignans beneficium litigiosum sub conuentione, vt resignatarius euicta lite constitutioni pensionis consentiat, subsecuta victoria, & pensione soluta, simoniam realem committit, ob quam ipso iure censuræ, & aliæ pœnæ incurruntur: cap de simoniace, & cap de regularib. de simo. & Na. in Ma. c. 23. nu. 100. & 111 & resignatarius beneficio renunciare tenetur, nec fructus adeptus sine noua prouisione retinere potest.

Digitized by Google

DECISIO XII.

12 Resignans beneficium in manibus ordinarij absque pacto, sed ex intentione ad effectum vt detur, & conferatur alteri in particulari, & ordinarius acceptata resignatione confert illi beneficium, non est simoniacus habendus, ita Nau. in Man. c. 23 nu. 103. & 107. secus autem si interuenit conuentio aut pactum, aut si procurator eius habet mandatum speciale ad sic paciscendum; tunc enim simoniam committit, & censuris iam inde à resignatione ligatur arg. cap. qui per alium. de reg. iur. in 6. & c. mulieres, de sent. excom. Nec prodest scientia ordinarij, quamuis esset Cardinalis; quia nullus inferior Papa auctoritate sua efficere potest, vt huiusmodi conuentio non sit simoniaca.

DECISIO XIII.

Ex conf. 12. alias 5.

13 Conferens alicui petenti beneficium & indubiè credens se debere eidem centum aureos, quos etiam petens certo credit sibi deberi, si ambo inter se conueniat, vt petens collatori beneficium debitum remittat, & remissione facta collator ei beneficium confert; quamuis postea vterque constet collatorem nihil debuisse, simoniam tamen conuentionalem committunt, eo quod interuenit traditio rei spiritualis facta mediante aliqua conuentione, aut conditione, quæ tacite non inest; quam pro r q 2. & c fin. de pact. Ad simoniam autem sufficit voluntas studiosa emendi, vendendi, aut quærendi aliquid spirituale per contractum non gratuitum, ex Gloss in summa. r. quæst r. qualem in hoc euentu interuenisse constat.

DECISIO XIV.

Ex consil 13. alias 1.

14 Cum simonia non solum committatur aliquid pro traditione rei spiritualis accipiendo, sed etiam recipiendo aliquid pro eo, quod sit rei spirituali annexum: ex Nau in Man. c. 23. nu. 100 Episcopus pro expeditione literarum collationis beneficij tertiam partem fructuum illius accipiens, simoniam committit, quacunque consuetudine aut consuetudine, quæ per Concilium Tridentinum sess. 24. c. 14. de ref. sublata est, non obstante.

DECISIO XV.

Ex consil. 14. alias 36.

15 Renunciatio beneficij simoniaca realiter ipso iure est nulla, vt colligitur ex Extrauag. de simon. neque per talem renunciationem transferri censetur ius in eum, in cuius fauorem facta fit: neque etiam vacat in præiudicium ipsius renunciantis: Innoc. in c. cum vniuersorum. de rer. per. mut. partes tamen principales in Censuras iuris incidere indicantur. Extra. 2. de simon.

DECISIO XVI.
Ex consil. 15. alias 70.

16 Beneficium ecclesiasticum alicui inhabili, & indigno conferri procurans, adiecto inter eos pacto, vt is, cui beneficium collatum fit, illud postea renunciare, simulque nepoti procurantis beneficium restituere teneatur, simoniam vtrique tam procurans, quam conferens committit; & collatio beneficij huiusmodi indigno facta non valet, nec illius iure beneficio acquiritur, l. Illud. ff ad l. Aquil. collatio tamen beneficij ex parte recipientis simoniaca non est, cum is, cui beneficium collatum sit, pactum inter conferentem & procurantem initum ignorauerit; & simonia aliena non nocet eam ignoranti nisi quoad hoc, vt beneficium, cum primum eam resciuerit, renunciare teneatur. r q. 4. c. tam itaque & c. ex insinuatione. & c. nobis, & c. de simoniacè. de simon. Beneficium vero conferens, & procurans tali indigno dari, non solum peccant, ex c. Grau. de præb. & c. perpetuo de electio in 6. sed etiam ad restitutionem fructuum male perceptorum, & male impensorum ab illo indigno, & inhabili tenentur, si beneficium recipiens illos non restituat; quia omnis, qui est causa alicuius damni, sine qua illud non daretur, illud dare videtur, & saltem damnum non restitutore principali auctore, restituere tenetur e fi de iniur. S. Tho. 2. 2. q. 62 art. 7. & Nau. in Man. c. 11. num. 25. & cap. 17. nu. 17.

DECISIO XVII.

Ex consil. 16. alias 66.

17 Pensionarius habens facultatem transferendi pensionem, quam habet super beneficio a Papa constitutam, & volens vt tenens illud beneficium illam redimat, transfert eam in quendam suum familiarem, ad id dolo malo inductus, eo pacto, vt ipse postea pretium redemptionis capiat, & illud primo pensionario tribuat. prius tamen facta iussione præfato familiari, vt interrogaret viros in ea re doctissimos, an id absque simoniæ vitio fieri possit, aut cõfidentiæ per Pium IV. Extra Roman 1564 & Pium V. Extra. Intolerabilis. edit. 1569. damnæ ę vt habetur ex Nau. in Manc. 23 nu 109. & responso ab eodem familiari reddito se viros in ea repertissimos consuluisse, qui responderunt id esse licitum: nec peccat in huiusmodi translatione, quia credit bona fide id sibi licere, & consulens sufficienter peritos, qui hoc licitum esse affirmant, excusatur a peccato etiamsi id quod fit, non sit ipsum fit lege humana prohibitum; c. Capellanus. de ferijs gl & Panor ib Innoc in c per tuas 2 de simo. Anto. 1. p. tit. 3. c. 10. col. 6 & Nau. in Man c. 27. num. 284. & 288. Neque simoniam vllam committit, quæ excommunicationem, aut aliam censuram ipso iure inducit, cum simonia, quæ excommunicationem ipso iure incurrendam inducit, Extra 2. de simon. solum de simonia in beneficio, & ordine commissa intelligitur, non autem super alijs rebus spiritualib. vel eis annexis: ex Caieta verb excommunicatio c. 72. & Na. in Mau. c. 27 nu. 166 & proinde pensionarios non ligat, cum pensio non sit beneficium nec appellatione beneficij veniat, c. quam uis. de præben in 6 Cardin. in clem. r. de f. p. n. g. p. æl. Hőst. in c. postolasti. der. scrip. Gigat. de pension. q. 1. & 38. Sed neque transferens pensionem per confidentiam in alium, confidentiam per Bullas prædictorum Pij IV. & Pij V. damnatam incurrit: Quia illæ solum simoniam circa beneficia commissam damnant, vt sic corruptela fiduciariæ, siue confidentiæ mancipationis beneficiorum tolleretur. Et itaque pensio res temporalis sit, arguere non licet a confidentia rei spiritualis, quale est beneficium, cap. Dilecto, de præben. ad pensionem, quæ est res temporalis, cũm à diuersis, & separatis non fiat illatio. c. ad audientiam, de decim. & l. Papinianus. ff. de minori.

DECISIO XVIII.

Ex consil. 17. alias 55.

18 Prouisus a Papa, & impeditus ad instantiam pensionarij, qui habet pensionem antiquam super beneficio impetratam expedire Bullas, antequam soluat pensiones decursas eas sine simonia soluere non potest, vt expeditis Bullis possessionem capiat; Quia cum possessio beneficij fit res spiritualis, vel spirituali annexa, & simonia committitur dando aliquid temporale ad rem spiritualem, vel spirituali annexam acquirendam; Gl. in summa, r. q r. & cap. 1. de iurepatr. Quamuis liceat beneficiario dare aliquid temporale molestanti de facto pro iure spiritualis iam quæsito, & possessio consequendo: c. dilectus r de simon. gl. in c decimas. 16 q 7. in verbo decimas. aliquid tamen temporale pro iure spirituali quærendo, aut pro quæsito, sed nondum possesso, consequendo, dare non licet. ex Glo. & Pan. in d. c. dilectus num. 4.

DECISIO XIX.
Ex conf. 31. alias 82.

19 Habens beneficium per renunciationem infectam confidentia ante bullam Pij Quarti, contra confidentias in beneficijs editam & relinquens illud ante editam Pij V Bullam etiam Simonia conuentionali infectum, Si fructus promissos renuncianti soluat, Simoniam realem

lem ex vtraque parte completam committit, vt ait Nau. in Man.c 23 nu 101. vnde cum titulo beneficij, quem per talem renunciationem simoniacam habuit, fit nullus, ad restitutionem fructuum male perceptorum pauperibus, vel operibus pijs tenetur. Quod si aliquod aliud beneficium ante simoniam præfatam obtinuerit, illud in foro conscientiæ retinere poterit, non autem si postea fuerit obtentum.

DECISIO XX.

Ex consil. 19. de est in Nouis.

20 Resignans beneficium in fauorem alterius, & præter duas pactiones illicitas, & simoniacas, adiicit tertiam, scilicet vt is in cuius fauorem resignat, teneatur soluere pensionem etiam litteris non expeditis, si obtenta sit absolutio super duab. pactionibus prioribus, tacita tertia, tertia hæc simoniaca erit, & gratiam annullat etiamsi per talem pactionem promittens nihil perdat, nec aliquid promissario acquiratur, & tot excommunicationes incurrit, quot pacta simoniaca fuerunt, & ideo tot necessariæ sunt absolutiones quot erant excommunicationes, vel vna quæ tribus correspondeat. ca. ex parte. de offic. ordin.

DECISIO XXI.

Ex conf. 20. alias 4.

21 Episcopus beneficium simplex conferens vni cum pacto, & conditione, vt dimidium fructuum det alteri, & alter collationem hanc cũ prædicto pacto & conditione acceptat, & capta possessione dimidium fructuum alteri, vterque Simoniam realem committit; Cum omne pactum, modus, & conditio (quæ iure non inest) collationi beneficij adiecta eam simoniacam efficit. c. quam Pio 1 q 2. & ca fin. de pact. glos. in c. dudum de præb in 6 quæ & realis erit, si ab vtraque parte completa sit, & proinde censuras inducit.

DECISIO XXII.

Ex conf. 21. alias 8.

22 Electores beneficij curam animarum habentis digniorem eligere tenentur, c. licet 8 q 1 c. vnum. 5. nunc autem d 26 & S. Thom. 2. 2. q 63 art 3 ad tertium. Quod si absque causa rationabili minus dignum eligant, mortaliter peccant in acceptione personarum, valet tamen electio, dummodo dignus eligatur, & si dignum eligant omisso digniore ad restitutionem non tenentur; secus tamen si indignum eligant, & exinde aliquod malum secutum fuerit; in quo casu restitutio facienda est ecclesiæ læsæ, non autem digniori præter misso. ex Nauar. in Man cap 17. num. 72 & 73.

DECISIO XXIII.

23 Electores beneficiorum parochialium inter se conuenientes, vt in vacationibus occurrentibus ita eligant de seipsis, vt pro nullo alio suffragia ferant, donec ipsi omnes curati fiant, simoniam mentalem, & conuentionalem tantum committunt, dummodo completa non fuerit; Nam si ab vtraque parte completa fuerit, simonia realis erit, vt ait Nau. in Man. c. 23 num 100. & in excommunicationem incidunt; Extrau. 2. de simo. & si ante absolutionem a Papa obtentam Missam celebrent, irregulares efficiuntur. c. 1. & c. si celeb. de cleric. exc. min.

DECISIO XXIV.

Ex conf. 22. alias 43.

24 Renuncians beneficium alicui secundo cum pacto, vt secundus ille efficeret, vt tertius quidam renunciaret aliud beneficium in fauorem ipsius primi renunciantis, simoniam conuentionalem committunt; ca quam pio 1. q 2. & ca fi de pact. Quod si alter compleat, quod promisit, procurando vt tertius in fauorem primi renunciantis renunciat, & primus renuncians præstat etiam quod promisit renunciando beneficium suum in fauorem illius secundi, prædicta simonia conuentionalis, facta est realis, ex vtraque parte completa, & omnes tres in censuras incidunt, Extra. 2. de sim & tales renunciationes vtpote simoniacæ, nullæ & irritæ sunt.

DECISIO XXV.

Ex conf. 23. alias 14.

25 Renuncians beneficium simplex principaliter alicui habenti ius præsentandi ad dignitatem vacantem, vt exinde ad eam dignitatem præsentetur, si patronus eum propter dictam renunciationem præsentet, illam vt pretium renunciationis accipiẽdo, simoniam realem ex vtraque parte completam committunt; cum omne huiusmodi pactum etiamsi nihil temporale detur, vel accipiatur, simoniacum sit. c. quam pio. 1. q 2. c. cum pridem. & c. fi. de pact. & Nau. in Man. c 23. nu. 103. & consequenter excommunicationem incurrunt: vnde & præsentatio sibi a patrono, & institutio ob eam ab Episcopo factæ inualidæ, & nullæ sunt, nec fructus faciunt suos: secus autem si renunciatio, & præsentatio illa mutua factæ erant secundario, & vt causa impulsiua tantum: tunc enim nullam in foro conscientiæ simoniam committunt; ex S. Thom 2 2. q 100. art. 3 Caiet. ibid. Adr. quodl 9 ar. 2 Quamuis in foro exteriori iuste simoniam commisisse præsumi possint.

DECISIO XXVI.

26 Qui mutuant Episcopo notabilem summam pecuniæ principaliter & immediate, vt ei benefaciat & ad ineundam amicitiam, sperans tamen secundario vt sibi, vel alij beneficium conferat, simoniam non committit eo quod non mutuat pro pretio, vel causa principali, & immediata quærendi aliquid spirituale. ita S. Thom. Caie. & Adr. vbi sup. & gl. in c. cum esset de simon.

DECISIO XXVII.

Ex conf. 24. alias 13.

27 Renuncians, resignatarius, & præsentator alicuius ecclesiæ parochialis inter se conuenientes, vt resignatarius a patrono ad dictam ecclesiam præsentetur, & renuncianti pro pensione centum aureos soluat; Si renuncians dictam ecclesiam in manibus ordinarij renunciat, & illa præfato resignatario conferatur cum mandato ad consentiendum prædictæ pensioni, quod tamen Papa non vult admittere, & ideo eam non soluit, tria pacta simoniaca committunt arg c Quam pio. 1 q 2 & c fi. de pactis, & dictus resignatarius titulum canonicum illius ecclesiæ non habet, cum eius præsentatio simoniaca fuerit.

DECISIO XXVIII.

Ex conf. 25. alias 12.

28 Præsentatio facta alicui beneficium litigiosum cum pacto, quod nisi præsentatus intra tempus a iure prosequatur suam præsentationem in solidum, præsentans contrauenire possit præsentationi, & ea agere, quæ forent opportuna, & necessaria nõ est simoniaca, cum per talem conditionem, & clausulam appositam solum intelligitur potestas reseruari faciendi ea, quæ iure communi præsentans, non prosequente præsentationem præsentato, facere poteit: Siue enim præsentatus ob mortem, nimiteret causam prosequi, vel quia renunciaret iuri suo, vel quia ob hæresim, vel aliud crimen iure suo priuaretur, vere & proprie dicetur non prosequi eam, in quibus omnibus casibus iure communi licitum est præsentanti alterum præsentare. cap. licet 2. de præbend. in 6. & cap. si electio de elect. in 6.

DECISIO XXIX.

Ex conf. 26. alias 77.

29 Permutatione beneficiorum inter duos iuridice facta; si alter recepta possessione beneficij per permutationem quæsiti, fructus etiam ant qui beneficij collati compermutanti non dum possessionem adepto accipiat in pœnas Bullarum Pij IV. & Pij V de confidentia non incurrit, cum Bullæ illæ solum confidentias illicitas, & simoniacas includant, vt ait Nau. in Manu. capit. 23 numer. 101 & 110.

Hæc

Hæc vero permutatio iudicē facta est: Sed & Bulla Pij V. solum de resignationibus beneficiorum, quæ simpliciter in fauorem aliquorum fiunt, & non de illis, quæ per permutationes iuridicas fiunt, intelligitur.

DECISIO XXX.
Ex conf. 27. alias 79.

30 Habens beneficium sufficiens, & capellaniam ex resignatione accipiens cum intentione illam renunciandi ad nu um resignantis, pœnas Bullarum Pij IV. extrau. Rom. conft. 109. & Pij V. extrauag. Intolerabilis conft 87. contra confidentias illicitas, & fimoniacas publicat irum, non incurrit; Eo quod hic nulla conuentio, aut pactum illicitum interuenit, sed sola intentio vnius partis, vel ambarum, quæ fimoniam non inducit; ex Nauar. in Man cap. 23 num 109. Quamuis beneficium sufficiens post Concilium Tridentinū sess. 24. cap. 17. de ref. adeptum, cum tali Capellania incompatibile sit; secus vero si beneficium illud ante dictum Concilium acceptum sit, tunc enim illu i tuta conscientia obtinens retinere potest ita Nauar. in Man. cap. 25. nu. 125.

DECISIO XXXI.
Ex conf. 28. de est in Nouis.

31 Renuncians Canonicatum in fauorem alicuius simpliciter, nulla sibi reseruata penfione, habito tamen antea ab illo, in cuius fauorem renunciat, mandato de consentiendo sibi circa reseruationem penfionis centum aureorum super fructibus dicti Canonicatus, quo tamē mandato ad euitandas impensas vti noluit; Non potest tuta conscientia resignatarius obligare se donare quotannis sexaginta aureos resignanti in signum gratitudinis, obstante quoad hoc Bulla Pij V Extra. Intolerabilis cir. & Nau in Man c 23 num. 110. Habet enim Bulla expresse renunciantem aliquod beneficium ecclesiasticum in fauorem alicuius, & postea recipientem a resignatorio penfionem aliquam vel aliquos fructus sibi, vel cognatis suis vel cuicunque alteri confidentiam, & pœnas contentas in Extra. 2 de fimon incurrere: & talis collatio canonicatus prædicti tanquam fimoniaca nulla, & irrita censebitur.

DECISIO XXXII.
Ex conf. 29. alias 81.

32 Impetrans a Papa beneficium suo familiari, & signata supplicatione per Papam, sollicitatori suo iubet, ne curet literas expedire; si dictus familiaris hoc intelligens præsat 1 im pettanti dicat, se cum omnibus quæ habet, & etiam dictum beneficium eius obsequio, & voluntati esse paratum, & huiusmodi dictis impotrans beneficium respondet, se esse contentum, vt ipse literas expediat, & possessionem capiat; expeditis literis, & capta possessione, familiaris iste pœnas con fidentiæ in Bullis Pij IV & Pij V. contentas non incurrit; Quia licet interuenit promissio specialis de disponendo de beneficio tali ad libitum impetrantis illud, talis tamen promissio a familiari facta fuit generalis ad complacentiam, nihil certum, aut obligatorium impetranti promittens, sed solum per verba generalia, & iactatoria ad alterius complacentiam. ex quibus verbis non nascuur aliqua obligatio, c. cum venissent. de instit confidentia vero per verba generalia iactatorie non inducitur; sed præterea antequam illa promissio, vel oblatio iactatoria facta fuerit, dicto familiari per solam collationem signaturæ a Papa factum, ius in beneficio acquisitum fuit. cap pen. & c. si tibi absenti. de concef. præb. in 6.

DECISIO XXXIII.
Ex conf. 30. alias 73.

33 Collatio beneficij per fimoniam inter alios initam facta ignoranti, ipso iure valida est, & fructus ius dum fimoniam ignoret, facit suos; vnde neque ipse, neque hæredes eius ad eorum restitutionem tenentur; quam primum au tem illam commissam fuisse cognouerit, beneficium illud renunciare, & fructus postea perceptos restituere tenetur 1. q 1. cap. iam itaque, & cap turbatur. § non itaque. & c. ex insinuatione, & c. nobis, & c. de simoniace. de fimon.

DECISIO XXXIV.
Ex conf. 31. alias 58.

34 Resignans Canonicum in manibus Papæ in fauorem alterius, cum reseruatione certæ penfionis in fauorem tertij post Bullas expeditas is, in cuius fauorem canonicatus resignatur, hæredibus tertij, in cuius fauorem reseruata fuit penfio penfiones postea decursas, & non solutas, petentibus illis soluere, vel canonicatum, super quo penfio illa constituta fuit relinquere debet: Cum enim in constitutione dictæ penfionis nulla confidentia interuenerit, valida fuit illa penfionis constitutio; Sin vero resignatarius penfionis nullitatem causet, quia in renunciatione interuenerit cō fidentia fimoniaca constitutionem penfionis annullans, a fortiori interuenit confidentia annullans renunciationem, ob quam penfio constituta fuit, vt proinde resignatarius canonicatum relinquere teneatur; quia in Bullis Pij IV. Extrau. Romanum, edita anno 1564. & Pij V. Extrau intolerabilis edita anno 1569 magis vetatur renunciatio fiduciaria, quam penfio ob eam constituta ita Nau. in Man. c. 23. nu. 110.

DECISIO XXXV.
Ex conf 23. de est in Nouis.

35 Renunciatio fructuum decursorum inter collitigatores non est fimonia ca, nisi inter eos pactum aliquod super re spirituali de relinquendo, vel illam tradendo, interuenerit.

DECISIO XXXVI.
Ex conf. 33. alias 80.

36 Impetrans beneficium pro fratre suo & literis expeditis fratrem de tali beneficio pro eo impetrato certiorem faciens & simul significans se dictum beneficium impetrasse pro eo, ea spe, quod ipse postquam sustentationem sibi sufficientem adeptus esset, illud in sui fauorem resigna quam postea frater resignauit in eius fauorem, nullam in tali impetratione, vel accepta, aut facta resignatione illicitam, aut fimoniacam confidentiam admittit; ex Nau. in Man. cap 23. num. 109 Quandoquidem nullum ibi pactum, aut conuentio interuenit ante impetrationem, aut literarum expeditionem inter ipsum, & fratrem suum; Nec vlla ratione illicitum est sperare aliquod beneficium ecclesiasticum a Prælato, vel ecclesia, vel patrono cui seruit ad habendum illud dū. modo cessent pacta, & obligationes ciuiles additæ obligationi naturali, & antidorali, qua beneficiarius pro bono accepto tenetur, cap. si officia d. 59 & c. quid prodcrit d. 61.

DECISIO XXXVII.
Ex conf. 34. alias 92.

37 Committens fimoniam in beneficio, stante Bulla Pij V. contra fimoniacos lata extrau Cum primum. edita Anno. 1566. ipso iure non fit inhabilis ad illud, & quodcunque aliud adipiscendum, & iam adeptum cum præfata Extrauagans ita intelligenda sit, vt locum non habeat in foro conscientiæ ante sententiam, pœna vero antequam infligitur in scientiam non ligat, ex S Thom 2. 2. q. 62 art 3. maxime cum pœnæ tetti ingendæ sint; cap Pœnæ de pan d. 1. Et qua in dubio pœnæ per verba futuri temporis (quales sunt pœnæ præfatæ extrauagantis) non censentur ipso iure impositæ. ar gl. in r. in pœnis de reg. iur. in 6. Neq; prædicta constitutio quoad hunc effectum vsu videtur recepta; cum tamen a multis circa beneficia fimonia committatur; lex autem quæ non est vsu recepta in conscientia non ligat. cap. non ligas §. leges d 4. & Nauar. in Man. c. 23 nu 62.

DECISIO XXXVIII.
Ex conf. 35. alias 91.

38 Cum irregularitas non incurratur nisi in casibus a iure expressis, cap. is qui de senten. excommunic in 6. simoniacus in beneficio, quamuis ipso iure excommunicatus sit & consequenter durante excommunicatione a beneficia consequenda inhabilis sit, sicut quilibet alius excommunicatus

Digitized by Google

municatus; non est tamen irregularis, cum nullibi exprimatur fieri irregularem quempiam ipso iure ob simoniam in beneficio commissam. ex Nau. in Man. c. 23. nu. 111.

DECISIO XXXIX.
Ex consil. 36. alias 15.

39 RENuncians beneficium in manibus Ordinarij pure, simpliciter, & liberè, concepta tamen spe, quod ille conferet illud, cui ipse volet, vel quod patronus præsentabit ad illud quem ipse voluerit, nullo pacto, aut modo, aut conditione super hoc expressis; nec peccat, nec in pœnas contra renunciantes cum cōfidentia per Pium V impositas Extrau. cum primum edi. an. 1566. incidit; cum Extrauagans illa de sola confidentia illicita, de qua Pius IV. locutus est, intelligatur. Non est autem illicitum concipere aliquam spem gratiæ alicuius referendæ sibi a beneficiario, quem quis eligit, aut præsentat, aut cupit, vt per suam renunciationem ei conferatur.

DECISIO XL.
Ex cons. 37. deest in Nouis.

40 CVm patronus non habeat potestatem dandi, vel conferendi beneficia, sed solum præsentandi ad illa, vt patet ex 1 ot. tit. de iure patron. qui ex solis literis patentibus Patroni beneficij beneficium etiam simplex accipit, & possidet absque titolo Apostolico, aut Ordinarij, peccat, & omnes fructus inde male perceptos restituere tenetur. arg c. 1. de reg. iur. in 6.

DECISIO XLI.
Ex cons. 38. alias 17.

41 REnuncians beneficium cum intentione, vt alteri detur, dummodo non interueniat pactum, vel conuentio, aut modus expressus dandi, vel recipiendi simoniam non cōmittit, c. ordinationes, & gl. 1. q 1. & Ant. 2. p tit. 1. c. 5. § 11, nec in Extrauagantem Pij V. de confidentia incidit. quæ intelligenda est de intentione tacitè, vel expresse in conuentionem deducta, præsertim cum vix vllus sit, qui sponte beneficium suum renunciat, qui non habeat intentionem tacitam vel expressam, principalem, vel minus principalem, vt alicui conferatur; & vt plurimum qui renunciat beneficium sola intentione, vt detur alicui principaliter renunciat ob aliquid aliud, quam vt illi conferatur. ita Nau. in Man. cap. 23. num. 100. 107. & 110

DECISIO XLII.
Ex cons. 39. alias 59.

42 CReditor remittens debitum aliquod v. g. centum aureorum cum pacto, vt debitor consentiat reseruationi pensionis centum aureorum super canonicatu suo, in fauorem filij, aut nepotis dicti creditoris, simoniam committit: quia licet pensio beneficialis, res spiritualis non sit, Pan. & Fel. in c. ad audientiam 2 de rescrip. rei tamen spirituali, nimirum beneficio est annexa: vnde sicut emptio rei spiritualis simoniaca est; ita etiam emptio rei annexæ spirituali, qualis in proposito interuenire censetur cum nomine emptionis, & venditionis in materia simoniæ veniat omnis contractus non gratuitus ex S Thom. 2 2. q. 100 art. 1. & Nau. in Man. cap 23. num 100. Maximè cum pensio nec iustè emi, nec redimi possit absque Apostolica auctoritate Non tamen excommunicatio ob dictam simoniam incurritur. cum tura. Extra. 2. de sim. & Pius V. Extra. Cum primum. constit. 5. solum simoniacos in ordine, & beneficio excommunicent, simonia vero in pensione constitutione si commissa, non est super beneficio. ex Nau in Man. cap. 23 nu. 111.

DECISIO XLIII.
Ex cons. 40. alias 34.

43 DVo conueniente vt alter beneficium curatum renunciet, vt conferatur alteri habenti duo beneficia simplicia, & ille ea renunciat cum pacto, vt ordinarius ea conferret nepoti renunciantis suum curatum, & vterque renunciat simoniam realem committunt, & in excommunicationem incidunt, & renunciationes nullæ, & irritæ censendæ sunt ex Nau. in Man c. 23. nu 100.

DECISIO XLIV.
Ex cons. 41. alias 49.

44 PErmutatio beneficiorum cum pacto, vt alter emat fructus beneficij alterius, illicita est, si eodem tempore, permutatio & emptio fructuum fiant; secus autem si diuerso fiant tempore, ita vt prius fiat permutatio beneficiorum auctoritate Papæ, & postea venditio fructuum auctoritate propria, cauendo tamen, tam coram Deo, quam coram hominibus, ne vllus eorum ante permutationem alteri promittat, se empturum, vel venditurum fructus, si permutatio fiat, & alias non; sed vt vterque liber maneat ad emendum, vel vendendum post factam permutationem: Potest tamen interuenire decentia antidoralis, & spes quod inter illos emptio & venditio illa fructuum consequenter ex Nau. in Man. c. 23 num. 100. ver. 5.

DECISIO XLV.
Ex cons 42. alias 39.

45 VAcante beneficio simplici quod duo impetrare desiderant, & ne alter alteri sit impedimento, pactum ineunt, quod alter eorum, qui impetraret, aliquam pensionem det alteri qui non posset impetrare. si postea vnus eorum illud obtineat, & dictam pensionem non soluat simoniam saltem realem non committit; eo quod conuentio ab vtraque parte non sit completa, ex Nauar. in Man c. 23 nu. 106.

DECISIO XLVI.
Ex cons. 4. (alias 11.) de iure patron.
43. 8.

46 BEneficia, quæ in aliqua Prouincia reperiuntur a iure cōmuni, & ab alijs beneficijs, quæ communiter instituuntur, omnino discrepantia, & aliena & quæ personatus & beneficia personalia vulgo appellantur, sine auctoritate ecclesiastica constitui non possunt; c. Ad hæc de relig domib. & in illis, sicut in alijs beneficijs permutandis, simonia committi potest.

DECISIO XLVII.
Ex cons. 45. alias 57.

47 CLericus monens aulicum, vel familiarem Papæ, & cum ipso conuenit quod alter beneficium vacans impetret, & alter promittit se consensurum pensioni a Papa pro ipso aulico imponendæ; simoniam committit; quia intercedit promissio de faciendo aliquid temporale, pro re spirituali habenda, quæ illicita, & simoniaca est; Glos. in summa 1. q. 1. & Nau. in Man. c 23. nu. 100 secus vero si aulicum vel familiarem roget. vt illud sibi impetret non facta promissione de consentiendo pensioni, licet post impetrationem liberè illi consentiat.

DECISIO XLVIII.
Ex cons. 46. alias 37.

48 ECclesiam in fauorem alterius resignans cum pacto vt alter consentiat pensioni super ea imponendæ, & soluat expensas in expeditione Bullarum dictæ pensionis faciendas, simoniam committit.

DECISIO XLIX.
Ex cons 47. alias 89.

49 SCholaris pecuniam pro loco Collegij renunciando accipiens simoniam committit; eo quod loca, seu sodalitia hæc pro pauperibus scholasticis instituta licet non sint spiritualia, sunt tamen eis annexa, sicut & ius patronatus ecclesiasticum; cap. quanto. de iudic cap. secundum de iure patronat. excommunicationem tamen in iure extrau. 2. de simon. latam non incurrit; cum hæc solum contra simoniacos in ordine & beneficio ecclesiastico lata sit; sodalitia vero dicta, ecclesiastica beneficia non sunt. Vnde sicut emens ius patronatus quamuis simoniam committat, excommunicationem tamen non incurrit ita nec loca illa ementes, aut vendentes excommunicantur; accepta autem pecunia pauperibus, vel donanti restituenda est, ex Nau. in Man. cap. 17. num. 30.

DE-

Digitized by Google

DECISIO L.

Ex conf.48.alias 33.

50 REnuncians Capellaniam in manibus Papæ, in fauorem alterius cum pacto, & chirographo resignanti tradito, de relinquendo resignanti omnes fructus ad vitam suam; si aduertens pactionem hanc illicitam, & simoniacam esse,& rupto chirographo,postea gratis resignent. resignatarius, sine simoniæ vitio literas expedire, & capellaniam possidere potest.

DECISIO LI.

Ex consil.49.alias 27.

51 REnuncians beneficium in fauorem alterius in manibus Papæ reseruata pensione, si post supplicationem signatam, & præstitum consensum, ante adeptam possessionem conueniant partes de aliqua reseruatione ex beneplacito Papæ, quæ antequam beneplacitum Papæ accederet exequuta fuerunt,& capta etiam possessio,simoniam realem committunt,quia conuentiones illæ ante possessionem adeptam factæ erant: Non licet autem verum, & bonum ius in beneficio habenti,& carenti eius possessione,quærere illam per dationes,& remissiones rerum temporalium. Pan.in cap.dilectus de simon. & Nau.in Man.cap 23.nu.101. Nec reseruatio huiusmodi beneplaciti Papæ,antequam impetretur conuentionem a simonia excusat.

DECISIO LII.

Ex conf.50.51.alias 22.23.

52 DVo inter se conuenientes de permutatione suorum beneficiorum in manibus Papæ facienda. si antequam signetur supplicatio, vnus eorum alteri pecunias mutuat,partim ob amicitiam inter eos iam diu contractam, partim vt ostendat se gratum ei, qui beneficium secum permutare velit,& partim etiam ne alter a proposito permutandi cum illo discedat, nullam simoniam committunt; cum hæc non committatur nisi per emptionem, aut venditionem rei spiritualis,aut ei annexæ, vt placet S.Thom.2.2.q.100 art.1. nec sine pacto,aut conuentione, saltem in foro exteriori. ca. Tua. de simon. Mutuare vero alteri ad amicitiam eius consequendam,ex qua beneficium aliquod ei prouenit,licitum est,ex S.Thom.2 2 q 78 art.2.& Nauar.in Man.c 17.num. 209.dummodo nullum pactum,aut conuentio interueniat.

DECISIO LIII.

Ex conf.52.alias 60.

53 ROgans alterum vt consentiat constitutioni pensionis super beneficio suo soluendæ cuidam tertio, ad finem vt tertius ille renunciet alteri beneficio in fauorem ipsius rogantis, qui rogans illi secundo per publicum instrumentum promittit,quod ipse soluet pensionem, & eum seruabit indemnem, simoniam saltem conuentionalem committit;& si pensionem aliquam in futurum ratione præfatæ promissionis soluat simonia realis erit. ab vtraque parte completa,& excommunicationem contra simoniacos in beneficio a iure latam incurrit extrauag. 2.de simonia Quamuis enim emptio, vel venditio pensionis huiusmodi excommunicationem vllam ipso iure non inducit,quæ sola contra simoniacos in beneficio, & ordine lata est,& pensio proprie beneficium Ecclesiasticum non est, sed ius ei annexum; quando tamen pensio, vel pensionis constitutio emitur, aut venditur,tanquam gradus seu medium,& ad finem beneficium aliquod spirituale acquirendi, vt in proposito contingit,censetur simonia facta super beneficio; vnde consequenter excommunicationem inducit ipso iure,si prędictam pensionem soluat,& talis prouisio nulla,& inualida est: ita Nauar.in Man. c.23.nu.106.

DECISIO LIV.

Ex conf. 53. alias 24.

54 HAbens nullum beneficium ecclesiasticum,& rogans habentem plura, vt renunciet vnum simpliciter in manibus Papæ, in fauorem suum, nullo alio inter eos inito pacto de danda,vel accipienda vlla remuneratione: si vnus renunciat cum spe mentali recipiendi aliquam remunerationem, & alter voluntatem habeat tantum faciendi eam, & ita expeditis literis,acceptaque possessione,resignatarius aliquam remunerationem det,& resignans eam recipiat, nullam simoniam. quæ eos ad relinquendum beneficium, vel ad aliquam restitutionem faciendam obligat,incurrũt: Quia nullum ibi pactum tacitum de dandæ, vel accipienda remuneratione interuenit:cap.fin. de simonia.& Nauar. in Manua. c 23. num. 102 & simonia mentalis actum non inficit, nec ad vllam restitutionem obligat: cap fin de simon. nec omnis spes remunerationis temporariæ dandæ, vel accipiendæ pro datione rei spiritualis est illicita censenda, vt ait Nau. in Man. c.23. num.109.

DECISIO LV.

Ex conf. 54. alias 41.

55 PEtens Ecclesiam Parochialem vacantem cum promissione cuidam Nobili facta, se illam obtentam permutaturum cum beneficio alterius cui Nobilis ille in concursu illo fauere volebat, si efficeret, ne alter secum concurreret: si dictus Nobilis ne alter secum concurrat, efficiat, & hac ratione petens eam obtinet, simoniam committit: Eo quod promissum fuit Beneficium obtinendum per permutationem alteri cum pacto,ne ille secum concurreret; Simoniam enim committit, qui tollit impedimenta, quæ iuridice sibi opponi possunt ad quærendum aliquod beneficium, impediendo nimirum ne alter secum concurrat;ex S Thom 2 2. q.100 art 2 ad quintum.& Caiet. & Palud.4.dist.25.art.3. Est tamen hæc simonia conuentionalis solum, dummodo ecclesiam illam cum beneficio alterius non permutet, si enim illam permutauerit, simonia realis ab vtraque parte completa. vnde & collationem ecclesiæ parochialis nullam ipso iure efficiet,ita Nau in Man c 23.nu.103.

DECISIO LVI.

Ex conf. 55. alias 90.

56 SImoniacus in beneficio credens bona fide beneficium ad se pertinere, etiamsi vere non pertineat, & seruiens illi distributiones & fructuum partem lucratur, quæ alij inseruienti dari debuissent,si per se ipsum non seruiuisset neque ad restitutionem partis fructuum tenetur, quæ necessario erat impendenda fuisset ei,qui illi beneficio seruiuisset:ita Cass.in decis 6 de præb.

DECISIO LVII.

Ex conf. 56. alias 69.

57 SImoniacus in ordine realis,quamuis occultus sit,excommunicationem incurrit, & in ea celebrando irregularis efficitur, super qua irregularitate Episcopus dispensare potest,ex Concil.Trid.sess.24.cap.6.de ref. Nec indiget dispensatione circa retentionem fructuum, si beneficium ante irregularitatem incursam adeptum fuerit; Eo quod beneficium ipso iure ante irregularitatem adeptum non amittitur,ex Innoc. in c. cum nostris de præbend. Quod si beneficium per ipsam simoniam, vel post illam, collatum fuerit, iterum ab habente potestatem illud conferendi debet conferri,cum prior collatio nulla & irrita fuerit, arg.c.1. de reg. iur. in 6.

DECISIO LVIII.

Ex consil.59. alias 89.

37 100

58 BEneficium alteri interuentu simoniæ procurans, non solum ipso facto excommunicationem incurrit,si simonia realis fuerit: extra. 2. de simon sed etiam ad fructus ab alio malè perceptos restituendos tenetur, cum is, qui causam

sam

Digitized by Google

sam damni dat. damnum dedisse dicitur: cap fin. de iniur. siue causa immediata, siue mediata damni fuerit. vt ait S. Thom. 2 2. q. 63. artic. 7. In pœnas tamen extrauagantis Pij V. incip Cum primum non incidit; cum; hæc ad mediatores, & procuratores simoniacos non extendatur. ita Nau. in Man. c. 23. num. 105.

DECISIO LIX.
Ex conf. 58. alias 67.

59 QVi pecunias mediatori dat, vt sibi dimissorias, seu reuerendas ad ordines suscipiendos impetret, quas verè per pecunias mediator impetrat, simoniam committit, & in pœnas contra simoniacos in ordine latas incurrit. Extr. 2. de simon. Sicut enim simonia in beneficio committitur, cum datur pecunia, vel aliquid temporale pro collatione, nominatione, fauore, intercessione, & alijs similibus actibus ad illud acquirendum directis, ita & simonia in ordine committitur, non solum quando datur pecunia, vel aliud temporale pro pretio ordinis, sed etiam quando datur pro alijs actibus ad eius acquisitionem directis; quales sunt literæ dimissoriæ, examinatio, & approbatio, quæ ius quoddam petendi, & accipiendi ordines conferunt, quod ius per huiusmodi literas datum spirituale quoddam est ad ordinem cõsequendum directum, quiest magis spiritualis, licet ordinandus emere nolit ordinem, quem inuendibilem, & inæstimabilem esse cognoscit, vt ait Nau. in Man. c. 23. num. 99.

DECISIO LX.
60 95
Ex conf. 61. (alias) 97.
73 96

60 COllatio, præsentatio, vel electio beneficij per simoniam eam ignoranti facta non est ipso iure nulla, sed annullanda, nec beneficium per simoniam a se ignoratam recipiens excommunicationem incurrit cap pen. de elect. Is tamen cui beneficium collatum est, postquam hoc sciet, illud renunciare tenetur, & fructus extantes restituere, non autem bona fide ante simoniæ notitiam consumptos. ca. ex insinuatione. de simon S. Thom. 2. 2. q. 100. ar. 6. ad tertium, Nau in Man. ca 25. nu. 12.

DECISIO LXI.

61 OBtinens beneficium per simoniam ab alio se ignorante commissam, ad illud renunciandum post eius rei notitiam obligatur, cap. de regularib. & c. ex insinuatione. de simon. Quæ renunciatio facienda est non in manibus collatoris, sed Episcopi, vel Archiepiscopi, qui est eius superior immediatus, & qui iustè possit collatarium inuitum destituere. Non potest autem beneficium sic renunciatum denuò renuncianti conferre, si eius collatio ad eum non pertineat, sed eius collatio her ab eo, ad quem illa alias regulariter pertinet; cap cum ex iniuncto. de hæred vbi Gloss. Potest tamen Episcopus dispensare, vt renuncianti idem beneficium denuò conferatur. c. pen de elect.

DECISIO LXII.

62 CAnonicatus sic ob simoniam se ignorante obtentus, & in manibus superioris renunciatus, si deinde eidem conferatur, collatarius vltimum locum inter Canonicos obtinere, ac alia omnia facere debet, ac si de illo alias prouisus non fuisset; vnde sic prouisus de nouo recipi, de nouo in possessionem mitti, de nouo residentiam facere, & in vltimo loco sedere debet: cum beneficium per renunciationem legitimam eius perinde vacat, ac si per mortem vacasset, c. quam periculosum, 7. q. 1. ca. Suspectum de rescript. in 6. c. quoniam. & c ex insinuatione de simon. & idem de prouiso per renunciationem legitimam, ac de prouiso per mortem iudicandum est.

DECISIO LXIII.

63 ORdinatus scienter per simoniam sit irregularis, sicut enim qui furtim sine licentia, & approbatione Episcopi, vel excommunicatoris ordinem sumpsit, si præmissa erat excommunicatio latæ sententiæ contra sic ordinem accipientes, irregularis est; cap. 1. de eo qui furti. ordin ita etiam ordinem per simoniam assumens irregularis erit cum sub pœna excommunicationis, & suspensionis latæ sententiæ prohibita sit huiusmodi ordinatio Extr 8. de simon vnde sic per simoniam ordinatus, & excommunicatus, & suspensus & irregularis est; vt ait Nau. in Man cap 27. nu. 111. simoniacus vero in beneficio solum excommunicatus est, non autem suspensus, aut irregolaris. In tali autem irregularitate ex simonia occulta incursa dispensat Episcopus, siue sciente, siue ignorante episcopo. simonia commissa fuerit. ita Concil. Trid. ses. 24. cap 6. de ref. Qua irregularitate per Episcopi dispensationem sublata, in ordine ministrare, & ad superiores ascendere, & beneficia postea canonicè collata retinere potest si nullom aliud impedimentum adsit; cum res semel extincta nihil operetur. cap Factum. dist. 50.

DECISIO LXIV.
Ex consil. 62. alias 72.

64 LAicus vacante aliquo beneficio, procurans vt illud cuidam clerico conferatur cum pacto, vt ipse dimidium fructuum percipiendorum habeat, simoniam realem committit, si fructus illi a dicto clerico beneficiario soluantur, & vterque excommunicationem incurrit, & collatio illa nulla & irrita censenda est; Nec beneficiarios talis, aut fructus suos facere, aut illos laico dare potest, Quos tamen si laicus ab illo accipiat, eos tanquam male perceptos vel ei qui primo loco præfato beneficiario succedit, vel ipsi ecclesiæ de cuius fructibus erant, vel Cameræ Apostolicæ, se cum illa componendo, restituere tenetur.

DECISIO LXV.
Ex conf. 63. alias 62.

65 IS, cui Papa pensionem reseruat cum obligatione postea soluendi illam alteri, qui ob leges regni, cuius erat beneficium, & super quo illa imponitur, talis pensionis non est capax, obligationem hanc soluendi pensionem pecunia, vel alia re, absque Papæ auctoritate, redimere potest, cum huiusmodi obligatio soluendi pensionem aliquid mere temporale sit, a iure spirituali separatum, pensionem vero reseruatam, ita vt beneficium, super quo posita est, liberum maneat, sine Papæ licentia redimere nequit: eo quod pensio vel ius spirituale est, vel saltem spirituali est annexum: ex Nau. in Man. cap 23 num 3. vnde eam sine auctoritate Papæ redimens, simoniam committit, excommunicationem tamen non incurrit, cum hęc non nisi per simoniam in ordine, aut beneficio commissam incurratur pensio autem non est beneficium appellanda DD. in cap. postulasti. & cap. ad audientiam. 2. de rescript.

DECISIO LXVI.

Ex conf. 64. alias 46.

66 LItigantes in Rota de beneficio, & inter se conuenientes, vt ei qui causam amitteret alter fructus, & expensas, in quibus condemnandus erat remitteret, vt sic liti, & causæ cederet, quæ conuentio postquam Prætorio Rotæ nota, & illi placita fuerit, statim vni eorum possessionis traditio decernitur, Simoniam ob dictum pactum, quod Papa inconsulto interunt, commisisse non censentur, eo quod satis videtur fuisse a Papa ratificatum, ex hoc quod Iudex ab eodem tos illud ratum habuerit & tanti Prætorij auctoritate comprobatum. arg. capit. Nisi essent. de præben.

DECISIO LXVII.

Ex consil 65 alias 45.

67 SImonia in colatione beneficij per tertiam personam commissa, parti eam ignoranti, neque quoad peccatum, neque quoad excommunicationem nocet, capit. Iam itaque. 1 quęst 4 Sciens tamen aut eam scire debens beneficium renunciare tenetur, capit. ex insinuatione de simon.

nisi

Digitized by Google

nisi Papa, attenta eius ignorantia, & bona fide, illud sibi postea confirmet.

DECISIO LXVIII.
Ex consil. 66. alias 88.

68 CVm ablatio ordinis, vel vsus eius actus sit potestatis spiritualis, c. nouimus. de verb. sign. ca. degradatio de poenit. in 6. quæ ab episcopatus ordine pendet, non minus quã eiusdem ordinis collatio, cap. 1. de simon. Episcopus ordinarius pro mercede degradationis aliquid petens simoniacus efficitur: ex Nau. in Man. c. 23. num. 100. Quamuis enim possit quis cogi ad conseruandam piam consuetudinem dandi aliquid temporale pro pia sustentatione ministrantis sacramenta, cap. ad Apostolicam. de simon. & ait Conc. Trid. sess. 24. ca. 4. de ref. pro pretio tamen, vel mercede illius actus peti non potest ex Nau. in Man. c. 23. nu. 101. & 102. & omnis talis consuetudo a Conc. Trid. vbi sup. damnatur.

DECISIO LXIX.
Ex consil. 67. alias 87.

69 EPiscopus ius patronatus, & præsentandi ad beneficium pretio alicui concedens, simoniam committit, in excommunicationem tamen contra simoniacos latam ab extrau. 2. de simo. non incurrit: cum hanc solum simoniaci in ordine, aut beneficio incurrant, vt ait Nau. in Man. c. 23. nu. 103. & 111. Ius autem patronatus nec beneficium, nec ordo est, cum eius laicus capax sit, cap. Quod autem. & c. cum dilectus. de iu. patr.

DECISIO LXX.
Ex consil. 68. alias 1. Ne prælati vices suas.

70 COnducens, aut emens pecunia vicariatum temporalem Episcopi, vel Rectoris, simoniam committit; extrau. 2. de simo. & c. 1. ne præla. vices suas cum emptio, aut venditio rei spiritualis, vel ei annexæ, qualis est iurisdictio spiritualis, simoniaca sit, ex Nau. in Man. c. 23. nu. 100. conductor vero talis, vel emptor iurisdictionem, vel officium huiusmodi emptum statim relinquere tenetur; eo quod talis conductionis contractus simoniacus, & nullus est, c. Quam pio, 1. q. 2. & c. si de pact. nec nisi eo dimisso absolui potest. Argu. c. si res aliena. 14. q. 6. Quia tamen vicaria spiritualis beneficium non est ex Fel. in c. postulasti de rescr. excommunicationem ipso iure non incurrit, cum hanc solum simoniacus in ordine, vel beneficio incurrat, vt sentit Nau. in Man. c. 23. num. 111.

DECISIO LXXI.
Ex consil. 69. alias 44.

71 LItigantibus duobus super beneficio, si vnus eorum secreto cum quibusdam amicis alterius conueniat, altero non consentiente, vt vnus eorum cedat iuri suo, si quod habet, & alter summam quandam pecuniæ soluat; qui tamen adepta possessione prædictas pecunias cedenti soluere nollit, sed eas amici eius postea soluunt; huiusmodi concordiam facientes simoniam realem ex vtraque parte completam, accipiendo, & soluendo pecunias pro re spirituali committunt ex Nau. in Man. c. 23. nu. 109. & excommunicationem incurrunt, & irregularitatem si celebrent; pecunia vero Ecclesiæ, cui facta est iniuria, restituenda est, c. de hoc. de simo. & talis concordia nullius valoris est, & absolutio a simonia præfata per Datarium Papæ quoad forum exterius fieri debet, ita vt Poenitentiarius quoad illud forum, absoluendi facultatem non habeat, sed solum quoad forum interius. Alter vero qui non consentit, tuta conscientia beneficium possidet, nec pecunias dictas soluere debet.

DECISIO LXXII.
Ex consil. 70. alias 38.

72 PResbyter regularis, qui a suo Abbate de quodam officio in Ecclesia sui Monasterij prouisus est, quod per aliquot annos pacifice possidet. & ab Abbate successore coactus, illud in manibus eius renunciat, cum pacto quod dictus Abbas eum de alio Monasterij illius officio prouidebit, quod cum effectu postmodum facit, quod itidem officium per aliquot annos pacificè possidens, ab alio Abbate successore inquietatus, ne officio priuetur, & sine officio diffamatus maneat, dicto Abbati pecunias dat; quamuis sic renunciando beneficium ecclesiasticum regulare cum pacto de danda sibi compensa sufficienti, quam postea accepit, simoniam realem committat; alteri tamen Abbati dando pecunias ne super officio secundo in recompensationem accepto inquietetur, nullam simoniam admittit; cum post acceptam possessionem pacificè retentam, vexationem iniustam redimere licitum sit; cap. dilectus, x. de simon. officium autem illud secũdum iniuste retinet quidem ob pecunias datas, sed quia illud in compensationem prioris beneficij virtute pacti simoniace, male accepit, per quam acceptionem simoniam realem ab vtraque parte completam commisit ex Nauar. in Man. c. 23. nu. 100. præsertim cum iure communi Abbas superior officijs, quæ illis confert, ad nutum, etiam sine causa iusta, Monachos suos priuare possit, cap. cum ad monasterium, § tales. de stat. monach.

DECISIO LXXIII.
Ex consil. 71. alias 86.

73 QVi pro admissione ad habitum religionis aliquid dat, vel accipit, simoniam ex eo committit, quòd ingressus Monasterij quiddam spirituale fit, c. quoniam. de reg. & c. ex insinuatione. de simon. ipsa etiam datio, & acceptio habitus, vel aliquid spirituale est, vel saltem spirituali annexum, cum hæc de laico ecclesiasticum faciat, adeo vt eum percutiens excommunicationem incurrat, ca. religioso, § 1. de sent. excommun. in 6. & proinde tales dantes, & accipientes pecunias pro ingressu religionis simoniam realem committunt, & habitum suscipiens eum relinquere tenetur, potest tamen dimisso habitu, & purgata simonia denuò recipi, si receptio non fuerit scandalosa.

DECISIO LXXIV.
Ex consil. 72. alias 7.

74 EPiscopus, qui Archipresbyterum conijcit in carcerem, vbi, & mortuus est, & pro eius victu viginti aureos expendit quem Archipresbyteratum alteri confert, sed ante collationem illi dixit, ego feci tot expensas pro alendo prædecessorem tuum coniectum in carcerem, dabo tibi hoc beneficium, & tu ex fructibus ipsius dabis mihi viginti aureos, quos idem Archipresbyter electus postea soluit; quamuis in foro conscientiæ simoniacus iudicandus non sit, quia non erant principaliter dati pro beneficio, sed pro impensis factis in alendo beneficiario mortuo, cuius morte beneficium vacauit, ex Nau. in Manu. ca. 23. nume. 100. & 101. in foro tamen exteriori simoniam commisisse iudicabitur, cũ iustè præsumi possit prædictam pecuniam ad beneficiũ conferẽdum principaliter data, & acceptã esse, arg. c. 1 de simo.

DECISIO LXXV.
Ex consil. 73. alias 96.

75 CLericus bona fide, ignarus de simonia per mediatorem commissa, beneficium impetrans, habita de simonia notitia beneficium illud relinquere tenetur, & noua indiget collatione eiusdem; cum prior ob simoniam commissam nulla, & irrita fuerit, cap. quicunque, ca. præsertim. 1. q. 5. & c. de simoniacè. & c. de regularib. de simon.

DECISIO LXXVI.

Ex consil. 74. 75. alias 28. 29.

76 REsignans, & resignatarius conuenientes, vt exprimatur maior valor beneficij, quam verè sit, vt sic resignatione consecuta maior pensio a Papa constituatur, quam constituta fuisset, si valor verus expressus fuisset, quamuis ita mentiendo mortaliter peccent, dictaque expressio dolosa falsitatis gratiam faciat surrepticiam, & per consequens nullam, c. super literis. de rescript. & ca. ex legib. 25. q. 2. simoniam tamen non committunt; Non enim omnis conuentio circa beneficia simonia est, sed illa sola, quæ principaliter da to-
ntur

Digitized by Google

nem iuris spiritualis vnius in alterum, pro aliquo temporali vel simili pretio respicit, quod tamen in proposito non contingit; eo quod neutra pars intendit dare, aut promittere alteri qui ꝗ ob pretiũ, vel quasi pretiũ iuris spũalis; seu quod constituti pensionis pretium remunerationis esset; sed solũ conueniunt ad impetrandum surreptitie ea quæ volunt, nihil dando, vel promittendo alteri pro eius obtentione: sed neque mendacium illud causa principalis, aut immediata acquisitionis beneficij fuit, sed remota, & mouens tantum Papam ad maiorem pẽsionem pro commoda resignãtis sustentatione constituẽdam, quorum nullum simoniã efficit.

DECISIO LXXVII.
Ex cons. 76. in antiquis, & Nouis.

77 Simonia censetur, si ab eo, qui gratis cessionem expedirit, fiat retrocessio beneficij intra breue tempus, & non alias; sicut nec ex datione alterius rei longe post tradita. Immo & confidentia censetur ex promissione retrocedendi beneficium ipsi resignanti, quamuis non ex promissione dandi fructus eidemmet resignanti.

DECISIO LXXVIII.
Ex cons. 9. in Nouis deest in antiq.

78 Simonia licet sola voluntate quoad peccatum committitur, pęna tamen non incurritur, nec restitutionem annexam habet, cap. fin. de simonia. subscribens autem scripturæ continenti multa capita, quorum aliqua simoniaca sunt, ad ea in dubio restringitur, quæ licita sunt, vt sic delictum euitetur; cum in dubio, actus qui potest esse bonus, non præsumi debet esse malus, cap. 1. de iniur. in 6. l. si pro curato, ff. de cond. indeb.

DECISIO LXXIX.
Ex cons. 18. in Nouis, deest in antiquis.

79 Simonia est, non solum resignare beneficium in manibus ordinarij pręmisso pacto, vt tali cõferatur, sed etiam de præstando consensu in pensionem super meo beneficio, si alter resignet beneficium suum fauorem eius quem volo.

DECISIO LXXX.
Ex cons. 19. in Nouis, deest in antiq.

80 Cum simonia reciproca non sit, quando non interuenit pactum, aut conuentio tacita, vel expressa, consequenter resignante beneficium in fauorem alicuius, etiamsi interueniat intentio mentalis, vt alter aliud simile in fauorem filij sui ex gratitudine faciat, simonia reciproca dici non debet, nec in pœnas contra confidentiam in beneficijs committentes factam exinde incurrit, modo nulla conuentio expressa, vel tacita, quæ sola illicita est præcesserit; cum lex naturalis sit, vt recipiens beneficium, teneatur benefacienti benefacere, l. si non sortem, §. libertus, ff. de condictio. ind. b.

DECISIO LXXXI.
Ex cons. 20. in Nouis, deest in antiq.

81 Resignans beneficium in manibus ordinarij, cum spe in animo retenta, quod ipse dabit illud alicui digno, pro quo ipse rogauerit, aut quem ipse nominauerit, licita est, si cum ordinario pactus non fuerit, antequam renunciauit, quod ipse et illud conferret, ita Nau. in Man. cap. 23. nu. 109. sicut, & mandatum de renunciando cum clausula, vt post renunciationem rogaretur collator, vt tali, vel tali conferret, licitum est, ex Cassad. decis. 2. de simon.

DECISIO LXXXII.
Ex consil. 21. & 48. in Nouis, quæ ipsa eadem sunt, vacant in antiquis.

82 Simoniaca renunciatio cum sit ipso iure nulla, & omnia quæ post illam sequuntur; consequenter titulus beneficij per simoniam resignati penes simoniacum resignantẽm manet, donec per sententiam eo priuari: vnde etiam ignoranti simoniam illam, huiusmodi beneficium ante priuationem per sententiam, acquiri non potest, quia est alienum, & verè non vacat.

DECISIO LXXXIII.
Ex cons. 26. in Nouis, deest in antiquis.

83 Mediator rogatus, vt oblata restitutione expensarum bullarum suadeat alicui resignationem beneficij, si illam simpliciter fieri procuret, & postea pecuniam gratuito a resignatario soluente datam recipiat, quamuis simoniam mentalem commiserit, si resignantem simoniacè interpellare proposuit, sicut etiam, & resignatarius rogando vt pro ipso apud alium interpellat; Neuter tamen simoniam realem, quæ ipso iure excommunicationem, & nullitatem titulì induerit, Extrauag. 2. de simon. committere censetur.

DECISIO LXXXIV.
Ex cons. 30. in Nouis, deest in antiq.

84 Resignanti pacisci non licet quod alius aliud beneficium renunciate, seu pensionem soluere, vel expensas Bullarum restituere teneatur, nisi id Papæ in supplicatione exprimatur.

DECISIO LXXXV.
Ex cons. 31. in Nouis, deest in antiq.

85 Simonia conuentionalis est, si resignãti promittitur, quod percipient nihilominus fructus, vel quod talis propinquam eius ducet in vxorem, ex promissione tamen sola non incurritur excommunicatio, ex Naua. in Man. c. 23. nu. 104. & 105. sin autem ex vi pacti fructus illos recipiat, aut aliud loco illorum, vel sequatur Matrimonium, excommunicationem incurrunt. Quod si a pacto recedatur, & postea libere contrahatur, vel aliquid ex sola liberalitate donetur, non incurritur pœna, etiamsi minus principalis respectus ad præcedentia habeatur.

DECISIO LXXXVI.
Ex cons. 32. in Nouis, deest in antiq.

86 Simoniaca est omnis renunciatio beneficij ecclesiastici cũ pacto etiam conditionali, etiam inani, & inutili, saltem si præbeat causam dictæ renunciationi, talis tamen renunciatio conuentionalis ab vna tantum parte puta renunciante adimpleta valet, neutra tamen pars excommunicationem incurrit, ita Naua. in Man. c. 23. num. 11.

DECISIO LXXXVII.
Ex cons. 42. in Nouis, deest in antiq.

87 Sicut simonia est conuentionalis si competitori digniori, vt desistat, promittatur temporale, & si ab vtraque parte obtento beneficio adimpleatur, efficitur realis, annullans omnia secuta ita etiam mediatori, vt mihi collationem, vel præsentationem impetret, si quid promitto, simonia conuentionalis est, & si obtento beneficio soluam, efficitur realis, annexam habens excommunicationem, & actus nullitatem, ac ad illud reddor inhabilis, a solo Papa habilitandus.

DECISIO LXXXVIII.
Ex cons. 50. in Nouis, deest in antiq.

88 Permutatio beneficij pinguioris cum minus pingui, cum pacto, vt fructus excedentes sibi restituantur, est simoniaca. Idem est, si conueniant vt constituantur pensio auctoritate propria pro fructuum adæquatione.

DE-

DECISIO LXXXIX.

89 SImonia conuentionalis est, si compermutantes paciscantur, quod in certum euentum sibiipsis propria beneficia permutata restituant; & pœnas per Pium IV. & V. committentibus confidentiam simoniacam impositas incurrunt; Quarum vna est excommunicatio Papalis; Altera, perditio beneficiorum habitorum; Tertia, inhabilitas ad habendum alia; Quarta vero reseruatio beneficiorum per confidentiam habitorum, & aliorum per eam vacantium prouisionis. Talis autem confidentiarius, quamuis dimisso beneficio, vigore Cruciatæ, a censuris ob id incursis absolui possit, & absolutus, ordines iustè percipere queat, ad beneficia tamen obtinenda a solo Papa habilitari poterit.

DECISIO XC.
Ex cons. 52. in Nouis, deest in antiq.

90 SImoniæ crimen verè coram Deo committitur, cum temporale quantumuis minimum, in lingua, obsequio, aut manu dator in pretium rei spiritualis, & si attingit ad culpam mortalem, siue ratione quantitatis, siue ratione irreuerentiæ, & deordinationis reponendo rem spiritualem in ordine rerum vendibilium, & æstimabilium, & temporaliũ, excommunicationem habet annexam: si autem alio respectu detur res illa, aut obsequium fiat, quam pro pretio, & solutione rei spiritualis, puta pro dono gratioso, vel sustentatione ministrorum, vel labore eorum, vel vexationis redemptione coram Deo simoniam iure diuino, naturali, aut humano prohibita non est; vt proinde quando seruit alicui, vt ei conferatur beneficium, aut tali suo ministro illud conferre, simoniacum sit, ex prædictis constat.

DECISIO XCI.
Ex cons. 53. in Nouis deest in antiq.

91 EXaminator, qui, vt amico roganti gratificaretur, promouendum in actu examinis alacriorem reddendo adiuuit, si adiutorium non fuit notabile, in pœnas contra similia perpetrantes, Concil. Trid. sess. 24. ca. 28. de ref. § Caueant statutas non incidit, etiamsi postea munuscula gratis oblata bona fide recipiat. Argu. c. Etsi quæstiones de simon.

DECISIO XCII.
Ex cons. 56. in Nouis, deest in antiquis.

92 CVm fauor, per quem vnus iuuat alium ad aliquam gratiam consequendam, res suapte natura inæstimabilis, & inuendibilis sit consequenter qui vt Cardinalitiam dignitatem assequatur, aut alicui, vt fiat Cardinalis, donum aliquod dat, peccatum simoniæ committit, & in pęnas Bullæ Gregorij XIII incip. Ab ipso saltem excommunicationis incidit; Quod si Pontifex scit, & consentit, cessant quidem pęnæ temporales, sed non peccatum, nec pęna æterna.

DECISIO XCIII.
Ex cons. 64. in Nouis, deest in antiq.

93 SImonia non est, si ego alias licitè extinguo pensionem, vt pecuniam receptam mutuem tibi illam traditurо tertio volenti aliam similem extinguere pensionem, & tu mihi promittas interim aliquot annua.

DECISIO XCIV.
Ex cons. 67. in Nouis, deest in antiq.

94 PEccati venia cum non detur nisi correcto, Reg. peccati venia. de regu. iur. in 6. consequenter realis simoniacus in beneficio, non nisi eo dimisso, ab excommunicatione absoluendus est.

DECISIO XCV.
Ex cons. 71. in Nouis, deest in antiq.

95 SImoniacè ignoranter de beneficio, seu pensione prouisus, ita fructus bona fide durante suos facit, ac si simonia perpetrata non fuisset; post scientiam vero non solum beneficium, aut pensionem dimittere, sed etiam fructus postea perceptos restituere, vel remissionem, seu compensationem a Papa obtinere tenetur.

DECISIO XCVI.
Ex cons. 74. in Nouis, deest in antiquis.

96 REsignatarius pecunias necessarias pro expeditione literarum resignanti vti amico, animo eos repetendi, vel compensandi cum terminis soluendæ pensionis, non autem in pretium resignationis mutuans, aut soluens, verè coram Deo, nec confidentiarius, nec simoniacus est; quamuis talis in foro exteriori præsumitur, nisi eas sciente Papa, sciente scilicet, & consentiente summo ipsius Datario persoluat.

DECISIO XCVII.
Ex cons. 75. in Nouis, deest in antiq.

97 REsignatarios accepta possessione beneficij, ita demum potest resignanti quid dare, si principaliter propter Deũ det ipsi resignanti egenti in eleemosynam, etiamsi minus principaliter det, vt obligationi antidorali satisfaciat.

DECISIO XCVIII.
Ex cons. 78. in Nouis, deest in antiq.

98 REsignans, si post captam possessionem a resignatario, constituitur vicarius ad regimen beneficij resignati, licet illud regat de iure in vim dictæ deputationis, & non de facto, in foro tamen exteriori confidentiarius præsumitur.

DECISIO XCIX.
Ex cons. 83. in Nouis, deest in antiq.

99 COnfidentarij, qui recipiendo beneficium promittebant resignanti retrocedere ante constitutiones Pij IV. & V. adeo licitè fecisse censebantur, vt fidem præstitam adimplere cogerantur.

DECISIO C.
Ex cons. 84. in Nouis deest in antiq.

100 COnsuetudo etiam immemorialis ecclesiæ secundum quam prouisi de canonicatu, & præbenda, antequam ad possessionem illorum admittantur, aliquod pro ecclesiæ reparatione soluere solent, illicita, & simoniaca censeri debet, si pro ipsius beneficij, aut præbendæ acquisitione illud soluatur. Quamuis enim beneficio ante, immo & post illius erectionem, vacanti, a superiore onus aliquod temporaliom reale imponi possit, ca. significatum. de præben. personæ tamen de eo prouidendæ nihil imponi poterit.

DECISIO CI.
Ex cons. 85. in Nouis, deest in antiquis.

101 PArochus petens, vel etiam exigens ante collationem nuptialis benedictionis, quæ pro huiusmodi dari consueuerunt, etsi malè facit simoniacus tamen non est, nec censuras incurrit. ex S. Tho. 2. 2. qu. 100. art. 3. Caiet. ver. simonia. & Nauar. in Man. c. 23. num. 10. & dato quod simoniam in istis committeret, excõmunicationem tamen non incurreret, cum hæc non nisi ob simoniam in ordine, vel beneficio incurratur.

DECISIO CII.
Ex cons. 93. in Nouis, deest in antiq.

102 EXtrauagans Pij V. incip. Intolerabilis quæ est 87. in ordine, contra simoniacos lata, inhabilitans simoniacè beneficia, & dignitates acquirentes, pensionem acquirentes non ligat, nec etiam eos, quibus ignorantibus a tertia persona aliquid simoniace acquiritur.

DECISIO CIII.
Ex cons. 94. in Nouis, deest in antiq.

103 IGnorantia probabilis, qualis est illius, qui sciens quędam circa sua beneficia per fratrem eius iurisperitum, quem illicita tractaturum non credebat, tractari, nõ curauit

L dili-

Digitized by Google

diligentius de bonitate dictarum actionum inquirere, a cen sura excommunicationis, & pœnis, quas incurreret beneficiarius, excusat, ex Na. in Man. c. 23. nu. 45. & c. 227. nu. 172.

DECISIO CIV.

Ex cons. 99 in Nouis, deest in antiq.

104 SImoniæ realis mediator fructus beneficij quæsiti alteri ex causa suæ mediationis male perceptos restituere tenetur; sic autem ignoranter bona fide de huiusmodi beneficio prouisus, quamuis titulum non acquirat, vnde & beneficium per alienam simoniam sibi acquisitum dimittere tenetur, c. Nobis, cap. ex insinuatione, & c. de simoniacè de simon. fructus tamen si sunt industriales, quales vt plurimum sunt fructus beneficiorum, cum cultura, & opera beneficiarij quæruntur, ex Pan. in ca. Grauis, nume. 6. de restit. spoliat. etiam extantes, vel ex quibus locupletior factus est, facit suos, Naturales autem extantes, aut quibus factus est ditior, non ecclesiæ, sed ei, cui primo beneficium legitimè confertur, restituere debet arg. c. cum vos. de off. ordin. & cap. Quia sæpe. de elect. & ideo si huiusmodi ignoranter per simoniam promotus, post renunciationem a se factam fuerit reprouisus, vel a Sede Apostolica illius retentionem obtinuerit, fructus illos, vti primus qui canonice succedit, faciet suos.

TITVLVS III.

Ne prælati vices suas, vel ecclesias, sub annuo censu concedant.

SVMMARIVM.

1 *Iurisdictionem temporalem emendo, an, & quandoquis mortaliter peccat.*

2 *Vicariatus episcopi sine simonia emi nequit, sic tamen emens non est excommunicatus.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 22. de empt. & vend.

1 EMens pretio, officia quædam temporalia iudicandi ab eis qui poterant ea ipsi gratis conferre, mortaliter peccat, legem transgressus, Auth. vt iudices sine quo suffr. collat. 2. & etiam consentiens, & causa existens vt collator eorum accipiendo pecuniam peccet, cum sit turpe lucrum; ex Pan. in c. 1. & 2. Ne præl. vic. & Nau. in Man. ca. 25. num. 7. Nisi certa modificatione ea vendant, nimirum honesto pretio, & personis idoneis; ex S. Thom. ex opusc. 21. Huiusmodi tamen iudicandi munus iuste exercendo non peccat, & illud retinere potest, nec quæsita per iustum exercitium præfatorum officiorum restituere tenetur; secus autem; si aliquid iniustè acquirit: ita Nau. in Man. c. 17. num. 3.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in utrisque.

CAnonici Sede vacante conuenientes circa electionem Vicarij, & paciscentes, vt quicunque eorum eligitur Vicarius, tam salarium ei ratione Vicariatus soluendum, quam omne aliud emolumentum Vicario Episcopi solui solitum, inter se, & alios Canonicos æqualiter diuideret teneatur; & vnus eorum postea electus, huiusmodi pactum seruans, & vnicuique eorum singula æqualiter diuidens simoniam omnes realem admittunt; Cum Vicariatus generalis Episcopi, & cuiuslibet alterius prælati res spiritualis sit, ca. 1. & 2. Ne præl. vic. suas. excommunicationem tamen non incurrunt; Extrauag. 2. de simon. cum hæc solum contra simoniacos in ordine, vel beneficio lata sit, quale non est vicariatus officium, vnde nec irregulares celebrando efficiuntur.

TITVLVS IV.

De Magistris.

SVMMARIVM.

1 *Lector sacræ scripturæ etiam in cathedralibus regularibus ponendus.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in utrisque.

1 IN ecclesiis cathedralibus, tam regularibus, quam secularibus lector Sacræ scripturæ ponendus est, ex Concil. Trid. sess. 5. c. 1. de refor. vbi autem eadem ecclesia, & cathedralis, & regularis est; non duo lectores, sed vnus sufficit. cum vna tantum sit ecclesia, & proinde vno iure censeri debet, ca. cognouimus, 12. q. 1. cum lectori. vbi præbendæ non sunt, de stipendio prouidendum est. & ceteris paribus canonicus eiusdem ecclesiæ alij externo præferendus est, arg. c. nullus. d. 61.

TITVLVS V.

De Iudæis.

SVMMARIVM.

1 *Filij hæreticorum, & Iudæorum non sunt ordinandi.*

2 *Vendere Iudæis ramos myrti ad finem celebrandi scenophegia non licet.*

3 *Vsuras, qui iuste cum conuenientibus Capitulis Iudæis permittit, ad eas soluendum compellere potest.*

4 *Vsuras concedendi licentia concessa a Papa, non se extendit extra terras ecclesiæ in temporalibus subiectas.*

5 *Papa Iudæis permittere potest vsurarum exercitium.*

6 *Arma deferentes infidelibus, an, & quando peccant, & absoluendi sint.*

7 *Arma fabricare fideles inter Turcas habitantes an possint.*

8 *Christiani in terris Turcarum habitantes, an equos illis vendere possint.*

9 *Christiani inter Turcas commorantes, an milites stipendiarij esse queant.*

10 *Cacabi, & alia vasa ænea, uel ferrea an inter arma Turcis deferri probibita censeantur.*

DECISIO I

Ex cons. 1. alias 22. de Hæreticis.

1 FIlij Hæreticorum quorum parentes damnati fuerunt, & ipsi, vel statuæ, vel ossa eorum combusta sunt, & etiam Iudæorum, ad sacros ordines vsque ad quartam generationem promoueri non possunt, vt habetur per Paul. IIII. Extrauagan. Cum ex Apostolatus. constit. 42. & Gregor. XIII. Extrauag. edit. 1573. quod idem de descendentibus a Mauris intelligendum est, nec possunt tales in Guardianum, Prælatum, aut Prouincialem eligi, aut ad prædicandum admitti.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 1.

2 VEndisio ramusculorum myrti, quibus vtuntur Iudæi in festo Scenophegiæ celebrando, per se considerata peccatum non est, nec aliquod secum peccatum admixtum habet, sed efficitur peccatum; etiam mortale solum ob circunstantiam malam finis mortaliter mali, ex S. Tho. 1. 2. q. 18. art. 4. & 7. quandoquis eos venderet Hebræis ad finem, vt ipsi eis ad scenophegia celebranda vtantur: Sin vero in eorum venditione finis bonos apponatur, puta ob quærendam sibi pecuniam, qua se sustentent, vel alia eis honestè vtantur, nullum omnino peccatum in eorum venditione admittitur, ita Nau. in Man. ca. 17. nu. 195.

DE-

DECISIO III.
Ex conf. 4. alias 18. de vsuris.

3 NOn solum Papa, sed etiam alius quicunque Princeps secularis, siue Imperator, siue Rex sit, aut alius qui superiorem non recognoscit, iusta de causa poterit sine peccato, auctoritate sua in terris suis permittere, etiam sine ecclesiastica auctoritate vsurarum exercitium Iudæis, factis honestis capitulis cum eis, & non accipiendo lucrum sibi de illo exercitio; ita Nau. in Man cap. 17. nu 193. Quamuis melius faceret, quid non nisi summo Pontifice consulto, cum capitulis ab eo approbatis permitteret. Potest etiam Christianos ad pacta, & conuenta inter Principem, & Iudęos ob seruanda compellere, & consequenter ad soluendas vsuras promissas; Iudæis, & permissas. Princeps vero, qui superiorem recognoscit, nihil horum iustè permittere potest, sine auctoritate Papæ, vel illius Superioris, in cuius territorio viuit.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. alias 34 de vsuris.

4 LIcentia vsuras exercendi in terris ecclesiæ a Papa concessa, extra terras ecclesiæ in temporalibus non subiectas, non se extendit; præsertim cum Priuilegia, quæ in præiudicium aliorum Principum temporalium redundat, restringenda sit. cap. Porro de priuil. Ad verum autem interesse, tam lucri cessantis, quam damni emergentis seruatis seruandis sine aliqua speciali permissione Principis spiritualis, & temporalis iure communi, tam Iudæo, quam Christiano cuicunque mutuare licet. ex Nau. in Manu. cap. 17. nu. 211.

DECISIO V.
Ex conf. 5. in antiq. est 35. de vsuris in Nouis.

5 SIcut rectè nonnunquam permittitur aliquod malum; hoc est, non punitur, vt aliud peius impediatur, vnde & lupanaria in multis locis permittũtur, ne casta matrimonia sollicitentur, & vt alia peiora impediantur. ex S. Th 2. 2. q. 10. artic. 11. ita etiam a Papa in vrbe, & Auinioni, & alibi ab alijs Principib. vsurarum exercitium Iudæis permissum est ad mala maiora vtcumque euitanda; id quod absque peccato fieri potest non participando in lucro, secus tamen si in illo participarent. ex Nauar. in Manu. cap. 17. num. 195.

DECISIO VI.
Ex conf. 3. in Nouis est conf. 3. de clandest. despon. in antiq. dub. 6. 7 & 8. sed quia huic titulo magis conuenit, hic apponere visum est.

6 ARmorum delatio vbi non est prohibita, cum multo vigore, sed solum sub aliqua parua pœna temporali, non est mortalis, nisi inde aliquod scandalum notabile Reipubl. oriretur, vel deferentur in finem mortiferum, cum mortali inobedientia, vel scandalo, vel ad bella iniusta, præsertim pro infidelibus contra Christianos; in quibus casibus sic deferentes, nihil abstineant, absolui non possunt.

DECISIO VII.

7 ARma fabricare possunt Christiani in terris Turcarum viuentes, illaque eis vendere, modo, eas ad bella iniusta non fabricent, nec tacitè aut virtualiter sciant, aut credant illos, quibus vendunt, eis ad iniusta bella præsertim contra Christianos vsuros; quia hoc esset cooperari ad malum, quod nunquam licitum esse potest.

DECISIO VIIII.
Ex conf. 4. in Nouis, est conf. 3. de clam. desp. dub. 7. in antiquis.

8 TVrcarum in regione habitans subditus Christianus, Turcis equos & arma iuste vendere potest, dummodo ea intentione non vendat, vt ijs in bellis iniustis vtantur; Nec ligatur legibus prohibentibus quædam ad Turcas deferri, c. ita quorundam. de Iudæis. quæ solum contra illos editæ sunt, qui cum non sint infidelibus subditi, Turcis tamen ea vendunt, & deferunt. Potestque sic Turcis subditus, bellis quæ Turca alijs infidelibus iustè indicit, interesse & acquirere secundum ius commune, cap. ius gentium d. 1. si ipsi eo vtuntur, dominium rerum, & personarum, quas in bello capiunt, vel a captiuis pretium redemptionis exigere, & prædam captam tueri etiam infideles aduersarios occidendo.

DECISIO IX.

9 MIlitiæ nomen date apud Turcas Christianis ibidem commorantibus licet, dummodo non se obligent, nec intendant in bello iniusto bellare; Nam si talem obligationem facerent, grauiter peccarent, nec promissionem prò hac parte seruare tenentur, Arg. cap. Militare. 23. q. 1. & cap. Iulian. 11. q 3. proponentesque obligationem hanc pro dicta parte non seruare, absolui possunt.

DECISIO X.
Ex conf. 6. in Nouis deest in antiquis.

10 CAcabi, & alia vasa ænea, vel ferrea ad vsum coquinæ principaliter fabricata, quamuis propriè arma bellica non sint, quia tamen ex eis arma bellica confici possunt, & solent, ideo mercatores, & alij hæc ad sarracenos dolo malo, seu fraude deferentes, aut eis hæc vendentes, in Bullam Cænæ, & alias iuris excommunicationes incidunt; secus vero si bona fide, sine fraude & dolo, aut mala intentione vasa prædicta eisdem ad vsus alios quam bellicos vendant.

TITVLVS VI.

De Hæreticis.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitor hæresis super incæstu iure communi cognoscere nequit.*
2 *Renunciatio beneficij ante priuationem facta est valida, secus si solum ante declarationem.*
3 *Libros damnatos sine licentia tenens, & legens, Bulla Cænæ excommunicatur.*
4 *Sepeliens scienter hæreticum excommunicationem non reseruatam incurrit.*
5 *Abiuratio de vehementi est quædam purgatio Canonica.*
6 *Iudæi, & Pagani, in quibus ecclesię subiecti sunt.*
7 *Confessio & absolutio excommunicati, si talem ignorantis, valent.*
8 *Denunciare non tenetur quis, quem hęreticum dubitat, sed probare nequit.*
9 *Prælati Regulares in subditos de crimine hęresis procedere non possunt.*
10 *Hæretici fautor censetur iudex, qui illum aufugere permittit.*
11 *Bona hæreticorum nisi prius declarentur, apprehendi nequeunt.*
12 *Testis ad pœnam ignis se obligans non est ea puniendus.*
13 *Hæreticos notorios non denunciatos vitare non tenemur.*
14 *Iudici interroganti cum iuramento an sacrum fecerit, vel eidem interfuerit, an catholico negare licet.*
15 *Catholicus an, & quomodo in terris hæreticorum habitare potest.*
16 *Hęreticorũ funus ducere, ubi, & quando liceat catholico.*
17 *Catholici superiori infideli indifferentia iubenti iustè parent.*
18 *Laicus de fide disputans, excommunicandus, si scit non licere.*

L 2 Scri-

19 *Scriptura priuata manu aliena, alij non nocet.*

20 *Insordescens in excommunicatione vltra annum a iudice responsurus de fide citandus.*

21 *Hæresim manifestam ans sapiat, dicere, Christus paucos habebit amicos.*

22 *Abiuratio de leui, aut vehementi, an irregularitatem inducat.*

23 *Filij nati antequam pater fieret hæreticus, pœnis non afficiuntur.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. alias 2.

1 QVamuis attento aliquo Priuilegio, aut consuetudine a Summo Pontifice approbata, cap. cuncta per mundum. 9. q. 3 cap. proposuit. de conces. præb. Inquisitores hæreticæ prauitatis super incœstu Sacerdotis cum filia sua spiritusli admisso procedere possint: attento tamen solo iure cōmuni, super huiusmodi crimine procedere nequeunt, & procedendo peccant mortaliter, iurisdictionem alienam vsurpando ex S. Tho. 2. 2 q. 60. ar. 6 ex eo quod cognoscere non possunt nisi de crimine hæresis, & alijs aliquibus illi accessorijs; cap. accusatus § de incæstu. de hæret in 6. quale non est incœstus crimen; cum hæresis fidei catholicæ, cap. Hæc est fides 23. q. 1. incæstus autem virtuti castitatis, & pudicitiæ opponatur. ex S. Thom 2. 2. q. 154. art 9 Sed neque de blasphemia, in qua fit, in iuria Deo, aut sanctis, neque de superstitionibus, & diuinationibus, quæ sunt contra virtutem religionis moralium omnium maximam, ex S. Tho. 2. 2. q. 81. ar. 5. præfati Inquisitores cognoscere valent, nisi casu quo, contradictionem alicuius articuli fidei implicant, aut manifestè hæresim sapiant. d. cap. accusatus. § sane.

DECISIO II.
Ex conf. 2. alias 3. de renunc.

2 INquisitus beneficium suum renuncians in fauorem alterius qui postea tanquam fautor hæreticorum per sententiam condemnatus abiurat, & ab Inquisitoribus priuatur beneficijs, & priuatus declaratur, valide renonciat; cum renunciatio beneficij ante priuationem facta, valida censeri debeat.

DECISIO III.
Ex conf. 4. alias 9.

3 DEgentes in terris, & Prouincijs hæreticorum, & libros damnatos legentes, & tenentes, excommunicationem Bullæ Cœnæ incurrunt; vt patet. § 1. Bullæ cænæ sicut etiam ij, qui licet non ex animo sed falsò, & simulatoriè iurant Principem secularem caput esse non solum in rebus temporalibus, sed etiam in spiritualibus, aut qui partim timore, partim ignorantia, criminis ad sæuitiam tyrannorum vitandam calices. patenas, cruces, aliaque vasa & ornamenta Sacra & Ecclesiastica franguot, excommonicationem, & irregularitatem incurrunt, quæ nascitur ex crimine notorio depositione digno quoad forum contentiosum, ex Naua. in Man. cap. 25. nu. 74 77 & 148. quoad illud tanquam hæretici notorij diiudicandi sunt, & absolutione, dispensatione, & facultate indigent, immo & inhabiles sunt ad beneficia ecclesiastica obtinenda, ac si illa omnia vero animo egissent.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. alias 11.

4 SEpeliens aliquem in loco sacro, de quo apud quosdam rumor est, quod sit hæreticus, excommunicationem non incurrit: cum ius excommunicans sepelientem suspectum de hæresi, non excommunicat simpliciter sepelientem, sed præsumentem sepelire eum, quem hæreticum esse cognoscit; cap. Quicunque. de hære. in 6 clem. 1. de sepult. præsumptio autem dolum & malitiam præsupponit; quæ tamen excommunicatio non est reseruata Papę per Bullam Cœnæ vel alia iura, sicut excommunicatio propter hæresim incursa eidem reseruatur.

DECISIO V.
Ex conf. 5. (alias) 16.
6. 19.

5 QVi verè hæreticus fuit, & pœnitens hæreseos a se admissæ iam confessæ, vel probatæ eam abiurat, vt misericordiam consequatur, & ne ad mortem tradatur: c. primum. 1. q 7. c. ego Berengarius. de consecr. d. 2. & c. ad abolendam. § præsenti. de hæret. ad beneficia & officia consequenda inhabilis est, donec habilis fiat, & ipso iure habitis, & alijs oib. bonis priuatur; cap 2 § hæritici de hæt. in 6. & cap. vergentis & cap. cum secundum tit. eo & resignatio beneficij ob hæresim vacantis nulla & irrita est; ita Pius. V. Extr. Cum ex Apostolatus Cui vero abiuratio de leui, immo & de vehementi suspicione, tanquam purgatio canonica imponitur, & absolutus, & innocens a crimine imposito ostenditur, d. c. ad abolendam. § Qui vero. & cap. accusatus de hær. in 6. nullam omninò inhabilitatem ad obtenta, vel obtinenda beneficia incurrit; cap. Inter de purg. canon. Sed neq; resignatio beneficij ab eo facta per Bullam Pij V. annullatur.

DECISIO VI.
Ex conf. 7. alias 4.

6 HAereticus factus occasione Iudæorum ei Iudaismum persuadentium, & ad cor rediens & absolutionem ab excommunicatione Bullæ Cœnę petens, non nisi manifestatis Iudæis præfatis, vt ab Inquisitorib. puniri possint absolui debet. Quamuis enim Iudæi cum nondum baptizati sint, complices hæreticorum esse nequeant, ad hoc vt hæretici dicantur, ex Nau. in Man cap. 26. num. 15. nec ecclesiæ legibus subijci, quoad legis Christianæ obseruantiam; cap. gaudemus. de diuortijs. Quia tamen ecclesia ad fidem suam defendendam iurisdictionem habet, iustè potest quoscunque turbantes eam, & retrahentes Christianos ab obseruantia legis Christianæ punire: cum huiusmodi peccata, aut mere fori ecclesiastici, aut saltem fori misti sint, in quibus castigandi iudicium seculare præuenire potest. cap. cum sit generale, de foro compet. cap. contra christianos de hære. in 6 & cap. sæpe 28. q. 1.

DECISIO VII.
Ex conf. 8. alias 5.

7 QVi in vera & catholica fide perseuerans, cum hæreticis sæpius conuersatur, & verba, & hæreticales blasphemias eorum audit, & libros eorum curiositate quadam, & sciendi solum auiditate ductus emit, tenet, & legit, sed postea pœnitentia ductus libros, quos emerat, comburit, & cuiusdam Iubilęi auctoritate a Confessario ab omnib peccatis absoluitur, non obstante quod in dictis literis continebatur expressè, ne legentes, & tenentes libros prohibitos absoluantur, quia confessario persuadet, quod absolui debet ex eo, quia tunc non legebat, nec detinebat, licet legerit, & detinuerit; legendo, & tenendo illos libros in excommunicationem Bullę Cœnæ incidit, non quidem quatenus excommunicat hæreticos (cum hic verè coram Deo Catholicus erat, licet in foro exteriori vt hæreticus erit iudicandus, ex Nau in Man. cap. 11. num. 24. & 25 & cap 27. num. 16.) sed quatenus excommunicat tenentes & legentes libros hęreticorum sine licentia Sedis Apostolicę Confessio vero & absolutio postea a confessario facta valida fuit, (quamuis confessarius potestatem eum absoluendi ab excommunicatione non habuerit) eo quod confessio & absolutio excommunicati se talem ignorantis valent. ita Na. in Ma. c 9. nu. 5.

DECISIO VIII.
Ex conf. 9. alias 3.

8 VLtramontanus qui cum hæreticis vltra montes conuersatus est, illos denunciare non tenetur; si vero cum illis in Italia, vel Hispania, & alijs, vbi viget Inquisitio, conuersatus sit, illos denunciare obligatur, dummodo tamen pro certo, & indubitato sciat aliquem esse hęre-

ticum

Digitized by Google

ticum ex signis sufficientibus, vel ab aliquo fide digno, qui id scit, audiuit, vel per confessionem ipsius id compertum habet, ex Innoc. in cap. cum causa de iuram. calum. & enim talem esse probare poterit; Nec absolui debet, nisi denunciare proponat: Secus autem si dubius fit, an sit hæreticus, nec eum talem esse probare valet: Tunc enim malè faceret, qui ob leuem suspicionem, & ob signa non manifesta aliquem tenti criminis reum denunciaret.

DECISIO IX.

Ex conf. 10. alias 1.

9 Quamuis iure communi Prælati Religionum Congregationis alicuius iurisdictionem in suos subditos habent quo ad ea, quæ ad regulam pertinent, ex Glo. in c. cum ab ecclesiarum de off ord. & etiam consuetudine, vel priuilegio quoad alia crimina, etiam ad imponendam pœnam triremium; c. nullam 18. q. 2. Non tamen eodem iure communi iurisdictionem habent cognoscendi de causis hæresum religiosorum sui ordinis, & eas definiendi, nec consequenter aliquid de ea re statuendi absque priuilegio Sedis Apostolicæ, sed huius rei cognitio, & potestas puniendi, & definiendi per longissimi temporis consuetudinem solis Inquisitoribus, tecum Diœcesanis communicata, reseruatur. c. vt off. cap. vt Inquisitionis. & cap. per hoc. de hæret. in 6. Cle. 1. & 2. de hæret.

DECISIO X.

Ex consil. 11. alias 14.

10 Gubernator secularis ab Episcopo requisitus, vt aliquem in excommunicatione per annum manentem, tanquam suspectum de hæresi capere, aut captum semel Episcopo tradere differens, ne iurisdictioni Regiæ præiudicium faciat, sed in carcerem secularem coniicit, ex quo postea sine alia Gubernatoris culpa, de consensu tamen Carcerarij aufugit, vterque tam Gubernator, quam Carcerarius excommunicationem Bullæ Cœnæ, tanquam hæreticorum fautores, in foro exteriori incurrere censendus est. §. 1. Bullæ cœnæ Quæ excommunicatio Papæ reseruatur, sicut aliæ illius Bullę: Sin vero alijs de causis, & non animo fauendi prædicto capto, quatenus erat de hæresi suspectus, Gubernator mandata implere omittit, & Carcerarius eius fugæ consentit, non quidem ne puniatur de hæresi, sed aliam ob causam, puta miserationis, paupertatis, cognationis, vel amicitiæ, neuter eorum in foro conscientiæ excommunicationem præfatæ Bullæ incurrit. ita Na. in Ma. cap 27. nu. 55.

DECISIO XI.

Ex conf. 12. alias 20.

11 Haereticorum bona, quæ ipso iure propter hæresim cōfiscantur apprehendi, & occupari non possunt, quātumcunque notorius hæreticus sit, donec per ecclesiasticum iudicium hæreticus declaretur. cap. cum secundum. de hæt. in 6. Quæ bona confiscata fisco, ecclesiæ cedunt, si bona illa in territorio ecclesiæ sita sint, aut fisco temporalis, si in territorio seculari posita sint; cap. vergentis de hæret & d. cap. cum secundum. & gl. in clem. 2. de hær. in ea autē cum is, cuius bona propter hæresim confiscantur, laicus sit. argu. cap. Nouit. de iudic.

DECISIO XII.

Ex conf. 13. alias 15.

12 Testis, qui iuratus, & interrogatus de conscio in carcerem pro hæresi ab Inquisitore, quid sentit de eius fidelitate, respondet, se adeo credere illum esse fidelem, vt contentum se dicat comburi, si ipse inueniatur hæreticus; nec peccat, nec ab Inquisitore puniri potest, si conuictus in carcerem probetur hæreticus: cum figurata & hyperbolica locutio: nec mendacium, nec peccatum sit; ita S. Tho. 2. 2. quæst. 3. art. 1 & si peccatum esset, peccatum tamen hæresis non esset, cum nec contra sacram scripturam, nec contra aliquam Ecclesiæ Romanæ determinationem sit; Nec quisquam se obligare potest ad pœnam ignis, mortis, aut mutilationis membri, ex Glo. in cap. cum homo 23. q. 5. cum suorum membrorum non sit Dominus. cap. si quis ingis. de sent. exc.

DECISIO XIII.

Ex conf. 14. alias 10.

13 In Sacramentorum susceptione hæreticos notorios vitare non tenemur, vnde iisdem casibus, & modis in Sacris cū illis communicare possumus, in quibus cum Catholicis, quos scimus esse excommunicatos, si denunciati non fuerint, vt ait Nau. in Man. cap. 27. num 35. Sed & Missa celebrari, & alia officia Diuina publica in ecclesia, in qua hæreticus sepultus, est, peragi possunt, dummodo hæreticus ille denunciatus non fuerit, Extrau. Ad euitanda Mart. V. quam vis hoc olim prohibitum fuerat. cap. Sacris. de sepult. & ca. Ad hæc. de priuileg.

DECISIO XIV.

14 Catholicus cum iuramento a iudice hæretico, vel ab hæreticis constituto interrogatus, si sacrum fecerit, vel eidem interfuerit, Respondens simpliciter se nescire, peccat, quia peierat, & mendacium iuratum profert; Qui vero non iurat simpliciter, sed cum additione mentali interiori, intendendo scilicet intra se quod non ita, vt dicere tenetur, non peccat, sed bene facit & meretur. ex Naua in Man. c. 18. nu. 60 & 61. & cap. 24. nu. 43.

DECISIO XV.

15 Degens in terris hæreticorum habens propositum seruandi fidem catholicam, ita, vt ope diuina nunquam eam negabit, nec desinet eam confiteri quoties id fuerit necessarium ad gloriam Dei, vel ad vtilitatem proximi, non tenetur inde exire, alias vero tenetur, ex S. Thom. 2. 2. q. 3. art. 2. & ibi Caie.

DECISIO XVI.

Ex conf. 15. alias 12.

16 Catholicus in partibus, vbi palam hæreses vigent, si propinquus defunctorum rogatus sit, eorum funus comitari quando ipsi hæretici defuncti ad sepulturam hæreticorum more deducuntur, licitè, & sine peccato id facere potest, dummodo is qui sepeliendus est, non sit hæreticus denunciatus pro excommunicato. Extr. Ad Euitanda Mart. V. & Nau. in Man. c. 27. num 55. aut id intentione fauendi hæreticis, quatenus hæretici sunt, non faciat, sed solo intuitu & honesto respectu humanitatis naturalis, vel cognationis, vel locationis operę; Sicut enim potest eum licitè comitari, vel deducere viuum ad alia opera per se licita, & cum eo communicare ipsi edendo, bibendo, & contrahendo sine intentione fauendi ei ob hæresim, si non sit denunciatus excommunicatus; Sic etiam illi mortuo communicare potest, eū ad sepulturam deducendo, quod est per se licitum, & hoc etiam si essent hæretici manifesti, & notorij; Non tamen licet ipsos sepelire; multoque minus hæreticos denunciatos, aut intentione fauendi illis, vt hæretici sunt, aut aliqua alia de causa ad funus, & sepulturam deducere fas erit.

DECISIO XVII.

17 Catholici terrarum, in quibus hæretici, & alij perfidi imperat, & iurisdictionem exercent, claudere possunt officinas suas, in quibus operantur, iubente id Principe, vel Magistratu hæretico, vel alio infideli, diebus festis ab hæreticis, vel infidelibus institutis; modo id animo fauendi hæreticis, vel alijs infidelium ritibus ab ecclesia catholica damnatis, non faciant: Cum huiusmodi officinarum clausio opus ea se indifferens sit, quod bonu, & malo fine fieri potest. ita S. Thom. 1. 2. quæst. 18 artic. 6 & licitè, & iustè obediunt superiori infideli talia opera indifferentia iubenti, vt patet ex capit. Qui resistit. 11. quest. tertia. & seq. ida-

Digitized by Google

lum orietur ex resistentia, & inobedientia non claudendo officinas, quod catholici semper vitare tenentur, quoties id licitè fieri poterit. ex S. Thom. 2. 2. quæst. 43. art. 7. & 8.

DECISIO XVIII.
Ex cons. 16. alias. 24.

18 LAicus quantumuis doctus de fide disputans, dummodo sciat id esse prohibitum sub pœna excommunicationis, mortaliter peccat, & excommunicandus est. cap. Quicunque. §. inhibemus, de hær. in 6 ipso tamen iure sic disputando excommunicationem non incurrit.

DECISIO XIX.
Ex consil. 17. alias 6.

19 SIcut scriptura priuata manu aliena scripta, nemini nocere debet, nisi testibus munita fuerit, vel manu propria quis ei subscripserit; c. 1. & 2. de fide instrum. glo. Innoc. & Felin. ibi. Sic nemo accusandus, aut arguendus est, eo quod hoc, vel illud scripserit etiam sua manu propria in chartulis, commentariolis, & alijs memorialibus imperfectis, indigestis, & inemendatis, quibus manus extrema non fit adhibita, aut in lucem edita non sint. l. ex scriptur. de testamen. Immo excusandus est cuiuslibet operis scriptor, si in eius editione sit protestatus, se illud Sacrosanctæ Ecclesiæ iudicio, & censuræ submittere, etiamsi opus sit editum, & manu extrema donatum. capit. Damnamus. §. in nullo tamen. de summa Trinit.

DECISIO XX.
Ex cons. 7. & 11. in Nouis, quæ eadem sunt, desunt in antiquis.

20 INsordescens in excommunicatione ex quacunque causa incursa vltra annum contra ipsum publicata, immo etiam si excõicatus declaratus non fuerit, (cum Extrauagans, Ad euitanda ipsismet excõicatis nihil prosit,) à iudice competenti ad dandam rationem suæ fidei catholicæ vocari potest; cap. ad abolendam, §. præsenti. de hæret. Concil. Trid. sess. 25. de ref. ca. 3. non tamen vt hæreticus declarari potest, aut de hæresi suspectus, nisi per annum continuum (qualis non est quando etiam per absolutionem ad reincidentiam absolutus fuit.) à die monitionis in eadem excommunicatione pertinaciter perseuerauerit. cap. cum contumacia. de hæret. in 6.

DECISIO XXI.
Ex cons. 8. in Nouis, deest in antiq.

21 HAeresis manifesta non est, nec ad sacræ inquisitionis officium spectat, dicere in maxima hominum mortalitate, ob frequentia funeralia, Christus multum lucrabitur; Christus pauciores habebit amicos, si perget eos occidere; Ad maiorem tamen securitatem talis sancto officio se præsentare potest petendo declaratoriam; vel si iudicatur in foro exteriori culpabilis, absolutionem.

DECISIO XXII.
Ex cons. 16. & 17. quæ ferè eadem sunt, desunt in antiquis.

22 ABiurans hæresim ob leuem, aut vehementem suspitionem falsam tamen, & condemnatus, vt cum alijs publicè candelam in manibus portet, & ad triremes ob pœnitentiam ad paruum tempus transmissus & si in foro conscientiæ innocens sit, & ab irregularitate liber, poteritque, vbi nõ timet de foro exteriori, ordines suscipere, & celebrare; in foro tamen exteriori irregolaris ob solemnem & publicam pænitentiam iudicabitur.

DECISIO XXIII.

Ex cons. 23. in Nouis, deest in antiquis.

23 FIlij nati ante dignitatem patris, vel postquam ab ea motus, vel mortuus fuerat, sicut illius priuilegiis non gaudent. l. emancipatum ff. de senator. ita qui ante patris hæresim, vel rebellionem nascuntur, pœnis eorum non afficiuntur, sed licite absque dispensatione ad honores & Magistratus promoueri possunt, nec sub dispositione cap. statum de hæret. in 6. comprehenduntur. Argu. l. 2. C. de liber. & eorum liber.

TITVLVS VII.

De Apostasia, & Apostatis,

SVMMARIVM.

1 *Apostata a religione quis dicendus.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 CVm ex consensu Doctorum Apostata a religione dicatur religiosus expresse, vel tacite professus, qui in religionem, quam professus est, deserit sine transitio ad aliam, cum animo non reuertendi ad suam; Nec monachus in religione, & intra Monasterium degens, etiamsi iustis Prælati præceptis obedire renuat, aut votum castitatis violat, Apostata dicitur, Cai 2. 2. q. 12. art. 5. sed inobediens, & impudicus solum appellandus est: Neque qui Monasterium exit sine licentia Prælati absque animo deserendi religionem, quamuis cum intentione intrandi aliam religionem etiam laxiorem, si intret illam, Apostata erit, aut in Apostatarum pœnas incidit. ex Innoc. in cap. si de renuncia. & in cap. intelleximus de ætat. & qualit. cum tali a religione non recedat: Multoque minus Apostata censeri debet, qui ad arctiorem religionem transit, petita, licet non obtenta superioris licentia, cum talis transitio non sit retrocessio criminalis aut mortifera, cap. licet. de regula. qualis tamen requiritur, vt quis sit Apostata: Neque etiam omnis retrocessio mortifera, & propter quam incurritur, excõmunicatio maior, Apostatam efficit; cum per temerariam habitus desertionem peccetur mortaliter, & iure ipso excommunicatio incurratur, c. 2. Ne cleric. vel monac. in 6. nec tamen Apostata efficitur, & hoc etiamsi dimissio habitus fieret ad liberius peccandũ, cum animo tamen eum statim resumendi; ita Extrau. Viã. de regul. Neque qui Monasterium egreditur inconsulto Prælato per aliquot paucos passus statim reuersurus, Apostata censetur, cum talis egressus non sit mortalis, eo quod materiæ paruitas in omni materia a mortali culpa excusat; ex S. Thom. 2. 2. quæst. 59 artic. 4 ex Nauar. in Man. cap. 11. num 4. Immo etiamsi causa vagandi sine licentia sit egressus, & sine intentione intrandi aliam religionem, modo intentionem deserendi religionem non habeat. vt Caiet. 2. 2. quæst. 12 artic 1. Sed nec Apostata erit, qui mediante legitima dispensatione ad aliam religionem, vel ad aliam locum transfertur; ita Extrau. Viam. de regul. not qui ad Episcopatum translatus est, Clem. 5. de elec. & cap cum olim. 2. de priuileg. Nec institutus perpetuo in aliqua ecclesia, qui desinit esse claustralis; glo. in clem. 1. § ad hæc de statu monac. Neque qui auctoritate sui Generalis vel Prouincialis exit, & extra Monasterium degit subueniendo necessitati parentum, in quam post eius professionem inciderunt; ex S. Thom. 2. 2. q. 101 art. 5 & Nau. in Man. cap. 14. num. 14. & multo minus si ante professionem eius tanta necessitate oppressi erant, quia tunc etiam nolente Superiori exire tenetur, & eius subuenire, si possit: ita S. Thom. vbi supra. vnde nec Bullas Pauli IV. Extrauagan. postquam. constitut. 29. aut Pij V. Extrauagan. Quæcunque constit. 91. incurrunt, nisi Apostatæ a religione, qui exeunt Monasteria, & religiones per exitum mortiferum, cum animo non redeundi ad religiones, quas professi sunt, nec alias intrandi. 1

Digitized by Google

TITVLVS VIII.

De Homicidio voluntario, vel casuali.

SVMMARIVM.

1 *Dispensandi facultas super irregularitate generaliter concessa, ad bigamiam, & homicidium voluntarium non extenditur.*

2 *Beneficium post irregularitatem obtentum, vt suum, nemo retinere potest.*

3 *Beneficium per superuenientē irregularitatem non vacat.*

4 *Irregularis in choro canere, & alia officia facere, quæ laicus, potest.*

5 *Dispensatus generaliter eo, quod bello iusto interfuit, si aliquem scienter occidit, non dicitur dispensatus.*

6 *Irregularis an sit alium generaliter ad vindictam hortans, si sequatur homicidium.*

7 *Homicidium casuale ex ludo licito secutum, non facit irregularem.*

8 *Occidens citra modum inculpatæ tutelæ irregularis est sed non ex homicidio voluntario.*

9 *Monachus adiuuans chirurgum abscindentem membrum putridum, non est irregularis.*

10 *Clericus etiam protestando, non potest ante sententiam agere ad capturam in fures rerum suarum, nisi sit fugitiuus.*

11 *Percussus percussorem detegens, si alter postea occidatur, quando irregularis.*

12 *Irregularem facit mors non intenta ex opere illicito in illam directo.*

13 *Pugnans in bello iusto, si per se non occidit, licet iuuerit, non est irregularis.*

14 *Occidens, se defendendo, cui fuga fuisset dedecori, non peccat, est tamen irregularis.*

15 *Irregulares sunt omnes rixæ iniustę astantes, homicidio secuto.*

16 *Irregulares iuste occidentes, vel ad id adiuuantes.*

17 *Irregulares sunt comitantes executorem mortis sententię.*

18 *Irregularis non est clericus bellans in bello iusto, in quo multi occiduntur ab alijs.*

19 *Irregularis ex homicidio voluntario fit, qui sine mandato iudicis Banniti occisores iuuat.*

20 *Irregularis non est, qui non impedit, cum posset, homicidium.*

21 *Irregularis non fit percutiens alium in facie, & perpetuo macula maneret.*

22 *Irregularis non est procurans abortum, nisi fœtus sit animatus, & quando sit animatus.*

23 *Irregularis an censendus sit saltans cum prægnante, abortu secuto.*

24 *Irregularis fit, qui est causa rixæ, ex qua sequitur homicidium.*

25 *Irregularis fit, sed dispensabilis, mandans aliquem percuti baculo citra mortem, illa secuta.*

26 *Irregularis fit indispensabilis percutiens ense in capite etiam citra intentionem occidendi, morte secuta.*

27 *Irregularis est publicans alterius delictum, ob quod alter occiditur.*

28 *Irregularis est dispensabilis promittens defendere eum, qui se baculo vindicare intendens iniuriantem occidit.*

29 *Irregularis non est ensem euaginatum bono animo tenens, dum frater suus alium occidit.*

30 *Irregularis est occidens inuasorem etiam cum moderamine, si culpa sua inuasus sit.*

31 *Dispensandi facultas generaliter concessa, excepto homicidio voluntario, & bigamia, non extenditur ad irregularitatem prouenientem ex homicidio iusto, seu mutilatione.*

32 *Irregularis, sicut ad beneficia, ad pensiones est inhabilis.*

33 *Sacerdos insequi potest malefactorem suum, & procurare vt capiatur, sed non agere criminaliter.*

34 *Irregularis non est testis, cuius dictum non fuit causa sententiæ mortis.*

35 *Irregularis non est clericus, iurisdictionem criminalem delegans.*

36 *Grauida non potest sine peccato permittere se scindi, vt sic puer possit baptizari.*

37 *Ignorantia iuris nec a peccato, nec ab irregularitate excusat sacerdotem occisionem etiam iustam opitulantem.*

38 *Rixante me cum aliquo pro materia pecuniaria, si tertius ob id aduersarium mutilet, vel accidat, an ego irregularis sim.*

39 *Moderamen inculpatæ tutelæ, secundum quid attenditur.*

40 *Adulterum cum vxore repertum an liceat occidere.*

41 *Aggressorem, ad mei necessariam defensionem, quando præuenire licet.*

42 *Irregularis est, qui domum ingressus ad adulterandum, se defendendo, alium occidit.*

43 *Dans consilium, & remedia ad abortum prægnanti, quæ postea puerum bene natum occidit, an & quando irregularis efficitur.*

DECISIO I.
Ex consil. 1. alias 38.

1 DIspensandi facultas super irregularitate generaliter concessa superioribus alicuis Congregationis, ad Bigamiam, & homicidium voluntarium non extenditur: quia insolita in generali concessione non veniunt c. fin. de offic. vic. num. 6. Et cum Papa huiusmodi facultatem suis Nuncijs & legatis a latere non concedat, nec summo Pænitentiario, nec toti Sacræ Pænitentiarię Prætorio, non censetur eam Prælatis religionis sub generali concessione concedere: cum credenda non sint, quæ non sunt verisimilia, cap. quia non est verisimile de præsumpt.

DECISIO II.
Ex consil. 2. alias 42.

2 HOmicida, vel alios irregularis beneficium quæsitum post irregularitatem ante dispensationem obtentam, tanquam suum, nullo potest tempore sine peccato retinere: arg. cap. 1. de reg. iur. in 6. sicut nec fur vllo potest tempore rem furto subtractam tanquam suam retinere. cap. Sæpe. de restit. spol. eo quod præcepta negatiua semper, & ad semper obligant. ex S. Tho. 2. 2. q. 43. ar. 4.

DECISIO III.
Ex consil. 3. alias 43. & etiam 14. de rescript.

3 ANte homicidium possidens canonicam ecclesiæ collegiatæ non sufficientem ad victum, & impetrans a Papa dispensationem obtinendi beneficium simplex non requirens ordinem, quod victui suo sufficeret, non facta mentione quod præfatam Canonicam haberet, valida est dispensatio: cum gratia ad beneficia victui necessaria, tacito beneficio quęsito non vitiatur; Rota in nouis. dec. 31. de rescrip. Fel. in cap. postulasti. tit. eodem Nec per superuenientem irregularitatem vacat beneficium ante legitime quęsitum, capit. clericus Ne cleric. vel monach. & cap. cum de concess. preb. Nec ad illud retinendum opus est dispensatione, sed solum ad alia obtinenda.

Digitized by Google

DECISIO IV.

4 IRregularis in choro cum aliis canere, & alia officia facere, quę laicus potest, actus tamen proprios ordinum exercere nequit, ex Nauar in Man. c. 27. nu. 191. sola enim irregularitas separata ab excommunicatione, suspensione, & interdicto huiusmodi actuum exercitium etiam cum aliis, non impedit, qui non sunt proprij actus ordinum, quales nō sunt canere in choro, vel extra illum officia diuina recitare, cum hoc etiam laicis licitum sit.

DECISIO V.

Ex *conf.* 4. *alias* 18. *de rescrip.*

5 OCcidens voluntariè presbyterum, & per Iubilæum a peccato absolutus, si impetrando dispensationem super irregularitate, dicit simpliciter sequendam hominem occidisse, non facta mentione, quod esset presbyter, dispensatio est nulla: Quia tacuit verum, non exprimendo satis specialiter delictum, quod de iure exprimendum erat: & quod expressum, Papam a concedenda dispensatione retraxisset, quod facit gratiam subreptitiam, ca. postulasti. & cap. super literis. de rescri. & Naua. in Man. cap 22. num. 86.

DECISIO V.

Ex conf. 5. in vtrisque.

5 HAereticus mortiferè percussus veniens ad exercitum Catholicum dicens se esse Catholicum, & vnus ex Catholicis ex compassione dicens ei, melius esse, vt omnino sanari nequeat: Si ob eius dictum postea aliquo audiente occidatur saltem prius quam alias occideretur, Catholicus irregularis efficitur: cum huiusmodi dictum, tacita quędam cohortatio fuerit ad illum occidendum ex Nau. in Man. c. 27. num. 215. Et dispensatus postea generaliter a Papa, eo quod interfuit bello iusto, in quo multi erant occisi, se iuuante occisores, non censetur etiam in hac irregularitate dispensatus: Quia in narratione petitionis non expressit aliquid quod dici posset irregularis ob occisionem huius in speciali.

DECISIO VI.

Ex consil. 6. alias 15.

6 REgularis, qui intellectis quibusdam facinorosis delictis a Bannitis in patriam, & amicum perpetratis, ad eundem amicum consolatorias, & ad vindictam hortatorias literas scribit, ignorans tamen an ad eundem peruenerint, si deinde dicti Banniti ab illo amico occidantur, irregularis non est, dummodo literæ illæ quę vindictam consulebant solum in generali, & non in particulari, priuata auctoritate faciendam, aut non peruenerint ad eum, cui descriptæ erant, vt causa iudicari possint secuti homicidij, alias nō secuturi: in dubio autem reputare debet se irregularitatem non incurrere: sin vero eam incurrerit non potest per Priuilegium Eugenij IV. concedentis facultatem superioribus suæ religionis dispensandi super irregularitate ex homicidio prouenientem, dispensar; cum tale Priuilegium, nec summo Pœnitentiario, neq legatis a latere conceditur, & huiusmodi Priuilegia religiosis concessa post Eugenium IV. restringuntur, vt irregularitatem ex homicidio voluntario cōtractam non comprehendant.

DECISIO VII.

Ex conf. 7. alias 3.

7 HOmicidium casuale ex ludo licito secutum, irregularem non facit, cap. Ioannes. de homicid. & Nauar. in manu. cap. 27. num. 211. ex illicito autem irregularitatem parit cap. continebatur, & cap. presbyterum, de homic.

DECISIO VIII.

Ex conf. 8. alias 36.

8 OCcidens alium pro sua defensione; sed non ob ineuitabilem necessitatem, & proinde excedens moderamen inculpatæ tutelæ, irregularis efficitur, Clement. 1. de homic. non tamen ea irregularitate, quæ prouenit ex homicidio voluntario, & ex proposito, & indispensabili; vnde tū eo ab ordinario dispensari potest, etiam ad ministrandum in sacris ordinibus; cum Concilium Tridentinum sess. 14 ca. 7. de ref. de eo loquatur, qui eget dispensatione & consequenter de eo, qui non occidit ob ineuitabilem defendendi vitam necessitatem, quia talis nullatenus irregularis efficitur. Cle. 1. de homic.

DECISIO IX.

9. 12 dub. 1.

Ex conf. 18. (*alias*) 12. *dub.* 2.

9 MOnachus adiuuans Chirurgum volentem abscindere brachium putridum alterius Monachi pro corporis sanitate, irregularis non est; cap. t. si quis a medicis dist. 55. Sicut nec ipse Chirurgus irregularis est, qui licitè membrū illud abscindit, ita Nauar. in Man. cap 27. num. 217. Monachus autem illud abscindens irregularis erit, cum chirurgi officium sit illi prohibitum, cap. tua de hom. & Pan. io cap. sententiam. Ne cler. vel Monachi sec. negot.

DECISIO X.

10 CLericus etiam protestando coram iudice laico de fure ijse noluit eum pœna sanguinis puniri, sed tantum vt cogatur ad damnum illatum restituendum, & iniuriarum emendam faciendam; cap. Prælatis de homic. in 6. Si postea indicat locum vbi fur comprehendi possit, & fur ibi comprehensus, & postea suspensus sit, irregularis erit, si fur non erat fugitiua persona; secus autem si fugitiuus erat, ita quod probabiliter crederetur, quod sententia contra eum lata parum profuisset, nisi persona detineretur: cum in hoc posteriori casu captura necessaria sit ad effectum sententiæ etiam ciuiliter latæ non autem in priori, & ideo in priori euentu irregularis erit, non autem in posteriori.

DECISIO XI.

10. 19.

Ex *consil.* 12. (*alias*) 22.

25 22

11 PErcussus, & vulneratus percussoris nomen post aliquod tempus amico suo detegens, si postea amici iudicio percussor a iudice inuentus sit, & ab aliquo occisus, non est censendus percussus irregularis; cum detectio nominis eius nō sit causa propinqua sed remota tantum mortis illius, quæ ad irregularitatem incurrendam non sufficit; cum homicidij tantum causa propinqua, & non remota irregularitatem parit. cap. de occidendis. 23. q. 5. & glo. in cap. de cetero. de homic & Nauar. in Manu cap. 27. num 210 Nec dictum illud suapte natura aut intentione proferentis in mortem illius sufficienter directum fuit, & ideo irregularitatem producere non censetur.

DECISIO XII.

12 MIttens aliquem intentione mala, scilicet furandi aliquid, misso in via ictu fulminis, aut alio casu occiso, mittens non fit irregularis; Quia licet missio illa in se esset illicita, & ex ea secuta sit mors, quatenus tamen illicita erat non dirigebatur sufficienter in illam, & mors non intenta secuta ex opere tunc solum quem irregularem facit, quando opus illud illicitum eo respectu est tale, quod in illam dirigitur, ita patet ex Nauar. in Manu. cap. 27. nume. 200.

DECISIO XIII.

21 11

Ex conf. 12. (*alias*) 8.

2. 4.

13 PVgnans in bello iusto pro iustè bellante, & non occidens, nec mutilans manibus suis, non est irregularis, etiamsi multi ab vtraque parte occidantur, & etiamsi aliquos percutiat, & alios occidentes moeat; dummodo ipse non occidat, nec mutilet, cap penul. de homicid. & Panor.

in

Digitized by Google

in cap 2. de immun. eccl. Dubius autem an ipse occiderit nec ne, a iudice, & in foro exteriori irregularis iudicandus non est, cum nemo in dubio a iudice irregularis iudicari debeat ex Inno. in c. ad audientiam. de homic. ipse tamen in dubio, & in foro conscientiæ, seipsum irregularem existimare debet; arg. d. c. ad audientiam & c. iuuenis de sponsa. Cum in dubio pars tutior eligenda sit ex Nau. in Man. c. 27. nu. 193.

DECISIO XIV.

14 Occidens, se defendendo, cui fuga fuisset, iniuriæ, & dedecori, non peccat, irregularitatem tamen incurrit; cũ hæc sine peccato contrahi possit, vt ait Nau in Man cap. 27. num. 211 dummodo sine mortis periculo fugere posset: Sin vero fuga periculosa sit ob casum, vel velocitatem hostis insequentis, vel ob impedimenta viarum, aut aliam ob causam, nec peccat, nec irregularis est; cum iudicanda sit mors ineuitabilis quoties sine periculo probabili mortis vitari non possit.

DECISIO XV.

Ex conf. 14. alias 15.

15 Clerici cum laicis, & cum armis carcerem adeuntes ad aliquem in carcerem coniectum liberandum, & eo deducto, superuenient apparitores iudicis, qui eum in carcerẽ reducere conantur; si in ea rixa apparitorum aliquis occidatur, prædicti clerici, etiam si non occiderint, nec percusserint, fiunt irregulares; cum ex parte volentium eum e carcere liberare rixa, seu bellum iniustum fuerit; Quoties autem quis in bello iniusto occiditur, vel mutilatur, astantes omnes a parte bellante iniuste, irregulares fiunt ex Na. in Man. c. 27. nu. 220. & 221. & indigent dispensatione quoad forum exterius, per officiũ Datariæ quoad vtrunque forum obtinenda.

DECISIO XVI.

Ex conf. 15. alias 7.

16 Qui ex facinoribus Bannitorum commotus, cum armis comitatur eos, qui illos iuste insequuntur, vt eorum fugam impediat, si postea ab eisdem Banniti occisi fuerint, irregularis efficitur, quamuis ipse nullum occiderit, aut percusserit; cum cooperatus sit aliis, qui illos occiderunt, e domo cũ illis exeundo arma ferendo, & Bannitorum fugam impediendo; non tamen peccauit, cum ipsi iuste occisi sint.

DECISIO XVII.

17 Qui comitantur iudicem ducentem aliquem ad sententiam mortis exequendam, etiamsi nihil agant, omnes efficiuntur irregulares.

DECISIO XVIII.
Ex consil. 16. alias 10.

18 Clericus in bello iusto pugnans irregularis non est, etiã si socij eius occidant aliquos, dummodo ipse aliquem non occiderit, esto percusserit, c. pen. de homic.

DECISIO XIX.
Ex consil. 17. alias 13.

19 Clericus associatus alios occidere volentes Bannitum, & vna cum eis scloppis eum occidens, tanquam cooperator, & auxiliator irregularitatem ex homicidio voluntario contractam incurrit: cap. sicut dignum, §. fin. de homic. & Nau. in Man. cap. 27. num. 224. Nec beneficia ecclesiastica ante dispensationem acquirere potest ex Pan. in c. cum nostris. de conceff. præb. Habita tamen faltam simplicia iuste retinere potest, donec illis per iudicem priuetur: ita Innoc. in d. c. cum nostris. Ad ordines tamen superiores promoueri non potest, ex Nauar. in Manua. cap. 27. nu. 191. Neque cum eo dispensare potest Episcopus, vt beneficium simplex obtineat, vel ordines suscipiat, vt patet ex Concilio Triden. sess. 14. cap. 7. de refor.

DECISIO XX.

Ex conf. 19. alias 23.

20 Qui alium, occidere volentem, & vere occidentem, cum posset, non impedit, irregularis non est, dummodo occidenti non cooperetur; sicut nec furti tenetur, qui videt alium furari, & non iuuat illum, nec dominum rei admonet, vt ait Adrian 4. tit. de rest. q 1. & Nau in Man ca. 24. nu. 7. Neque percussionem clerici alieno nomine factam ratificans excommunicatur, c. cum quis. de sent. excom. in 6.

DECISIO XXI.

Ex conf. 20. alias 2.

21 Percutiens alium in facie, aut alia corporis parte vulnere graui, & deformi, irregularis non est, etiamsi macula perpetuo maneret; cum hoc nullo iure cautum sit, irregularitas autem non nisi in casibus a iure expressis incurratur, ca. Is qui de senten. excommun. in 6. Nec omnis alium irregularem faciens irregularis efficitur, sicut nec alterius membrum debilitans irregularitatem incurrit, ex Nau. in Manu. c. 27. num. 207.

DECISIO XXII.

Ex conf. 22 & 23. alias 46. deest in Nouis.

22 Sciens mulierem ex se concepisse, & eidem consulens, vt det operam abortiendi quamuis certo nesciat an illa ex consilio abortierit, dubitat tamen, cum abortus fuerit ; sic rogando, & consulendo peccauit mortaliter toties, quoties rogauit, aut ei consuluit, vt abortiret: Non est tamen irregularis, si abortus factus sit antequam fœtus anima rationali animatus erat: fœtus autem masculus lapsis quadraginta diebus, femineus autem octuaginta diebus animatur. glo. dist. 5. in princ. Quod si dubitatur an fit masculus, an femineus, præsumendum est post quadraginta dies animatum esse: Quia pars securior est eligenda, c. p Iuuenis de sponsal. & cap. ad audientiam. de hom cid. vnde illum consulens, & rogans, se irregularem iudicare debet, & dispensatione Papæ in Sacra Pœnitentiaria petenda indiget.

DECISIO XXIII.

Ex conf. 24. alias 48.

23 Clericus primæ tonsuræ in choreis cum muliere quadam prægnante saltans, quæ postea etiam cum aliis saltauit, abortu secuto, non est irregularis, si saltatio illa licita, & honesta fuerit, & adeo modeste saltauit, vt verisimile sit ex illa saltatione abortum non prouenisse: argum. cap quia non est de præsumption. & Nauar. in Manu c. 27. num. 210. & 229 secus autem si saltatio illa vt illicita fuerit, vel non ita leuis, vt causa abortionis iudicari possit; Et in dubio se irregularem iudicare debet; maximè cum saltatio cũ muliere prægnante actus sit sua quasi natura ordinatus, & aliquo modo ad abortum, & mortẽ fœtus animati directus.

DECISIO XXIV.

24 Duo inter se rixantes, quorum causa; alij etiam duo rixas inter se excitent, & grauiter sese vulnerant, ita vt vnus eorum post aliquot dies ex accepto vulnere moriatur, irregulares sunt, si rixa secunda dependens, & accessoria fuerit rixæ priori, & ex primo eorum facto illicito, & durante rixa priori, secuta sit rixa secunda, ex qua mors secuta est: ex Nau. in Man. ca. 27. num. 219. Hæc tamen irregularitas non nascitur ex homicidio voluntario indispensabili, sed ex casuali dispensabili, & mixto, vt ait Conc. Trid. sess. 14. ca 7. de reformat. Si autem rixa secunda rixæ priori accessoria non fuerit, sed seperata irregularitatem non incurrunt.

DE-

Digitized by Google

DECISIO XXV.

Ex conf. 27. alias 27.

25 MAndans alicui, vt aliquem baculo percutiat citra mortem, ea secuta est irregularis ex homicidio; non tamen irregularitate indispensabili, vt colligitur ex Conc. Triden. sess. 14. c. 7. de refor. & Nau. in Manu. c. 27. nu. 140.

DECISIO XXVI.

Ex conf. 28. deest in Nouis.

26 PErcutiens leuiter ense in capite, etiam sine intentione occidendi, morte secuta, irregularis ex homicidio voluntario indispensabili efficitur, saltem in foro exteriori; ita Concil. Trid. sess. 14. c. 7. de ref. & vix excusari potest etiam in foro interiori.

DECISIO XXVII.

Ex consil. 29. 30. alias 21. 34.

27 PVblicans alicuius delictum, in quo publicando peccat, & alter ob eius dictum comprehenditur, & occiditur, irregularis est. Argum. c. presbyterum. de homic. & ait Nau. in Man. c. 15. nu. 6. & c. 27. num 214 & 219. cum ex omni homicidio illicito, quod sequitur ex actu illicito sua natura, lege, vel consuetudine, circumstantijs consideratis, expressè, vel virtualiter ad illud directo, irregularitas contrahatur.

DECISIO XXVIII.

Ex consil 31. alias 28.

28 PRomittens defendere alium, qui se baculo vindicare incendens iniuriantem occidit, irregularis efficitur irregularitate illa que, quæ casualis, & dispensabilis est, non autem illa, quæ ex homicidio voluntario, & indispensabili nascitur, vt ait Nauar. in Man. c. 27. num. 219. & 239.

DECISIO XXIX.

Ex conf. 32. alias 24.

29 BOno animo ensem euaginatum in manu tenens sine vlla alia læsione, si alius in rixa percussus a fratre suo gladio, ex alia percussione postea moritur, irregularis non est in foro interiori, aut exteriori, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 220 cum ipse nec alium occidit, nec fratrem suum occidentem iuuit nec, vt occideret, mandauit, consuluit, aut causa proxima eum occidendi, aut percutiendi fuit.

DECISIO XXX.

Ex conf. 33. alias 32.

30 OCcidens inuasorem, etiam cum moderamine inculpatæ tutelæ, irregularis est, si inuasio eius ex actu illicito ipsius inuasi præcedente procedat; ita Nau. in Man. ca. 15 nu. 7. cum ad irregularitatem vitandam non satis sit, quod occidens inculpatæ tutelæ moderamen seruet eo tempore, quo inuasus occidit, si ipsemet inuasionis causa extiterit.

DECISIO XXXI.

Ex conf. 34. alias 39.

31 HAbens potestatem dispensandi super omni irregularitate, excepta illa, quæ ex Bigamia, vel homicidio voluntario nascitur; super irregularitate contracta ex homicidio iusto, voluntarie facto in bello iusto, cum armis, vel in pace condemnando iuste aliquem ad mortem, vel iustam condemnationem exequendo, vel proximum defendendo, vel quouis alio iusto modo, dispensare non potest, ex Nauar. in Man. c. 27. num. 217. & 240. vnde nec in huiusmodi dispensare valet Episcopus; cum per Concilium Tridentinum, sess. 24 c. 6. de refor. illis tantum data sit dispensandi potestas super irregularitate ex delicto occulto descendente, qualis non est illa, quæ ex homicidio iusto prouenit.

DECISIO XXXII.

Ex conf. 35. alias 44.

32 IVdex, qui postquam hominem ad mortem damnauit, & post sententiæ executionem non aduertens se irregularem esse primam tonsuram accipit, peccat cum id scire teneatur, & dispensatione indiget, vt prædicti ordinis priuilegijs gaudeat, aut alios ordines suscipiat, cum sit irregularis; Primam tamen tonsuram sumendo, excommunicationem, suspensionem, aut aliam irregularitatem non incurrit. Argum. c. vel non est. de temp. ord. quamuis ratione præfatæ irregularitatis ad pensionis, & beneficia etiam simplicia sit inhabilis, donec dispensationem a Papa obtineat; vnde beneficia, vel pensiones post irregularitatem talem, non habita dispensatione, obtentas relinquere tenetur, antea tamen quæsitas per illam non perdit, ita Inn. in c. cū nostris. de conces. præb.

DECISIO XXXIII.

Ex *consil. 36. alias 11.*

33 PResbyter iniurijs, & malis ab alio affectus, apparitores ad eum insequendum, & custodiendum hortans, & rogans, si alter, ne in potestatem apparitorum veniat, mortem ipse sibi infert, irregularis non est; cap. Significasti. 2. de homic. cum presbyter ille huius mortis nullo modo causa sit, nisi valde remota, & insufficiens quæ irregularitatem non parit; Glo. in cap. de cætero. tit. eod. præsertim cum hic, neque illum occiderit, neque consuluit, neque mandauit, nec alicui alteri, qui eum occideret, opem attulerit, & irregularitas propter homicidium non contrahitur nisi ab eo, qui aliquid horum fecerit, cap. sententiam. Nec clerici, vel monachi, sed præterea actus, quos presbyter fecit, liciti erant; quamuis enim illicitum sit petere, vt reus criminaliter puniatur, illicitum tamen non est presbytero malefactorem suum insequi, nec procurare, vt capiatur; cap. significasti 2. de homicid. immo nec iudicare iudici esse sibi paratas insidias; cap. de occidendis, 23. q. 5. ca. Maximinianus, 23 q. 3. & proinde nulla de causa talis presbyter irregularis est censendus.

DECISIO XXXIV.

Ex conf. 37. alias 18.

34 TEstis, cuius dictum non est causa sententiæ mortis alterius, aut accelerationis eiusdem, irregularitatem non incurrit; secus autem si propter eius testimonium suspensus quis sit, aut saltem citius; quam alias fuisset, ita Nauar. in Man. cap. 27 num. 211.

DECISIO XXXV.

Ex conf. 38. alias 16.

35 EPiscopus iurisdictionem criminalem habens, & secretario suo iubens, vt deferat literas quasdam, quas ipse ad quendam commissarium scripsit, in quibus ipsi commissario iubetur, vt sententia mortis, quam contra quendam tulerat, mane diei sequentis executioni mandaretur, secuta morte, tam ipse Episcopus, quam eius Secretarius sunt irregulares, ita Ioan. And. in c. episcopus ne cleric. vel monach. in 6 & ca. prælatis. de homic. in 6 cum aliud sit committere generaliter iurisdictionem criminalem, quod sine irregularitate fieri potest; aliud dicere commissario, qui iam reum morti condemnauit, vt eum occidat, quod sine irregularitate fieri nequit. Sicut clerico hortari licet milites præliaturos generaliter ad victoriam consequendam; c. igitur, 23. q 8. non tamen licet hortari vnum, vel plures milites specialiter ad occidendum, & maxime illum, vel illum particularem, ita Innoc. in c. pen. de hom. & Nau. in Man. c. 27. num. 221.

DECISIO XXXVI.

Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiq.

36 SIcut nemo seipsum absque peccato mortali occidere potest, cap. si non licet, 23. quæst. 5. ita nec absque simili peccato consentire quis potest, vt alius eum occidat, quando alter ipsum non consentientem non occideret: vnde nec prægnans

gnans sine peccato se scindi permittere potest, vt sic infans in vtero existens baptizetur.

DECISIO XXXVII.
Ex cons 17. & 50. in Nouis, eadem ferè sunt, & desunt in antiquis.

37 IGnorantia iurisnec a peccato, nec ab irregularitate excusat sacerdotem occisionem etiam iustam opitulantem; irregularitas tamen hæc non est illa indispensabilis, quæ a potestate dispensandi data episcopis excipitur, per Conc. Trid. sess 24. de refor. cap. 6. vnde episcopus in illa dispensare potest, quando ex delicto occulto oritur.

DECISIO XXXVIII.
Ex *cons 26. in* Nouis *deest in antiquis.*

38 RIxante Petro cum Ioanne pro materia pecuniaria, si Paulus ob id Ioannem impellat in parietem, vnde vulnere suscepto, à quo tamen sanatus, postea infra mensem moritur, mors talis Petro, qui causam propinquam non dedit, ad irregularitatem imputari non debet.

DECISIO XXXIX.
Ex cons. 29. in Nouis, *deest in antiquis.*

39 MOderamen inculpatæ tutelæ secundum periculum illius attenditur, qui ab iniusta iniuria defenditur, siue seipsum, siue alium defendat, ita Nauar. in Manua. cap. 15. num. 4.

DECISIO XL
Ex cons. 30. in Nouis, *deest in antiquis.*

40 INiuriantem etiam fugientem quamuis insequi possim, & in tantum percutere, quantum est necessarium ad hoc, ne magnam honoris iacturam patiar; Adulterum tamen cum vxore, sorore, aut filia turpiter inuentum occidere licitè non possum; cum nec hic modus necessarius sit, nec lex id concedat; Etsi, quia difficile est tam iustum dolorem temperare, pœnam condonet, l. Gracchus, ff. ad leg. iuliam. de adult.

DECISIO XLI.
Ex cons. 31. in Nouis, *deest in antiq.*

41 AGgressorem, quamuis ad mei necessariam defensionē tunc præuenire possim, quando is statim sine mora me est aggressurus: non tamen quando ex interuallo; quia tunc multis alijs modis, puta me absentando, aut non exeundo domo, aut in locum tutum me recipiendo, morbo item, & morte, vel pœnitentia me volentis ocidere, mortem effugere possum.

DECISIO XLII.
Ex cons. 33. & 35. in Nouis, *eadem sunt, desunt in antiquis.*

42 IRregularis est, qui domum ingressus ad adulterandum, se defendendo maritum adulteræ occidit, cum huiusmodi ingressus ordinari videtur sufficienter ad occisionem sua pte natura, lege consuetudine, vel maritorum propensione. Sicut etiam irregularis censetur clericus adulter, ob cuius suspicionem maritus ita vxorem percusserit, vt abortiret.

(Aduertendum, quod cum consil. 47. in nouis, idem in effectu sit cum consilio 46. in Nouis, & consil 46 in Nouis, idem sit cum consil. 22. in antiqu. omittitur tanquam superfluum.

DECISIO XLIII.
Ex *consi. 49. in* Nouis, *deest in antiq.*

43 DAns consilium prægnanti, vt abortum procuret, & media, quibus id faciat, docens, quibus adhibitis, non tamen abortiuit, sed postquam bene peperit, puerum natum occidit, quamuis irregularis in foro exteriori censendus non sit, (si mulier ab ipsomet consulente prægnans facta non fuerit) eo quod creditur ex eius consilio infantem natum non occidisse; sin autem ab ipsomet consulente grauida facta sit, in dubio præsumitur irregularis, ob huiusmodi consilium antea datū; Nec tuta conscientia mulieri asserenti se non ea eius consilio motam ad puerum natum occidendum, credere potest.

TITVLVS IX.

De Torneamentis.

Hic titulus deest in antiquis.

SVMMARIVM.

1 *Torneamenta periculosa etiam prouocatus ingrediens, an ecclesiastica careat sepultura.*

DECISIO I.
Ex cons. vnico in Nouis, *deest in antiquis.*

1 TOrneamenta periculosa etiam prouocatus ingrediens, & alium occidens defendendo se cum tanto moderamine inculpatæ tutelæ quod sufficeret ad excusandum eum ab homicidio, si extra illa inuasus occideret, adeo iudicatur peccator, vt si moriatur in eo, sepultura ecclesiastica caret. c. 1. de torneam. Sin autem ingrediatur duellum, non solum peccat, sed etiam excommunicatus est, alijsque pœnis afficitur, & si in eo moriatur, ecclesiastica sepultura priuatur, ita Conc. Tri. sess. 25. de ref. c. 19.

TITVLVS X.

De Adulterijs, & stupro.

SVMMARIVM.

1 *Ordinari potest cuius vxor ab eo clam ducta alij nupsit.*
2 *Adulter ad recipiendam coniugem adulteram cogi potest.*
3 *Iudex ecclesiasticus in concubinarios, vt procedere queat.*
4 *Cap. de ref sess. 25. an in simplici incontinētia locū habeat.*

DECISIO I
Ex cons. 1. alias 9 de conuers. coniugat.

1 QVi Matrimonium ante Concilium Tridentinum sess. 24. cap 1. de ref matr clam contraxit, & vxor eius postea publicè alteri nupsit, ex quo filios suscepit, & matrimonium prius negauit, etiamsi ipse clam postea adulteretur, sacros ordines ex Papæ dispensatione iustè suscipere potest, c. Agathosa. 27. q. 2. & illis vti pro tempore, quo illa viueret nupta, mortuo tamen eius marito, si ipsa ad eum redire vellet. in foro conscientiæ illam accipere tenetur, & ab vsu ordinum desistere.

DECISIO II.
Ex cons. 2. alias 1.

2 VIr, & vxor adulterantes, & postea ab inuicem discedentes, non obstante vtriusque adulterio, a iudice cogi possunt, vt simul cohabitent, immo vxor maritum religiosum factum ad euitandum incontinentiæ peccatum, & simul cohabitandum, repetere potest; quia cum vterque adulterium commiserit, mutua compensatione exceptio inde nata sublata est, c. intelleximus. de adult. & Nauar. in Man. c. 22. nu. 23.

DECISIO III.

Ex consil. 3. alias 8. de off. iudic. ordin.

3 QVamuis Concilium Tridentinum, sessio 24. cap. 8. de reformat. matrim. contra concubinarios varias pœnas, & vias procedendi contra illos statuerit; potest tamen iudex ecclesiasticus contra eosdem concubinarios, & concubinas non solum per viam inquisitionis, sed allis etiam viis nimirum per viam accusationis, & denunciationis procedere, cum lex noua remedium adducens non conse-

censetur tollere alia, per alias leges iam inducta, Argum ea. ex duarum. de auct. & vso pall. j. & Pan. in cap at si clerici de iudic. nu. 36 & ca. si autem. de cohab. cler. & muliet. & ideo potest iudex nouas pœnas contra sic delinquentes arbitrari, declinando præsertim ad pœnam mitiorem imponendam.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 1. de cohab. cleric. & mulier.

4 QVæ Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 14. de ref. contra clericos concubinatios statuit, etiam ad simplicem incontinentiam extenduntur; & non solum binas aut plures accessiones sine actu fornicandi, sed etiam vnam cum reali fornicatione, priuatione tertiæ partis fructuum priuare intendit; maxime cum Concilium non minus huiusmodi peccata clericorum prohibere, & punire voluit, quam iura antiqua: vnde cum propter vnam solam fornicationem etiam simpliciter iura antiqua clericum deponendum esse statuerint, cap. presbyter. cap in omnibus, cap feminas, & c. clerici. dist 81 cap. sicut. & cap si autem. de cohabit. cler. & mulier. a fortiori Tridentinum vna realem fornicationem priuatione tertiæ partis fructuum punire, vnamque accessionem, & conuersationem suspectam, & illicitam prohibere intendit.

TITVLVS XI.

De Raptoribus.

SVMMARIVM.

1 *Raptor non est, quem virgo vltro sequitur, licet eam stupret.*
2 *Raptus sine violentia committi non potest, & quis eum commisisse censetur.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. in vtrisque.

1 SI virgo alicuius iuuenis amore capta, cum illum transeuntem per callem & viam de fenestra videt, exiens de domo post eum ad domum ipsius vadit, vbi ab eo carnaliter cognoscitur: Quamuis iuuenis stuprum in hoc casu committit, raptum tamen committere non dicitur; & ideo sola pœna stupri, non pœna raptus a Concilio Tridentino sess. 24. ca 6 de ref. matr. statuta puniendus est: Cum raptus violentam ablationem, qua femina ab vno loco ad aliud trahitur, importet; ex S. Thom. 2. 2. q 66. art. 9 & q. 154. art 7. & c. de raptoribus. 36 q. 1 & l. 1. C. de raptu virgin pœnæ autem non extendendæ, sed restringendæ potius sunt, ca. pœnæ de pœnit. dist. 1. præsertim cum stuprum suo genere minus peccatum sit, quam raptus.

DECISIO II.

Ex cons. 3. in Nouis, *deest in antiq.*

2 RAptus sine violentia committi non potest, argum e de raptor b 36. q. 1 & l. vni. C de raptu virg quam tamen intulisse censetur, qui per munera data, vel promissa puellæ persuadet, vt nolente patre de domo exeat, & ad ipsũ veniat; & excommunicationem, & iuris infamiam ipso iure sine alia iuris declaratione incurrit, vt ait Concil. Trid. ses. 24. de refor. matr. c. 6 Et quamuis pœnam incursam ipso iure contra se regulariter nemo exequi tenetur, donec a iudice soluere iubeatur; secus tamen in censuris, ac alijs inhabilitatibus censendum est, vt propterea excommunicationis pœnam contra se exequi raptor tenetur. nec sufficit emendatio vitæ, sed necessaria est expressa absolutio, vt liberetur sicut nec infamia iuris per solam emendationem vitæ tollitur, cum tamen infamia facti emendatione ipsa cessare censetur.

TITVLVS XII.

De Furtis.

SVMMARIVM.

1 *Surripientes a propinquis, vel amicis, quæ credunt gratis daturos, licet non proponant abstinere, absolui possunt.*
2 *Ancillæ erogantes pauperibus minuta aliqua ex tacito dominorum consensu, restituere non tenentur.*
3 *Restituere tenetur, qui ad vitandam mendicitatem furatur.*
4 *Ministri alios furari videntes, & eos non impedientes, licet peccent, restituere tamen non tenentur.*
5 *Pueri præfecti coquinæ de mandato eius amicis deferendo, nisi desistant absolui non possunt.*
6 Oecon*omus licite cum alijs conuenire potest, vt accipiat res ab eis pro pretio currente, & ipsi aliquid lucri dent illi.*
7 Restitui *debent furto subtracta.*
8 *Fur licet curauerit vt ablatum ad dominum rediret, si non redijt, iterum domino restituere tenetur.*

DECISIO I.

Ex *consil. 1. in vtrisque.*

1 PAuperes a propinquis, vel amicis quædam parui momenti, dum eos visitare solent, surripientes, quæ tamen credunt gratis daturos, si peterentur, licet non proponant abstinere, absolui possunt; ita Nau. in Man. c. 17 nume. 139. Quia non oportet pœnitentem habere propositum abstinendi omnino a venialibus sicut mortalibus, ex S. Thom. 3. p. q. 87. ar. 1. & 4. & Naua. in Man. c 1. nu. 24.

DECISIO II.

Ex cons. 2. in vtrisque.

2 ANcillæ frequenter inscijs dominis modica quædam pauperibus erogantes, & credentes hoc minime esse prohibitum, & sine animo perueniendi ad notabilem summam, ad restitutionem non tenentur, dummodo probabiliter credant Dominas togatas ea pauperibus concessuras esse, etiamsi minuta illa modica ad notabilem quantitatem peruenerint, si nunquam, percipiendo illa parua, ad illam peruenire intendant, ita Nau. in Man. ca. 17. num. 139. Quia magis peccat, ceteris paribus, qui capit, quam qui retinet, arg. c sæpe. de restit. spoliat qui autem illa parua capit sine intentione ad illam quantitatem notabilem perueniendi, plusquam venialiter peccare non censetur.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 6.

3 PEregrinus in via existens, & nihil habens, si data occasione aliquid furetur, vt in patriam sibi redeunti prouideat, & mendacitatem, & alia incommoda itineris deuitet, ad restitutionem faciendam obligatur, ita Nauar. in Manu. c 17. num 61.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. alias 7. de iniur. & damno dato.

4 IN domibus magnatum, vbi adsunt ministri varia officia habentes, & I ræpositus custodiæ vestium videns alium ex cella vinaria vinum secretò furantem, quia tamen ad illum cura cellæ vinariæ specialiter non spectat, nec impedit, nec indicat hoc ei, qui occurrere, & impedire posset; non impediendo damnum proximi, cum posset, mortaliter peccat, ex Nauar. in Man. c. 24. nu. 22. ad restitutionem tamen non tenetur; eo quod non peccat contra legem iustitiæ specialis, sed solum contra legem charitatis, cuius transgressio ad restitutionem non obligat, sicut transgressio illius, vt ait idem Nau in Manu c. 17. nu. 11.

DE-

Digitized by Google

DECISIO V.
Ex conſ. 5. alias 3.

5 PVeri Præfecti coquinæ de mandato eius aliqua comeſtibilia alicuius valoris amicis ſuis deferentes, qui credunt, vel credere debent, Præfectum ſuum i[l]la donaria mittendo peccare mortaliter, ipſi etiam ea deferendo peccant, & non niſi deſiſtant abſoluendi ſunt, etiamſi non d[e]ferendo de domo eijcerentur. ex Nauar. in Man. cap. 17. num. 19. & cap. 24. num. 31.

DECISIO VI.
Ex conſ. 6. alias 2.

6 PRocurator Magnatis conuentionem cum piſtore, & lanio faciens, quod ipſe accipiet pretio currente panem & carnes neceſſarias pro domo Domini ſui, ſi piſtor, & lanius ei pecunias ſingulis menſibus dent; licitè p[e]cunias illas ſibi lucrari poteſt, cum exinde nihil damni Domino accedat. & ipſe operas & induſtrias ſuas adhibeat.

DECISIO VII.
Ex conſ. 7. alias 4.

7 MVlio bona ſi te res de loco ad locum portans, ſi in via cognoſcat res illas furto eſſe ſublatas, ſatiſfacit ſaltem quoad forum conſcientiæ ſuæ, ſi illas vel perſonæ, cui reddere promiſerat, vel ei qui eas ſibi commendauit, reddat monendo tamen eos de illicita bonorum illorum retentione. ita Sotus. l. 4. de iuſt q. 7. art. 1. & Nau. in Man. capi. 17. num. 29.

DECISIO VIII.

8 QVi bona alicuius furatur, & poſtea pœnitentia ductus ea alteri dat, vt ea reſtituat, & ipſe intra domum veri domini illa ſecreto reponit, ita tamen vt ad verum Dominum non perueniant; vterque ad reſtitutionem tenetur: Quia reſtitutio requirit, vt res in priſtinum ſtatum reponantur; furtum autem in ſtatu, in quo erat, non cenſetur repoſitum, donec ad ſuum Dominum perueniat: vnde cum in caſu propoſito res per talem proiectionem in poteſtatem veri Domini earum non venerint, neuter earum ab obligatione reſtitutionis excuſatur.

TITVLVS XIII.

De Vſuris.

SVMMARIVM.

1 *Cambium, quod licitum, & illicitum iudicandum.*
2 *Intereſſe ex lite proueniens ob debitum non ſolutum iuſte petitur.*
3 *Promiſſio vſuras ſoluendi non obligat, niſi ſit iurata.*
4 *Contractus mutui, cum clauſula, teneatur ad aliquid propter moram, licitus eſt.*
5 *Fructus rei venditæ pro pretio non ſoluto ex conuentione recipi poſſunt.*
6 *Depoſitum cum facultate vtendi eo, fit mutuum.*
7 *Intereſſe lucri ceſſantis, vel damni emergentis peti poteſt.*
8 *Societas licita vt ſit, tria ſunt neceſſaria, & quænam ea ſint.*
9 *Societas, vt vidua certum lucrum accipere valeant, vt contrahi poſſit.*
10 *Mutuans ſub vſuris, nulla lege amittit, quod mutuat.*
11 *Mandatarius pecunias ſuas pro mandante impendens, licite cambium capit.*
12 *Deponens ſcuta aurea, & poſtea illa minutatim repetens, qua ratione aliquid plus accipere poſſit.*
13 *Oeconomus aliquid plus pro ſcutis aureis accipiens illud ſuum facit.*
14 *Societas, in qua induſtriam ponens dimidium quoque periculi pecuniæ ſubit, & dimidium lucri percipit, eſt iniuſta.*
15 *Societas centum ouium, vt eas dans intra biennium 18. ſcuta capiat, iniuſta.*
16 *Lex, qua ſolutio cambij per ſex mēſes differtur, eſt iniqua.*
17 *Societas, ut conferenti pecunias dentur quinque pro centum, illicita.*
18 *Deponens pecunias in monte Pietatis, qua ratione aliquid plus capere poteſt.*
19 *Actio ad centum poſt bienniū ſoluenda, minoris emi poteſt.*
20 *Venditio maiori pretio ob dilatam ſolutionem iniuſta, niſi &c.*
21 *Venditor quando intereſſe lucri ceſſantis iuſtè petit.*
22 *Contractus exercitos, qui putantur liciti, bona fide faciens, non peccat.*
23 *Vſura non eſt capere aliquid ultra id, quod ſub periculo datur.*
24 *Contractus illicitos, ſeu dubios, qui diu exercuit, quid facere tenetur.*
25 *Debiti ob ſolutionē quādo aliquid amplius accipere licet.*
26 *Locatio iniuſta eſt, ſi penſio ſit maior iuſto, & æquo, uel à principio ſoluenda, vel conductor, ad quæ non debet, obligatur.*
27 *Societas ſuper officijs Romæ, quo iure iuſtificatur.*
28 *Pacta in huiuſmodi ſocietate, quæ licita, & illicita ſunt.*
29 *Periculum perdendi facit contractum, alioquin iniuſtum, cenſeri iuſtum.*
30 *Socius capitale reſtituere tenetur, ſi equus punctus calce ſocium necauit.*
31 *Societas ſuper officijs ad rationem 10. uel 12. pro centum, an licita.*
32 *Emere ſcuta iuſto pretio, ad carius uendendum, non licet.*
33 *Venditor, ob ſolutionis dilationem, quando aliquid ultra pretium accipere queat.*
34 *Mercator uendens carius pretio rigoroſo peccat.*
35 *Venditio maiori pretio dilata ſolutione facta, peccatum, & uſura eſt.*
36 *Societas ouium cum pacto c. iniuſta vſuraria eſt*
37 *Vendens granum pretio, quo tali me[nſ]e ualebit, medio debet pretio eſſe contentus*
38 *Mutuans a mutuatario poteſt etiam ante moram ſtipulari lucrum verisimile ceſſans & damnum emergens.*
39 *Cambiorum futurorum intereſſe, poſt bullam Pij V. non poteſt certificari*
40 *Vendere carius, aut vilius emere, quam res valeat, ob dilatam, uel anticipatam ſolutionem non licet.*
41 *Cambia, & recambi pro ſecundis nuptijs, an, et qualiter fieri poſſunt.*

DECISIO I.
Ex conſ. 1 alias 31.

1 CAmpſor Romæ dans pecunias Lugduni ſoluendas illi, qui Lugduni non habet agentem, nec numiſmata, ſed rogat campſorem, vt ipſemet ad ſuum correſpondentem ſcribat, vt nomine campſarij cambium ſoluat, & traijciat: ex quo fit; vt correſpondens, præter propriam perſonam, duarum perſonarum vicem gerat, dantis, & accipientis cambium & reſpectu accipientis pecunias ſoluit Lugduni. & traijcit, & reſpectu campſoris dantis pecunias remittit, & pro maiori parte in eodem loco campſarius ſoluit; cambium & modum cambiendi licitum facit: cum cambium per literas iuſtum ſit quatuor concurrentibus, vt habetur ex Nau. in Manual. capit. 17. nume. 189 290. 291. & 300 nimirum ſi ſeruetur æqualitas valoris inter pecuniam datam. & accipiendam per eaſdem literas: Deinde quod campſor non accipiat plus iuſta mercede, ſeu ſalario iuſto

M pro

ed by Google

per cambio; Et Præterea quod campsor qui dat pecunias soluendas sciat, vel probabiliter credat, quod persona, cui eas dat, habeat pecunias, vt fidem, seu creditum, & voluntatem satisfaciendi literis, & solutioni in locis, vbi soluenda sunt; & denique quod locus in quo pecuniæ soluendæ sunt, longe distet a loco in quo dantur literæ. Quæ omnia in prædicto cambio concurrunt, & ideo licitum censeri debet. Non enim (quod deesse videtur) soluitur pecunia cambita in eodem loco, vel formaliter quia cambitur Romæ, & soluitur Lugduni; vel æquiualenter, quia obligatio, qua Antonius exempli causa, se obligauit ad soluendum pecunias Lugduni, tollitur omnino per obligationem, qua Petrus campsor se obligat ad eas ibi soluendas per Ioannem agentem & procuratorem suum; officijs autem diuersis sibi ipsis non repugnantibus, vnus non idemque fungi licite potest, & campsores passim fiunt creditores vnius sub vna ratione, & debitores eiusdem sub alia.

DECISIO II.
Ex consil. 2. alias 11.

2 Debitor, qui in mora est soluendi debitum ad diem constitutum, creditori vltra debitum principale, tam interesse damni emergentis, quod creditor in litigando est passus, Ant. in cap. conquestus. de vsur. quam interesse lucri cessantis, quod creditor verisimiliter lucrifecisset, si principale tempore debito solutum fuisset, in vtroque foro soluere tenetur ex Na. in Man. cap. 17. num. 211. Interesse autem lucri cessantis, perpensis circumstantijs personarum, loci temporis, & opportunitatum lucrandi, quæ sese obtulerunt, si summa principalis opportuno tempore soluta fuisset, prudentis viri arbitrio iudicandum est. Arg. ca. de causis de offi. deleg.

DECISIO III.
Ex cons. 3. alias 8.

3 MVtuans ab alio 700 aureos & obligatus se ad soluendum ei mille per instrumentum publicum, confitendo se illa debere, nulla facta mentione, quod 700. realiter mutuo accepit, & 300. promisit pro interesse creditoris, & differens solutionem & restitutionem per multos annos, eo quod non fit interpellatus a creditore, qui est amicus eius, & aliqua bona opera a mutuatario accepit: si mortuo creditore, hæres a præfato mutuatario non solum illa mille petat, sed interesse lucri cessantis, quod ex illis creditor facere potuisse; non tenetur mutuatarius illa 300 soluere, nec interesse aliquod ratione illorum 700. dum modo promissio de soluendo mille in instrumento iurata non fuerit; quia promissio simplex de soluendo vsuras nullo iure obligat, cap. debitores. de iureiur. & quicquid vltra sortem accedit, est vsura, cap. 1. 2 & 3. 14 q 3 illa vero 300. vltra sortem principalem pro vsuris promissa censentur; interesse autem non debetur, nisi vel creditor mercator sit, quia mercando cessat, eo quod non erat sibi tempore debito solutum; Argu. l. 3. ff de eo quod certo loco vel nisi debitor in mora sit soluendi; & debitor non est in mora, nisi a creditore interpelletur, ex Innocen. in cap. fin. de vsur. Quod si promissio soluendi vsuras iurata sit, obligat ad soluendum, & reddendum Deo iuramentum suum. d. cap. debitores. Potest tamen ab Episcopo, vel Papa iuramenti relaxationem in eo euentu petere, propter contractum vsurarium, quo se ad soluendum obligauit; cap. 1 de iureiu. & sic vsuras illas etiam iuratas soluere non tenebitur.

DECISIO IV.
Ex cons. 4. alias 13.

4 COntractus mutui absolutus cum clausula posita, vt vel tantum triticum cum tali tempore a mutuatario bonum, nitidum, & mercantile restituat, quantum ipse a mutuante recepit, vel vt soluat tria scuta pro quolibet Rubio; si tempore debito triticum non soluat; & conuentus in iudicio, & condemnatus ad rationem quanti plus triticum creuerat in æstimatione, videlicet ad quinque scuta pro quolibet Rubio, prout triticum tunc valebat: huiusmodi contractus licitus fuit: & mutuans ex defectu restitutionis grani suo tempore faciendi augmentum illud, accipere potest, prout a Iudice constituitur; & damnum quod euenit, cum ex mutuatarij culpa, & mora proueniat, non mutuanti, aut Iudici, sed ipsi mutuatario moroso imputari debet. cap. Mora. de reg. iur. in 6.

DECISIO V.
Ex cons. 5. alias 21.

5 VEndens domum pro pretio mille aureorum de quibus tempore venditionis emptor soluit 500. reliquos vero 500 soluere promittit illinc ad vnum annum cum pacto, quod tempore solutionis dicti residui venditor teneatur præstare vnum fideiussorem de euictione domus, & vlterius in euentum non solutionis dicti residui, vt supra, emptor dat potestatem venditori dictam domum propria auctoritate capiendi, & illud retinendi, & fructus in vsus suos conuertendi absque eo quod in sortem compensentur pro currente quantitate vsque ad effectualem solutionem dicti residui; & adueniente tempore, & termino anni non soluitur residuum pretii, quia venditor non potest præstare fideiussorem de euictione, vnde per dictas partes prorogatur tempus soluendi ad alium annum cum hoc, quod interim emptor teneatur præstare fructus venditori pro rata dicti residui, licitè hoc casu venditor ab emptore dictos fructus accipere, & retinere potest, immo & eos petere, qui nondum ei soluti, sunt a tempore anni prorogati, ob illam tantum æquitatem, quæ habet, quod nemo cum aliena iactura locupletari debeat; leg. iure naturæ. ff. de reg. iur. & c. locupletari eo. tit. in 6. fructus tamen perceptos intra annum præstitutum in contractu ad soluendam reliquam medietatem, accipere, aut petere nequit, quia intra illum annum nulla locupletatio cum aliena iactura considerari potest, eo quod ipsarum partium libera, & spontanea conuentione, pro pretio domus mille soluenda erant 500. tempore venditionis, & alia 500. in fine anni.

DECISIO VI.
Ex cons. 6. alias 22.

6 EMens fundum, & eo fruens, dando fideiussorem ad soluendum venditori pretium post certum tempus, & simul dans fideiussori mille aureos pro parte pretij, eo pacto, vt fideiussor soluat partem pensionis fundi empti, quæ respondet parti prædicti pretij mille aureorum, vsura committit, obligando fideiussorem, vt mille aureos; qui sunt sors principalis, venditori soluat, & vltra hanc principalem sortem, vt etiam soluat sibi partem pensionis illis respondentem, pro vsu illius pecuniæ vsque ad tempus solutionis, eo quod depositum cum facultate vtendi eo fit mutuum.

DECISIO VII.
Ex cons. 7. alias 3.

7 MVtuans aliquid a mutuatario vltra id, quod mutuat, tam interesse lucri cessantis, quam damni emergentis licite petere, & accipere potest, ex Nau. in Man. cap. 17. num. 212. & si mutuans ob defectum solutionis a mutuatario tempore debito faciendæ, ad vsuras accipere cogitur, vt suo creditori soluat, cui etiam certa die soluere tenebatur easdem vsuras, & damnum Mutuanti Mutuatarius restituere tenetur. Arg. cap. Peruenit. & cap. constitutus. de fideiu.

DECISIO VIII.
Ex cons. 8. alias 25.

8 SOcietas, qua duo inter se societatem ineunt, iuxta consuetudinem loci, sic vt vnus conferens pecuniam, octo pro centum accipiat, saluo manente capitali, iniusta, & illicita est, eo quod, cum tria ad societatem licitam necessaria sint, ex Nau. in Man. cap. 17. num. 251. nimirum licita negociatio: Aequalitas lucri, pro quantitate partium collatarum: & vt pecunia periculo eam conferentis subiaceat, adeo vt si pereat, illi tota pereat: in dicta societate pecuniam conferens, saluo manente capitali, lucrum sine vllo damno reportat, quod est illicitum, cum lege naturali, qui sentit commodum etiam damnum, & onus sentire debet. cap. qui sentit. de reg. iur. in 6.

DE-

Digitized by Google

DECISIO IX.

Ex conf. 9. alias 1.

9 IVstè, & legitime constitui potest societas, & contractus cum assecuratione fortis principalis, & capitalis pro pretio iusto. & cum assignatione certi lucri, nimirum quatuor, vel quinque pro centum, pro incerto facta etiam pro pretio iusto, vt exinde viduæ, & orphani, & aliæ similes personæ honeste sustententur, ac viuere possint ita Nauar. in Man. cap. 18. num. 261.

DECISIO X.

Ex conf. 10. alias 9.

10 MVtuans sub vsuris quamuis iuste vsuras exigere non possit pecuniam tamen quam ad vsuram dat, non perdit, sed eam vel a mutuatario, vel ab hæredibus eius exigere potest, vel per certi condictionem, vel condictionem sine causa: quia cum pecunia eius ad alium peruenerit, æquum est, vt illa etiam ad ipsummet redeat l. si & me, ff. de rebus cred.

DECISIO XI.

Ex conf. 11. alias 32.

11 SOlicitator seu actor negotiorum, quæ de Hispania ei Romam mittuntur, cum mandato accipiendi pecunias ad expedienda necessaria ab aliquo campsore, si illas a semetipso accipiat, vt liberetur ab onere quærendi fideiussores dandu campsoribus; licite tantum suæ pecuniæ augmentum accipere potest, quantum campsori mandans dare debuisset. ex Nau. in Man. c. 17. nu. 284.

DECISIO XII.

Ex conf. 12. alias 2. de emptio. & venditio.

12 DEponentes scuta aurea apud mercatores, & postea minutatim valorem illorum in nummis argenteis, vel æreis capientes, aliquos quatrinos, quos frequenter mercatores adijciunt, cum soluunt pro illis nummos argenteos, vel æreos iustè accipere possunt, non solum tanquam sponte donatos in gratiam depositi, vel mutui penes illos donatos facti, sed etiam tanquam debitos ratione cambij per minutum facti, ex Nau. in Man. c. 17. num. 283. 288. & ratione valoris scuti quod forte tunc temporis, quo pecunia argentea, vel ærea in cambium traditur, pluris valet scutum aureum, quam Principis intimatione æstimatur.

DECISIO XIII.

13 OEconomus alicuius Domini, qui illi milli aureos in vsus domus suæ necessarios expendendos tradit, quos œconomus postea mercatori custodiendos tradit, prædictorum aureorum valoram in nummis argenteis, vel æreis a mercatore vna cum auctario quatrinorum accipiens, auctarium illud sibi recipere potest, nec illos aureorum valori institutu adijcere, aut Domino restituere tenetur; eo quod illud plus non soluitur Domino, aut œconomo illi, nomine Domini, sed ipsi œconomo, qui iam Dominus factus erat illorum aureorum, & periculo eius stabant, si perirent, vnde & lucrum illi, & non Domino accrescere debet; secus autem si Dominus mille aureorum, aureos illos apud mercatorem deponeret, tunc enim auctarium est Domini, non œconomi.

DECISIO XIIII.

Ex *consil.* 13. *alias* 26.

14 COntractus societatis quo conferens mille aureos dat in societatem alteri, qui conferret industriam, & laborem in exercenda mercatura lanæ, eo pacto, quod dimidium lucri vni, & dimidium alteri cedat, addito etiam, quod si eueniret, vt nihil lucri haberet, immo perirent præfata millia, dimidium eorum redderet, qui ea suscepit; etiamsi finita societate, nihil de capitali perit, & lucrum diuisum sit æqualiter illicitus, & vsurarius censendus est, saltem quoad dimidium pecuniæ collatæ, quod manet saluum eam conferenti, & conferens ad restituendum lucrum illi dimidio respondens tenetur ei, qui industriam contulit cap. Quoniam. cap. consuluit. & c. in ciuitate. de vsur. & Nau. in Man. c. 17. nu. 25.

DECISIO XV.

Ex *consil.* 14. *alias* 27.

15 SOcietas centum ouium, cum pacto, vt eas dans ab altero intra biennium pro fructu & lucro tantum lanæ, & casei, 18 aureos accipiat, iniusta, & illicita est; eo quod centum pecudes vix centum aureos valent, vnde dans lucratur ad rationem 18. pro centum; maxime cum certificatio lucri certi pro incerto, lucrum soluendum diminuere debeat nec in contractu apponitur, vt diminuatur lucrum, si intra biennium illud pecudes aliquot moriantur; quod si ex agnis nascituris numerus reficiendus sit, diminuendum etiam esset ex eis lucrum.

DECISIO XVI.

Ex *consil.* 15. *alias* 6. *de constit.*

16 LEx, qua duæ ciuitates inter se conueniunt, vt omnia cambia quæ in eis fiant inter se, censeantur facta cum termines differendi solutionem per sex menses a die præsentationis literarum currentes, illicita & iniusta est: cum ex inde is, qui dat pecunias cambij pro accipienda pecunia in illis ciuitatibus, eas petere, & accipere non potest vsque ad sex menses; vnde cogitur ibi manere sex mensibus ad pecuniam suam recuperandam, & vt plurimum opportunitatem suorum negotiorum vel ibi, vel alibi gerendorum perdere. Sed & decipiuntur semper dantes pecunias suas in vna illarum ciuitatum pro literis cambij ad alteram directis, putantes statim intra paucos dies eas soluendas esse, cum tamen solutio ei vsque ad sex menses vi præfatæ legis differetur.

DECISIO XVII.

Ex *consil.* 16. *alias* 24.

17 SOcietas, qua vnus confert mille aureos in societatem mercaturæ pannorum cum pacto vt alter assecuret conferentem de capitali, & insuper det illi pro sua parte lucri rationem quinque pro centum, illicita est; cum in vno contractu societas contrahi non possit, vt saluo capitali, detur lucrum illud, quamuis in tribus contractibus id licite fieri possit, vt ait Nau. in Man. c. 17. nu. 254.

DECISIO XVIII.

Ex consil. 17. alias 2.

18 DEponentes pecunias in Monte Pietatis, quatuor pro centum capere possunt, dummodo deponentis intentio, & finis principalis sit iuuare montem, & pauperes ab eo mutuantes, & non fænerandi, & quod ad finem deponendi, siue mutuandi muniti, merces paratas venditioni, quas alioqui emissent, cum sint soliti mercari, aut si non sint soliti mercari, emissent tamen, His enim quatuor concurrentibus a Iulio III. statutis, huiusmodi deponentes non recipiunt illa quatuor vi, & ratione talis depositi, seu mutui, sed ratione lucri cessantis, quod verisimiliter tantundem, vel amplius lucrarentur; constat autem mutuantem ratione veri interesse vltra sortem aliquid mediocriter iuste, & licite accipere. Glo. recept. in c. conquestus. de vsur. & S. Tho. 2. 2. q. 78. artic. 4. His enim seruatis, nec deponentes, nec depositarij peccant; Sin vero deponentes male deponunt, ipsi soli peccant, & ad restitutionem tenentur, depositarij autem, seu ministri montis, nec peccant, nec restituere obligantur.

DECISIO XIX.

Ex conf. 18. alias 15.

19 ACtio ad soluenda centum post annum, vel biennium, vel triennium, minoris pretij, quam centum præsenti pecunia iuste emi potest, vt asserit Innoc. in cap. ciuitate. de vsur. & Nauar. in Manual. capitul 17 num 230 Quamuis enim remissio actionis ob solam anticipationem solutionis vsuraria sit, cum tamen ob alium iustum respectum

sit puta quia minus valet actio ad rem aliquam, quam res ipsa præsens, & quia minus vtile est, quod post annum vtile erit, quam quod statim vtile est, licitè id fieri potest.

DECISIO XX.

Ex cons. 19. alias 20.

20 VEnditio cuiuslibet mercis, facta maiore pretio iusto ob dilatam solutionem, iniusta est, nisi venditor volebat illam seruare sibi in tempus, in quod solutio differtur, & dubium esset, an tunc pluris, vel minoris esset valitura. ca. in ciuitate. & c. consuluit. & c. si. de vsur. & Nauar. in Man. cap. 17. nu. 210. Quoties enim merx pluris venditur, quam valet, fit iniustitia; vt ait S. Tho. 2. 2. q. 76. art. 1. nisi venditio aliunde ab iniustitia excusetur.

DECISIO XXI.

21 VEndens villam valoris quindecim millium aureorum alteri, cum pacto, quod statim soluantur ei tria millia, quia emens non potest alia duodecim in præsenti soluere, ex dilatione aliorum duodecim millium in decennium conueniunt, vt emptor teneatur soluere pro dicta villa decem, & octo millia, licitè potest venditor illud plus ratione lucri cessantis accipere. quod verè intendebat facere, & verisimiliter fecisset, si statim solutio illorum facta fuisset; Quia illud non accipitur ob dilatam solutionem pecuniæ, sed ratione lucri cessantis; Quia sicut liceret venditori, si ei soluerentur statim omnia quindecim millia, retinere sibi tria millia, & reliqua duodecim millia mutuare emptori egenti eis, & roganti vt mutuaret illa ei, soluendo interesse lucri cessantis, quod vere intendebat venditor facere, exercendo mercaturam, vel emendo census annuos, vel prædia frugifera, si ea illi non mutuasset; ita Nau. in Man. c. 17. nu. 212. ita in proposito ea ratione lucri cessantis accipere potest.

DECISIO XXII.

Ex cons. 20. alias 4.

22 QVi bona fide aliquem contractum facit, qui communiter creditur esse iustus, & consuetus impune fieri in ea regione, in qua factus est, quamuis vsurarius sit; mortaliter saltem non peccat. Etsi enim communiter iuris ignorantia a peccato non excusat, c. ignorantia. de reg. iur. in 6. fallit tamē in ignorantia iuris obscuri, vel dubij, vel infrequentati, vel quæ fouetur auctoritate alicuius Doctoris digni, cui credatur; & faciens a peccato, & pœna excusatur: vnde nec per huiusmodi contractum quæsita restituere tenetur.

DECISIO XXIII.

Ex cons. 21. alias 23.

23 DAns centum volenti ducere nauem mercibus onustam in aliquem locum, ea lege quod perderet illa, si nauis periret, & si rediret salua, redderentur ei centum, & viginti quinque, nec vsuram, nec aliquod aliud peccatum committit; Quia talis nihil accipit, vt mutui expressi, aut taciti, sed vi alterius contractus innominati donantis sub modo, vel recipientis aliquid ob periculum subeundum, quod licite accipi potest. l. 1. & 2. C. de nautico fœn. & ait Nauar. in Man. c. 17. num. 285.

DECISIO XXIV.

Ex cons. 22. alias 5.

24 QVi contractus illicitos, seu dubios diu exercuit, libros suos diligenter reuisere, peritos consulere, & certa certis Dominis, & incerta pauperibus restituere tenetur, vt in conscientia securus esse possit, vt affirmat Na. in Man. c. 17. n. 92.

DECISIO XXV.

Ex cons. 23. alias 12.

25 QVamuis solutio debiti vim mutui habeat, pro ea tamen vltra sortem sine vsura capere aliquid licet, ratione interesse damni emergentis, vel lucri cessantis, si quod soluenti pro alio debitum contingat. Glo. in c. conquestus. de vsur.

DECISIO XXVI.

Ex cons. 24. alias 28.

26 COntractus locationis, quo quis 25. pecudes alteri tradit ad quinquennium cum pacto, vt pro vsufructu singularum teneatur conductor, illi soluere in principio anni 25 scuta, & finito quinquennio restituere ei totidem pecudes, & eiusdem bonitatis, iniustus, & illicitus est; non solum quia pensio annua soluenda iniusta est, & maior æquo; sed etiam quia soluitur pensio initio anni, antequam quicquam fructus ex eis percipitur a conductore, quod minuit aliquid de pretio pensionis; Arg. c. de his pen. & quia contra naturam locationis, & conductionis est, vt periculum rei locatæ ad cōductorem pertineat, cum potius econtra ad locatorem pertinere debeat, qui est Dominus rei locatæ, cap. 1. de commod. c. 1. de deposi. cap. propter sterilitatem de locat. & Nauar. in Man. c. 17. nu. 179 & 260.

DECISIO XXVII.

Ex consil. 25. alias 29.

27 COntractus fieri solitus a societate super officijs Romæ, & alibi, vt habens officium vēdibile pecuniam aliquam accipiat, & faciat conferentem illam participem redituum sui officij ad rationem 12 pro centum, ea lege, vt pecunia maneat salua, & extra periculum conferenti eam nulla habita ratione quantitatis redituum officij, dum conferens pecuniam viuit, & quod possit discedere ab illo contractu, & repetere pecuniam singulis semestribus dum viuit, & quod, si moriatur antequam discedat tota pecunia collata quæratur officiali; Quamuis nec ratione emptionis, vel venditionis, quæ non reperitur in eo, nec ratione mutui, quia mutuans nil vltra sortem capere potest; c. 1. 14. q. 3. & cap. consuluit de vsur. nec sola ratione societatis requiritur, vt omnes socij de damno, & lucro participent. ex Nau. in Man. c. 17. num. 251. quod in illo contractu non reperitur; nec ratione census iustificari possit, cum pecunia data pro censu repeti nequeat, nisi saltem volente censuatio; Ex eo tamen iustificari potest, quod dans pecuniam in societatem secundum prælatam consuetudinem subeat periculum perdendi totam sortem, si moriatur, antequam a societate discedat; vnde merito lucrari potest, quod iuste respondet illi periculo, non quidem ratione societatis, sed ratione periculi, quod subit in vtilitatem sui socij.

DECISIO XXVIII.

28 PActum quod in huiusmodi societatibus solet apponi, primo vt conferens pecuniam possit desistere a societate, quando vult; & secundo quod socius teneatur statim, vel infra quindecim dies reddere pecuniam; & tertio quod tantum lucri soluat eam deponenti, donec eam reddat quantum soluebat durante societate, quoad duo priora capita iustum est; cum regulariter cōtractus ex conuentione partium legem accipiat: l. 1. §. si conuenerit, ff. depositi, & c. contractus. de reg. iur. in 6 Quoad tertium vero iniustum est, eo quod tunc cessauit societas, & periculum perdendi totam sortem, ratione cuius tantum lucrum dabatur, & cessante causa, cessare debet effectus. Potest tamen conferens pecuniam ratione damni emergentis, vel lucri cessantis tantum lucrum accipere, quantum post quindecim dies lucratus fuisset, ad diem moræ solutionis, si ei soluta sua pecunia statim fuisset, & officiarius illud soluere tenetur. ex S. Tho. 2. 2. q. 62. art. 4. & q. 78. artic. 2. ad primum.

DECISIO XXIX.

29 INcertitudo, seu dubium perdendi, contractum facere potest iustum, qui alias esset iniustus; vnde dubium, an merx sit valitura pluris tempore solutionis, facit vt illa vendi possit

poſſit pluris, quam valeat. c. in ciuitate, & cap. ſi. de vſur. Et incertitudo, an penſio domus maior, vel minor ſit futura, facit, vt creditor poſſit accipere fructus pinguiores pro vſuris, l. ſi ex pactione, C. de vſur. Et emens aliquem reditum annuum, vel menſtruum ad vitam ementis, efficit, vt emptor, ſimul tum viuat, iuſtè percipere poſſit multo plus, quam ſit pretium, quod dedit, quia dubium eſt, quanto tempore viuet, vt ait Oldrad. conſ. 267. & Decius conſ. 123. & periculũ perdendi totum facit, vt pactum accipiendi centum ab vno cum pactione reddendi. 200. Si poſt annum viſa Roma, redierit in patriam, ſit licitum. Et mutuum datum alicui ea lege, vt ſi moriatur intra ſex annos, nihil ei reddatur, & ſi viuat, ſex annos reddatur ei mutuum datum, & centum pro militatio, iuſtum eſt; quia nihil recipit vltra ſortem ui mutui, ſed ſolum ob periculum perdendi ſortem.

DECISIO XXX.
Ex conſ. 26. alias 7. de verb ſign.

30 DAns alteri pecuniam ea lege, ut quotannis certum quid ei ſoluatur, & ſi durante ſocietata moriatur morte naturali, pecunia eſſet accipientis; ſi poſtea obijt mortem per cuſſus calce cuiuſdam equi, aut alio ſimili caſu, poteſt mortui hæres iuſtè pecuniam illam repetere, uel iam repetitam retinere, ex eo quod communiter mors illa non reputatur naturalis, ſed uiolenta, inſtrumenta uero ſocietas de morte naturali intelliguntur.

DECISIO XXXI.
Ex conſ. 27. deeſt in Nouis.

31 SOcietas contracta ſuper officio, in quo unus ponit illud, & alter dimidium ualoris eius dat officiali cum pacto, ut danti dentur decem, uel duodecim certi lucri pro centenario pecuniæ, ſaluo ſuo capitali, licita eſt ex Nauar. in Man. c. 17 nu. 251.

DECISIO XXXII.
Ex conſil. 28. deeſt in Nouis.

32 EMens ſcuta leuioris ponderis minori pretio Romæ, & quæ ibi ob defectum ponderis non expenduntur communi pretio, & eadem cum lucro uedens nautis extra urbem, quibus tanti valent hæc ſcuta leuioris ponderis, ac ſi eſſent iuſtiſsimi ponderis (cum in alijs prouincijs Italiæ etiam ſcuta minoris ponderis æquè bene expenduntur, ac ſi iuſtiſſimi ponderis eſſent) ſic vendendo peccat, licet enim non ament ea minoris, quam valeant, & emptori valebunt tanti in alia prouincia, quanti emit, & fortè pluris; quia tamen venditio rei non iuſtificatur ex vtilitate, quam emptor percipiet ex illa, ſed ea vtilitate, quæ venditor, ex ea prouenit, vt ait S. Th. 2.2. qu. 77. articu. 1. & pluris ea vendit quam valent in loco, vbi ea vendit, ex Nau. in Man. c. 23. num. 77. 78. peccat, & aut eis, quibus vendidit, ſi eos inuenit, aut eis non inuentis, pauperibus illud auctarium reſtituere tenetur. Quamuis enim qui emit in vno loco monetam minoris valoris, & portare, vel mittere poſſit eam ad alium locum, vbi pluris valet, non tamen illam in eodem loco alijs pluris, quam valet, vendere poſſet.

DECISIO XXXIII.
Ex conſil. 29. alias 19.

33 VEndens domum, & ob dilationem ſolutionis vltra pretium iuſtum aliquid ab emptore recipiens, vſuram cõmittit, niſi illud ratione damni emergentis, aut lucri ceſſantis accipiat.

DECISIO XXXIV.
Ex conſ. 30. alias 4. de emptio. & uenditio.

34 MErcator merces ſuas aliquanto pluris vẽdens, etiam vltra pretium rigoroſum, vt eo pluri proxenetæ dato qui emptoris ad eius tabernas adducit, eum ſibi magis officioſum reddat, timens ne emptores ſecus ad alios mercatores diuertant, peccat mortaliter, & ad reſtituendum emptori tantum, quantũ iuſto pretio rigoroſo addiderit, tenetur; eo quod emptorem decepit. & iniuſte læſit. ex Nau. in Man. c. 23 num. 77. Proxeneta vero nec peccat, nec reſtitutioni ſubijcitur.

DECISIO XXXV.
31. deeſt in Nouis.
Ex conſ. 32. (alias) 17.
34. deeſt in Nouis.

35 SIcut emptio, & venditio rei vltra dimidium iuſti pretij facta non ſolum iure naturali, diuino, & canonico, ſed etiam Cæſareo, iniuſta, & reſciſibilis eſt; cap. cum dilecti. de empt. & l. 2. C. de reſcin. vendit. ita venditio pretio longè iniuſto maiore propter dilationem ſolutionis iniqua eſt. & vſura palliata. cap. in ciuitate de vſur. Sot. lib. 6. de iuſti. q. 4 art. 1. & Nauar. in Manual cap. 16. nu. 206. & 210. Nec eam conſuetudo, qua in aliquibus locis id ſolet fieri, excuſat.

DECISIO XXXVI.
Ex conſ. 33. alias 2. de locato, & conducto.

36 SOcietas qua quis locat centum oues alteri ad quinquennium pro penſione centum Iuliorum, & quinquaginta caſeorum in ſingulos annos, ea lege, vt finitis quinque annis, conductor reddat totidem æquè bonas, exceptis, quæ perierint fulgure, vel vna certa infirmitate, iniuſta, & vſuraria eſt, non ſolum ob pactum reddendi æquè bonas oues poſt quinquennium, & conſequenter ſortem principalem, & vltra illam centum Iulios, & quinquaginta caſeos; ſed etiam quia conductor in hoc caſu obligatur, vt teneatur de omni culpa leuiſſima, & de omni caſu fortuito, excepto ictu fulminis, qui tamen de iure communi non niſi de culpa lata, & leui tenetur.

DECISIO XXXVII.
Ex conſ. 35. alias 14.

37 VEndens granum in vno menſe, vel aliquid aliud vendibile ſoluendum in alio menſe, pretio quo in illo valebit, non poteſt iuſtè accipere pretium ſummum quo valebit aliquo die illius menſis, ſed pretio medio, quo illo menſe valebit, contentus eſſe debet ex Nau. in Man. cap. 17 num. 241 vt pretium ſummum, quo valuerit aliquo die illius menſis fuerit viginti, & minimum quo valuerit alio die, ſit decem, venditor ſolutione quindecim contentus eſſe debet.

DECISIO XXXVIII.
Ex conſ. 6. & 10. in Nouis eadem ſunt, & deſunt in antiquis.

38 QVamuis aliquid principaliter ratione mutuationis, aut pro dilatione termini ad ſoluendum debiti a debitore accipi non poſſit, c. ſi fœneraueris, 14. qu. 3 & c. conſuluit de vſur. quia tamen vtrunque intereſſe, tam lucri ceſſantis, quam damni emergentis etiam ante moram ſtipulari a mutuante ſine vſura poterit, l. 3. §. vlt. ff quod certo loco mercator, qui mutuat alteri pecuniam ſoluendam certo die, ſi die non ſoluatur, mutuatarium ad veriſimile intereſſe, quod intra illud ſpatium ſoluendum fuiſſet, ſine vſura obligare poteſt.

DECISIO XXXIX.
Ex conſ. 7. in Nouis, deeſt in antiq.

39 CAmbiorum futurorum intereſſe poſt Bullam Pij V. incip. in eam pro noſtro, & eſt conſtit. 148. in ordine, nec certificari poteſt, nec ſuper eis paciſci, vt cambio vno finito, aliud recambium currere incipiat, nec vt pecunia reſtituatur in loco, quo pecunia cambio accipitur, ex Nau. in Man. ca. 17 nu. 300. ſed neque creditor a ſuo debitore ſaltem in foro exteriori ſtipulari poteſt, vt intereſſe cambiorum, & recambiorum ad tot pro centum ſoluat.

DECISIO XL.
Ex conſ. 16. in Nouis, deeſt in antiq.

40 VEndere carius, aut vilius emere, quam res valeat, ob dilatam, vel anticipatam ſolutionem, nec mercatoribus maritimis, nec paſtoribus, nec mercatoribus la-

natum licet, nisi hic excessus ex capite lucri cessantis, vel damni emergentis iustificetur, vel intra tutt pretij latitudinem includatur, ita Nauar. in Man. c. 23. num 79. Quæ pretij latitudo maior est in re maioris valoris, exceditque pretium, quo communiter præsenti pecunia vendi potest.

DECISIO XLI.

Ex conf. 30. in Nouis, deest in antiq.

41 CAmbia si non soluantur in primis nundinis cum debito lucro, & fortè principali, recambium pro secundis, tertijs, & quartis fieri potest, donec omnia soluantur, dummodo non maiori lucro, quàm pro primis fiat.

TITVLVS XIV.

De Crimine falsi.

SVMMARIVM.

1 *Falsarij literarum beneficialium peccant, & cui restituere tenentur.*
2 *Mutare sibi nomen sine fraude, nisi seruus sit, cuilibet licet.*
3 *Mendax non est, qui per additionem mentalem supplet locutionem exteriori.*
4 *Confessario, an, & quomodo credendum sit.*

DECISIO I.

Ex *consil. 1. alias* 10. *de iniur. & damno dato.*

1 IMpetrans pro absente beneficium a sede Apostolica, & habita signatura confingens literas falsas, per quas absens ignorans accipit possessionem eius, & soluit impensas literarum, perinde ac si iuste per Cancellariam fuissent expeditæ, peccat, & ad restitutionem tenetur ei, a quo eas accepit, ratione acceptationis ob causam ea non secuta; ff. de condict. causa dat. & C. de condict. ob causam cum datæ illi fuerint ad expediendum veras literas, quæ non fuerant expeditæ, a qua restitutione excusatur, si eas literas super signatura valida postea expediri faciat, cum sic causa, ob quam eas acceperat, consecuta sit.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 6.

2 MVtare sibi nomen ad aliquid acquirendum cuius licet, l. 1. C. de mut. nom. & leg. falsi. ff. ad l. Cornel. de falsi dummodo seruus non sit, aut nisi ad fraudandum, aut damnificandum creditores, aut alios id faciat, d. l. falsi.

DECISIO III.

Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiquis.

3 MEndax non est, qui per additionem mentalem supplet exteriorem locutionem id, (the quo mendax fuisset; sed neque mendacium alias de se non mortale per solam circunstantiam, quod in iudicio dicitur, mortale efficitur, nisi alia circunstantia addatur, puta iuramentum de veritate dicenda, aut damnum inde notabile accusatori ob pœnam talionis, aut Reipubl. cuius notabiliter interest crimina puniri, sequatur.

DECISIO IV.

Ex conf. 2. in Nouis *deest in antiq.*

4 COnfessario afferenti aliquid fieri, vel non fieri posse, pœnitens credere potest, & licet postea scrupulus oriatur, eum deponere potest.

TITVLVS XV.

De Sortilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Oratione vana ad futura scienda vtens peccat, non est tamen excommunicatus.*
2 *Puluerem ex cerebro hominis raso, contra morbos, an efficere liceat.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. in vtrisque.

1 VTens oratione, & verbis bonis, & sanctis etiam ad Deum directis, interponendo tamen aliqua vana, scilicet orando per pulchrum viridarium, aut per palatium delectabile, per aquam currentem, ignem ardentem, ante cubitum, & cũ candela benedicta, & alia huiusmodi obseruans ad finem, vt futura a Deo reuelentur, etiam præmissa protestatione, quod dæmones consulere non intendat, peccat, & superstitionem admittit, quamuis enim per se peccatum non sit desiderare scientiam futurorum, scire tamen illa obseruando aliqua vana, quæ neque sua natura, neque ex ecclesiæ institutione vim impetrandi reuelationem habent, & in quibus Dæmon se facile immiscere solet, peccatum, & superstitio est; 26 quæst. 1. c. 4. & 5. & S. Thom. 2. 2. q. 95. art. 2. excommunicationem tamen Bullæ cœnæ non incurrit; cum ea non excommunicet nigromanticos, nec alios superstitiosos, qui non sunt hæretici, aut ad hæresim concipiendam peruenerunt.

DECISIO II.

Ex conf. 2. in vtrisque.

2 PVluerem ex cerebro hominis mortui raso, contra morbum caducũ, vel alium ex priuilegio particulari, Medicis, Chirurgis, & Pharmacopolis efficere licet.

TITVLVS XVI.

De Clerico excommunicato ministrante.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio ab vna censura, aut dispensatio ab vna irregularitate ad alias non extenditur.*
2 *Excommunicatus fructus beneficij legitimè obtenti perdit, tamen irregularis fit.*
3 *Excommunicari potest absens, & ignorans, sed celebrando non peccat, nec fit irregularis.*
4 *Ordinatus presbyterio ante legitimam ætatem est suspensus, & irregularis.*
5 *Suspensus, interdictus, vel excommunicatus, collectam in choro dicens, fit irregularis.*
6 *Excommunicatus coram se celebrari faciens est irregularis, non tamen si simpliciter sacrum audiat.*
7 *Irregularitatem non incurrit, qui probabiliter se excommunicatum ignorans celebrat.*
8 *Excommunicatus Eucharistiam de manu alterius clerici accipiens non fit irregularis.*
9 *Illegitimus sine dispensatione, et cum falsis dimissorijs promotus, quando sine dispensatione celebrare possit.*
10 *Episcopus simoniacum in beneficio an absoluere, et cum eo dispensare queat.*

DECISIO I.

Ex consil. 1. alias 16.

1 QVi in quatuor censuras excommunicationis incidit, & celebrando in illis incurrit irregularitatem, & manens in ea beneficium obtinet, si postea obtineat absolutionem

tionem a censuris excommunicationis duabus de causis incursis,& dispensationem super irregularitate incursa, ex celebratione contra excommunicationem duabus de causis in cursam; Quamuis absolutio ab illis duabus excommunicationibus ob illas duas rationes incursis, & dispensatio similiter super irregularitate incursa ex celebratione contra excommunicationem duabus illis de causis incursam, valdæ sint,non tamen extendantur absolutiones illæ, vel dispensationes ad alias duas excommunicationes, & irregularitates alijs de causis incursas; cap.ex parte.de ordio. & c. cum pro causa.de sent.excom. Et proinde noua opus est absolutione ab alijs excommunicationibus,& dispensatione aliarum irregularitatum, & noua retentione beneficij in statu irregularitatis quæsiti; cum voluntas Papæ aliquem habilem ad retinendum beneficium facere volentis, non obstante vna irregularitate sibi expressa,ad retentionem eiusdem,non ob stante alia irregularitate, quam nec ipse nouit, quæque ipsi non exprimitur, non videatur extendi.

DECISIO II.
Ex conf.2 alias 14.

2 Excommunicatus celebrans,& ob id in irregularitatem incidens,fructus,& distributiones beneficij ante obtenti perdit non ratione irregularitatis, vt sentit. Innoc. in cap. cum nobis de concess.preb. sed ratione excommunicationis: cap. Pastoralis.de appellat. vnde qui solus irregularis est, nec fructus propter irregularitatem nec distributiones beneficij iuste habiti ante irregularitatem incursam perdit.

DECISIO III.
Ex conf. 3. alias 13.

3 Absens,& ignorans,quamuis excommunicari possit,celebrando tamen nec peccat nec irregularis efficitur: ex Glos.in c. Apostolicæ. de cler.exc. min. dummodo ignorantia sit probabilis; cum irregularitas sine contemptu non incurritur.ex Pan.in cap. Pastoralis.§ verum. de appella. collatio tamen beneficij facta tali excommunicato etiam ignoranti,nulla & irrita est vt ait Glos. in d. cap. Apostolicæ. & Nau.in Man.cap.27.num.271.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. alias 8.

4 Assumens presbyteratum ante legitimam ætatem, ipso iure suspensus est; vt patet per Extrau. Pij II. Cum ex sacrorum. & si post illum assumptum ordine sacro vtatur, irregularis efficitur; & proinde cum ordinatus presbyterio simul cū episcopo cōsecret,& ordine presbyteratus vtitur postquam illum assumpsit, eo ipso quod quis ante legitimam ætatem presbyter ordinatur, irregularis efficitur. ita Nau.in Man. c. 25.nu.70.

DECISIO V.
Ex consil. 5. alias 10.

5 Suspensus, interdictus,vel excommunicatus collectam in choro vt hebdomadarius dicens irregularis efficitur; ex Innoc.in cap. fi.de excess.præl. cum actum certo ordini deputatum solenniter exerceat.ex Nau. in Man.ca.27 nu.247.

DECISIO VI.
Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiq.

6 Excommunicatus, quamuis simpliciter sacrum audiendo irregularis non fit,si tamen celebrat, aut coram se auctorizando puta si Episcopus, aut Parochialis Ecclesiæ pastor,celebrari coram se faciat. irregularis efficitur; c. Illud de cler.excom.ministr. & Glo.in Clem. Archiepiscopo, ver. celebrari, de priuil.

DECISIO VII.
Ex conf.2. in Nouis, deest in antiq.

7 Irregularitatem effugit excommunicatus, qui probabiliter ignorans se talem celebrat; secus si ignorantia non sit probabilis,& molto minus si sit affectata, cap. Illud de cler. excomm.ministr.& Nau.in Man.ca.23.nu 45.

DECISIO VIII.
Ex conf. 3. in Nouis, deest in antiquis.

8 Excommunicatus certus excommunicatione maiore, sciens,aut scire debens se talem, etsi accipiendo ordine irregularitatem incurrat; secus tamen si Sacramentum Eucharistiæ de manu alterius Clerici accipiat,cum hoc nullibi, sicut illud,in iure expressum sit; & irregularitas non nisi in casibus a iure expressis incurritur cap. is,qui.de sent.excom. in 6.

DECISIO IX.
Ex conf 6. in Nouis deest in antiquis.

9 Illegitimus sine dispensatione, & cum falsis dimissorijs pro motus,& postea a Papa a dictis excessibus,& infamia absolutus,cum suspensione ad certum tempus, eo transacto, sine alia dispensatione celebrare potest.

DECISIO X
Ex conf. 18. in Nouis, deest in antiquis.

10 Quamuis excommunicatio ob simoniam in beneficio incursa Papæ reseruata sit, vt habetur per Extra. 2. de simo en ipso tamen quod,& per Conc. Tri sess 24. de ref ca. 6. Episcopus ab omnibus casibus etiam Papæ reseruatis facultatem absoluendi habeat, nec vllus talis sit, qui excommunicationem annexam non habet. ex Nau. in Man. cap 27 num 261. vtrique ex eiusdem Conc. facultate, episcopus ab excommunicatione simoniacum in beneficio absoluere, & super irregularitate ob celebrationem factam post simoniam commissam incursa,(dummodo simonia occulta fit) dispensare valet; quandoquidem qui totum dicit, nihil excludit cap. Solitæ.de Maior. & ob. d.

TITVLVS XVII.

De Clerico non ordinato ministrante.

SVMMARIVM.

1 *Irregularis non assistens Diacono baptizanti aliter, quam auctorizando.*
2 *Irregularitas occulta est ex actu publico, super qua dispensat Episcopus, si videntes ignorent eum esse delictum.*
3 *Excommunicatus in vna diœcesi, & celebrans in alia, vbi nescitur, est irregularis.*
4 *Irregularis fit, qui vtitur ordine sacro, quem non habet, nec potest ascendere.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. alias 4.

1 Parochus dans licentiam Diacono baptizandi solenniter, & eidem assistens sola causa corrigendi eum, si erraret, irregularitatem non incurrit, quamuis Diaconus ipse irregularis sit; cap. 1 de cle. non ordin. min. cum nemo illam incor rit nisi in casibus a iure expressis; c is qui. de senten excom. in 6 secus si auctorizando, aut mandando assisteret. sic enim & Parochus irregularis redderetur. Cle. Archiepiscopo de priuile. & ibi glo. verb. celebrari, parocho autem accusato, & dicenti se solum causa corrigendi, & non auctorizandi assistisse, in dubio credi debet, saltem si id iureiurando affirmet: Quia in his, quæ ex animo alicuius pendent, et saltem iuranti credendum est; cap. significasti. de homicid. & actus, qui delictum, aut non delictum commode interpetrari potest, interpetrari debet non esse delictum. cap. 2. de reg. iur.

DECISIO II.
Ex conf. 2. in vtrisque.

2 Diaconus solenniter publice coram moltis baptizans, & proinde irregularitatem incurrens, cap. 1. de cler. non ord. ministr. cum id presbyteri munus sit, ab Episcopo dis-

ipen-

Digitized by Google

spensari potest per facultatem a Concilio Tridentino, sess. 24. cap 6. de refor. traditam ad dispensandum in irregularitate occulta, dummodo astantes ignorent id munus esse illi prohibitum; aut si aliquis id sciat, nesciat tamen per id incurri irregularitatem; Quia licet actus publicus sit, in hoc tamen euentu delictum est occultum, & in irregularitate ex delicto occulto Episcopus dispensare potest: vt affirmat Nauar. in Man. c 27. num. 194. & 100 modo postea fama nulla de irregularitate contracta orta sit; tunc enim non poterat, cum iam delictum incipit esse publicum.

DECISIO III.

3 Excommunicatus in vna diœcesi, vel vrbe, & celebrans in alia, vbi nescitur, an sit excommunicatus, irregularis efficitur, ab Episcopo tamē dispensari potest; cum delictum eius sit occultum, ita Concil. Triden. sess. 24. c. 6. de reform. Quāuis enim actus dispensandi strictè intelligi debeat, c. 1. & 2. de fil. presbyt. in 6. potestas tamen dispensandi est fauorabilis, & amplianda gl. in cle. 1. de off. vic. & Fel. in c. postulati de rescript.

DECISIO IV.
Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiquis.

4 Irregularis est, qui ordine sacro quem non habet, vtitur; ex Nau. in Man. cap. 27. num. 247. itaque sicut ad altiores promoueri nequit, ex cap. 1. de cl. et. non ord. mini. ita neque in susceptis ministrare poterit sine dispensatione, quæ non a Pœnitentiario, sed a Papa obtinenda est, ex Syl. verb. irregularitas. q 12.

TITVLVS XXXII.
De Priuilegijs.

SVMMARIVM.

1 *Gratia per mortem concedentis non expirat, licet sic man datum.*
2 *Gratia Papæ*, Donec aliud decernat *illius morte non expirat, secus* vsque ad eius beneplacitū, *& quare.*
3 *Priuilegium Minorum generalis dispensandi super multitudine Missarum ad successores, & ad Missas post illud acceptas extenditur.*
4 *Beneficij, seu priuilegij impetratio sine mandato valet.*
5 *Dispensatio limitata quoad forum interius, ad exterius nō extenditur,*
6 *Dispensand facultate concessā, literis non expeditis, cur non vtendum.*
7 *Dispensatio eius, qui ob febrem, vel alium dolorem non valet recitare horas, ad cæcum non extenditur.*
8 *Indulgentia pro mortuis concessa ad viuos non extenditur.*
9 *Indulgentia non acquiritur, nisi fiat totum id, pro quo conceditur.*
10 *Indulgentia mortuo per opus existentis in mortali quari potest.*
11 *Peccans spe veniæ obtinendæ per gratiam post, uel ante obtentam, absolui potest.*
12 *Gratia de altari priuilegiato concessa, an, non expressa ueritate, ualeat.*
13 *Dispensationes circa diuersa, licet una de alia mentionem non faciat, non uitiantur.*
14 *Priuilegium conferendi sacros ordines Abbatibus concessum Conc. Trid. refragatur.*
15 *Indulgentia pro defunctis Missam, per quamlibet Missā acquiritur.*
16 *Legere librum uetitum, extra territorium licentiam concedentis licet.*
17 *Episcopus in sua diœcesi ex causa extra locum sacrum Missare, & facultatem id faciendi dare potest.*
18 *Clericus enormibus se immiscens, ante monitionem, fori priuilegium non perdet.*
19 *Gratia Papæ non eget ad sui essentiam scriptura.*
20 *Casus reseruati episcopo an ligent exemptum.*
21 *Priuilegia clausa in corpore iuris non censentur sublata per aliam superuenientem dispositionem iuris communis habentem in se clausulam generalem*, Non obstan tibus priuilegij.
22 *Minores de obseruantia iurium parochialis incapaces sunt.*
23 *Priuilegium non prodest ei, cui conceditur, donec eius notitiam habet.*
24 *Priuilegia, dato aliquo effectu, an ad alios extendantur.*
25 *Prælati a iurisdictione episcopali exempti, an iurisdictionem quasi episcopalem habere censeantur.*
26 *Priuilegium canonis clericis minoribus 14. annorum non tollit Conc. Trid. sed fori.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. alias 2. de offic. iud. delegat.

1 Dispensandi facultas cum quibusdam personis, quæ in gradibus prohibitis contraxerunt, a Papa Episcopo concessa, etiam mortuo concedente, valet. Quamuis enim commissio de dispensando cum aliquo per mortem committentis expiret, cap Relatum. de off. leg. quia est mandatum de gratia facienda; concessio tamen facultatis ad dispensandum, nomine nominato, est gratia facta illi, cui datur facultas, & concedentis morte non expirat; cum gratia facta non expiret per mortem concedentis, cap. si super gratia tit. cod.

DECISIO II.
Ex conf. 2. alias 3.

2 Exemptus a iurisdictione Episcopi per Papam cum clausula, (donec aliud decernat,) mortuo Papa non fit Episcopo subiectus, sed manet exemptus, donec per successorem eius reuocetur exemptio a Papa concessa. Quamuis enim per mortem ipsius cesset gratia facta cum clausula, (Vsque ad beneplacitum eius, cap. si gratiosæ. de rescript. in 6. eo quod per mortem definit beneplacitum & voluntas eius; gratia tamen facta, donec aliud decernat morte eius non cessat, cum in hoc euentu requiratur dispositio, & decretatio, quæ non fit per mortem, cum potius per eam potestas disponendi aliud sublata sit.

DECISIO III.
Ex consil. 3. alias 10. de celeb. Miss.

3 Priuilegium concessum Generali ordinis dispensandi super multitudine Missarum, ad quas Monasteria ordinis illius obligata sunt, non solum Generali, qui tunc fuit, sed etiam successoribus suis concessum esse intelligitur nisi Papa aliud exprimat; vnde Generalis talis non solum super Missis receptis tempore Generalatus, quippe præterea tempore B illarum datarum, seu Priuilegiorum concessorum dispensare valet; sed etiam pro postea receptis ante sitam vi sitationem, & tempus quo dispensatio ipsa petitur non tamen pro postea admittendis, & in omni dispensatione tenor priuileg j, & commissionis seruandus est, cap. prudentiam. de offic. deleg & cap. Pisanis. de rest. spol.

DECISIO IV.
Ex consil. 1. alias 22. de Hæreticis.

4 Religiosus pro sua religione Procuratoris officium in Curia agens, si Monasterium suum inquietatur pro re aliqua aut impositione, seu talea extraordinaria, absque Monasterij mandato immunitatem, seu Priuilegium a Papa impetrare potest, & gratia sic sine speciali mandato concessa tenet; Non solum ex eo quod Papa illud facere, & concedere potest sine illius instantia, & petitione. Argu. cap. 1. de constit. & cap. proposuit. de concess. præb. sed etiam quia con-

coniunctus pro coniuncto spiritualiter, vel carnaliter sine eius mandato aliquid impetrare validè potest: capit. nonnulli, 9 sunt & alij de rescript. & quia dispensatio, & impetratio beneficij & priuilegij ab alio pro alio sine mandato eius fieri potest, cap. ex ore. de his, quæ fiunt a maior. par. cap. & cap. innotuit. de elect.

DECISIO V.
Ex conf. 5. alias 4. de iudicijs.

5 FAcultas dispensandi cum ijs, qui publice, & bona fide in tertio, & vlteriore grado Matrimonium contrahunt, in foro tantum conscientiæ per Bullam Cruciatæ Commissario concessa, cum quibus in eo foro Commissarius dispensauit, et si de impedimento in foro exteriori constet, & de dispensatione; Iudex tamen secundum suam conscientiam, & veritatem iudicare potest matrimonium illud non esse validum; quia dispensatio illa quoad forum exterius, & contentiosum nihil operatur; eo quod tam facultas dispensandi commissarijs Cruciatæ a Papa concessa, quam dispensatio per illos super impedimento matrimonij facta, quoad effectus fori interioris, & conscientiæ tantum fuerit limitata; & ideo quoad forum contentiosum actus eorum non valet; cum actus agentium vltra eorum intentionem non operentur; l. non omnis ff. de rebus cred. & limitata causa limitatum producit effectum; l. inagris. ff. de acqu. rer. domin. & iudex secundum eam veritatem solum, quam vt iudex nouerit, iudicare debet ex S. Tho. 2. 2. q. 60. art. 6 & q. 67. ar. 2. & proinde iudex hoc matrimonium, quoad forum exterius, & contentiosum non esse validum iudicare potest quamuis in foro interiori validum esse sciat.

DECISIO VI.
Ex conf. 6. alias 2.

6 FAcultas concessa Prælato religionis dispensandi cum suis religiosis super irregularitate occulta, valida non est, nec ea prælatus ante Bullarum expeditionem vti potest; cum hæc concedentis esse censeatur.

DECISIO VII.
Ex *conf. 7. alias 23. de celeb. Mis.*

7 INdulgentia, vel dispensatio quod obligatus ad horas canonicas dicendas satisfaciat, dicendo decies Pater Noster, & decies Aue Maria si teneatur febre, vel tanto alio dolore, quod eas commodè recitare nequeat, ad cæcum, vel dolore oculorum ita laborantem, vt sine periculo perdendi visum eas recitare non possit, simpliciter non extenditur, quia sola cæcitas febrem, aut dolorem impedientem recitationem non inducit: Huiusmodi autem facultas, aut dispensatio non valenti ob febrem, vel alium dolorem horas recitare, vt non teneatur, parum prodest.

DECISIO VIII.
Ex conf. 8. alias 39. de pœnit. & remiss.

8 INdulgentia pro mortuis concessa, ad viuos non extenditur, etiamsi quis pro viuis Missam celebret, sicut eam consequitur anima mortui, si pro ea celebretur.

DECISIO IX.
Ex conf. 9. alias 38. de pœnit. & remiss.

9 INdulgentiam ieiunanti, oranti, & eleemosinam facienti feria quarta, sexta, & sabbato vnius hebdomadæ concessam, non consequitur is, qui vna tantum præfatarum feriarum tantam eleemosinam facit, quantam omnibus tribus erat facturus: cum concessio indulgentiæ strictè interpretanda sit; Argum. cap. porto. de priuil. & copulatiua dispositio, vt vera sit, omnes eius partes veræ esse debent. l. si. hæredi plures, ff. de condit. instit. Nec indulgentia alicui, nisi totum illud faciat, quo ad acquirendum illam præstituitur, acquiri solet, adeo quod nihil quæritur, etiamsi bona pars illius fiat. Extrauag. Vnigenitus. de pœn. & remiss. vnde sicut ad indulgentiam acquirendam non sufficit vna, vel duabus præfatarum feriarum ieiunare & orare, ita nec eleemosinam in vna tantum dare. Quamuis enim id quod dandum, vel faciendum est aliquo tempore, fieri potest ante illud, quando tempus in fauorem debitoris adiectum est, non tamen id fieri potest, quando in fauorem alterius adiectum est, vt in casu proposito contingit, vbi onus de faciendo eleemosinam tribus diebus adiectum esse videtur, vt diutius, & pluries bene operetur: sicut nec iussus septem psalmos pœnitentiales septies septem hebdomadibus, satisfacit, dicendo illos septies in vna septimana si tempus adiectum non fuerit in fauorem eius, vt leuius eos recitare posset, sed ad hoc vt maiori tempore peccata defleat.

DECISIO X.
Ex conf. 10. alias 36. de pœnit. & remis.

10 INdulgentia mortuo per opus existentis in statu malo quæri potest, siue opus, ob quod conceditur indulgentia, sit Missa, quæ ex opere operato prodest, siue alia, quę tantum ex opere operantis valet.

DECISIO XI.

11 PEccans spe veniæ consequendæ per Bullam tam concessam, vel postea concedendam, absolui per eam potest, nisi Bullam, vel indulgentiam concedens illum ab eius commodo excipiat.

DECISIO XII.
Ex conf. 11. alias 1. de rescrip.

12 GRatia de altari priuilegiato a Papa alicui ecclesiæ facta ad petitionem alicuius dicentis, quod in ea sint viginti sacerdotes, etiamsi non sint plures quam quindecim sacerdotes, valet.

DECISIO XIII.
Ex conf. 12. alias 6 de temp. ordin.

13 DIspensatio & gratia facta Subdiacono occulto, & male ordinato vt vxorem ducere possit, non vitiatur eo quod tacuit, præsertim sine dolo, quod erat affinis vxoris; neque secunda gratia postea impetrata vt affinem ducere posset non facta mentione de dispensatione super ordine, irrita censeri debet, quia res separatæ sunt, quarum vna alteram non auget; nec vllo iure requiritur, vt mentio alterius in altera fiat: Sicut nec gratia facta de pœna adulterij requirit mentionem de gratia pœnæ periurij, lusus, vel homicidij; nec gratia pluralitatis beneficiorum facta illegitimo mentionem gratiæ factæ ei de non ieiunando vel non soluendo pœnam periurij, requirit; cum hæ res separatæ sint, quæ circa idem non versantur; secus tamen in illis quæ circa idem versantur; vnde indulgentia secundi homicidij, non facta mentione de prioris indulgentia, non valet; l. 2. C. de epis. audient. Nec dispensatio super pluralitate beneficiorum illegitimo concessa valida est, non facta mentione de priore dispensatione, qua ad vnum habilis effectus est; ca. 2. de filijs presb. in 6. eo quod lex mentionem iterationis delicti requirit, & dispensationes sic contingunt, & circa idem versantur, ita vt tacitum, delictum, & defectum expressum, super quo dispensatur, augere soleat.

DECISIO XIV.
Ex conf. 13. alias 14.

14 ABbas priuilegium conferendi ordinem Subdiaconatus a multis summis Pontificibus ante Concilium Tridentinum concessum & confirmatum habens, cuius etiam Priuilegia omnia generaliter a Papa post dictum Concilium confirmata sunt exceptis his, quæ Concilio Tridentino sunt contraria, huiusmodi Priuilegio ordinandi subdiaconos nunc vti non potest: cum dictum Concilium Tridentinum sess. 23. cap. 8. 10. & 12 solis episcopis ordinationem ad sacros ordines reseruet, & alijs Priuilegijs suo decreto contrarijs expresse deroget; Nec Papa per suam generalem

neralem coofirmationem tam exorbitans priuilegium confirmate velle censetur: maximè cum omnia priuilegia Triden. Conc. contraria excipiat.

DECISIO XV.
Ex conf. 14. alias 37. de penit. & remis.

15 PApa priuilegium concedens, vt quoties in aliquo certo altari pro defunctis Missa dicatur, anima illa per modum suffragij indulgentiam plenariam consequatur, de quolibet Missa, tam de sancto, quam de feria, quam de defunctis intelligitur. Quamuis enim valor Missæ pro defunctis aliquid amplius ex opere operantis valet, ea ratione quod totus ferè tenor eius resonet defunctorum: quia tamen Missæ omnes ex opere operato æquales sunt: cap. tutta. 1. q. 1. & ex alio respectu Missa defunctorum breuior est, & minus attente, vt plurimum dicitur, quam alia, & sæpe contingit aliquem mori vespere, vel mane alicuius festi magni, cuius animæ propinqui, & amici opitulari desiderant, & frequenter noua memoria sancti, & officij nouitas, celebrantis deuotionem auget, ex qua valor operis operantis dependet, & inconueniens esset eo die Missam defunctorum dicere: satis erit quamlibet Missam ad indulgentiam pro anima defuncti acquirendam dicere, præsertim cum Papa generaliter Missam non tenet ad nullam particularem restringens, & dispositio generaliter loquens, etiam generaliter intelligenda est, cap. solitæ. de maiorit. & obed. & beneficium principis, dummodo non sit ambitiosum, cap. quamuis. de præben. in 6. late interpretari debet. l. 1. ff. de const. prin.

DECISIO XVI.

Ex conf. 15. alias 6.

16 HAbens licentiam legendi aliquem librum, extra territorium licentiam concedentis, illum legere potest, sicut habens licentiam confitendi, studendi, vel non ieiunandi, extra territorium concedentis, confiteri, studere, vel ieiunium omittere valet. Arg. c. placuit. de pæn. d. 6. & arg. cap. cum ex eo. de elect. in 6.

DECISIO XVII.

Ex conf. 16. alias 5.

17 EPiscopus in sua diœcesi ex iusta aliqua causa priuilegio Missandi extra ecclesiam, vel alium locum sacrum vti potest super altari portatili, & facultatem id faciendi alijs dare, cap. concedimus de consec. dist. 1. non obstante Concilio Tridentino, sess. 22. de obseru. & cul. in celebr. Miss. illud solum pro libito, & sine iusta causa fieri prohibente: in alieno autem episcopatu, illo priuilegio vti non potest, si episcopus ille Concilium Tridentinum receperit, & prohibuerit, ne quis in suo episcopatu extra loca sacra, & ad Missandum specialiter deputata, sacrum celebraret, quia episcopi auctoritate Concilij Tridentini ea statuere possunt, quæ iusta & honesta sibi videbuntur, tanquam Papæ delegati in hac parte, priuilegijs quibuscunque in contrarium non obstantibus, ita Nau. in Man. cap. 25. num. 82.

DECISIO XVIII.
Ex conf. 17. alias 25.

18 REligiosus professus, approbatæ religionis nullo ordine insignitus, immiscens se rapinis, latrocinijs, & alijs enormibus criminibus, etiam habitu, & tonsura clericalibus dimissis antequam moneatur desistere aut incorrigibilis sit, priuilegium fori non perdit, nec laico iudici subijcitur. cap. cum ab homine de iud. cap. si iudex. de senten. excom. in 6. & cap. nouimus. de verb. sign. sicut nec clericus saltem in sacris constitutus arg. Conc. Trid. sess. 23. ca. 6. de refor. Et iura, quæ clericos occidentes, vel mandantes occidere per assassinos, & ioculatores, goliardos, & buffones artem illam per annum exercentes, priuilegium clericale, & fori perdere dicunt, cap. Pœnæ de pœn. dist. 1. de illis specialiter intelliguntur, nec extra proprium casum ad alios extendi debent, cum sint leges pœnales. Sed neque de priuilegio fori iura illa disponunt, sed ad summum solum probant perdi priuilegium canonis, si quis suadente, vt grauissimi authores exponunt, ex Pan. in cap. perpendimus. de sent. exc. & Silu. verb. clericus.

DECISIO XIX.

Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiquis.

19 QVamuis scriptura ad valorem, & substantiam gratiæ necessaria non sit, ex Cle. dudum. de sep. & ibi glo. in ver. verbo neque gratia morte concedentis expirat, c. si super gratia de offic. deleg. in 6. sicut expirat mandatum re integra, morte mandantis, cap. relatum. de off. deleg. quoad probationem tamen in foro exteriori, ita necessaria est, vt nisi probari possit concessa, pro non concessa habenda erit, eo quod quoad forum exterius de non existentibus, & non apparentibus, idem est iudicandum, cap. si sacerdos. iuncta gl. de off. ordin.

DECISIO XX.

Ex consil. 4. in Nouis, deest in antiquis.

20 CAsus reseruati episcopo ligant etiam exemptum, nisi sit ita exemptus, vt nec ratione delicti, nec contractus ei subijciatur, arg. cap. 1. de priuil. in 6.

DECISIO XXI.

Ex conf. 7. in Nouis, de est in antiquis.

21 PRiuilegia clausa in corpore iuris quamuis per aliam superuenientem dispositionem etiam iuris communis, habentem in se clausulam generalem, (Non obstantib. priuilegijs) non censentur sublata, vnde & regulares priuilegio sibi de tempore interdicti celebrando concesso; in corpore iuris clauso, cap. alma mater. de sent. excom. in 6. non obstante Concil. Trid. vti possunt, alia tamen regularium priuilegia, quibus eis facultas celebrandi diuina in diebus eis facultas celebrandi diuina in diebus sanctorum suorum ordinum; & aliquot alijs tempore interdicti conceditur, per Concilium Trid. sess. 25. de regul. cap. 12. & 22. sublata censentur: Quandoquidem alias inanis redderetur. cap. 12. cum absque iussione illius, religiosi interdicta cum moderatione suorum priuilegiorum seruare tenerentur, cle. 1. de sent. excommu. & cap. 22. priuilegia omnia iuri communi contraria illis tollere videtur, iusque nouum in omnibus capitulis illius sessionis præcedentibus specialiter ab eis seruari præcipit; Quorum vnum est cap. 12. tollit enim vniuersaliter sine discrimine omnia, & singula priuilegia quæ decretis superioribus contrariantur. Vnde cum constet præfata priuilegia iuri communi de seruando interdicto esse contraria, cuius obseruantia eis specialiter in cap. 12. præcipitur, per præfatum Concilium penitus sublata esse censentur. Si quidem mens Concilij fuisse videtur, religiosos parochis æquare quoad interdicti obseruationem, & vt religiosi, qui sunt coadiutores parochorum eos non superent, cum accessorium principale suum non præcedere, sed sequi debeat, c. accessorium de reg. iu. in 6.

DECISIO XXII.

Ex conf. 19. in Nouis, deest in antiq.

22 MInores de obseruantia iurisdictionis parochialis incapaces sunt, vnde nec illam præscribere possunt, & si ministrent Sacramentum Eucharistiæ, aut extremæ vnctionis, vel benedicant nuptias parochianorum alicuius loci, excommunicati sunt, clem. 1. de priuil. nisi ex Episcopi, aut Papæ licentia, & priuilegio, aut ab immemorabilis temporis possessione, & præscriptione id faciant.

DECISIO XXIII.
Ex conf. 21. in Nouis, deest in antiquis.

23 PRiuilegium regulariter non prodest, cui conceditur, nec nocet ei contra quem conceditur, donec ad eorum notitiam perueniat: Et licet aliquando prosit ei, cui conceditur, nunquam tamen nocet ei, contra quem conceditur

saltem

Digitized by Google

saltem quoad incurrendam pœnam, donec ei legitimè intimetur, eiusque legitimam notitiam habeat, cap ex parte. de concess. præb. in 6. Quod si nonnunquam dispositio aliqua ignorantes comprehendat, puta cum exprimitur in ea, vt ex tempore datæ oblige., Glo. in Clemen. 1. in verb. Ex nunc de hæres. in 6. aut cum ponitur in ea decretum irritans, id solum de annullatione actus, quæ non est propriè pœna, & non de pœna proprie intelligitur, ita Panor. & Fel. in c. 2. de constit.

DECISIO XXIIII.

Ex conf. 22. in Nouis, deest in antiq.

24 PRiuilegia, dato aliquo effectu, quem operantur contra ius commune, ad alios saltem ad eos, ad quos non mouet eadem ratio, extendi non debent, argumen. cap. cum in his. de priuileg.

DECISIO XXV.

Ex conf. 32. in Nouis, deest in antiq.

25 PRælatus ab Episcopi iurisdictione exemptus, & immediatè Papæ subiectus, iurisdictionem quasi Episcopalem in suos subditos habet. Glo in Clem. 1. in verb. Proprij. de reb. eccl. non alien. & cum suis subditis ea omnia, quæ episcopus potest, exercere valet.

DECISIO XXVI.

Ex conf. 24 in Nouis, deest in antiq.

26 PRiuilegium fori, quamuis clericis in Minoribus constitutis ante 14. annum sublatum sit, nisi clericalem habitum, & tonsuram deferentes alicui ecclesiæ de mandato episcopi inseruiant, vel de eiusdem licentia in seminario, vel in schola, aut vniuersitate quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versentur, priuilegio tamen Canonis, cap. si quis suadente, 17 q 4 per Concilium Trident sess. 23. de reform. ca. 6 non priuantur; cum nulla ibi Canonis, sed fori tantum mentio facta sit, & ius antiquum, nisi quatenus ius nouum illud expressè tollit, non censetur sublatum, l. præcipimus, de appellat.

TITVLVS XIX.

De Purgatione vulgari.

SVMMARIVM.

1 *Purgatione vulgari se purgans, vel purgare se volens duello, peccat.*

DECISIO I.

Ex *consil. 2. (alias) 2. in vtrisque.*

1 DIffamatus de crimine iniustè ab alio, & pro famæ suæ recuperatione, duello, & iuramento se purgare deliberans mortaliter peccat; cap. 1. & 2. de duello, & si de facto id faciat, excommunicationem, & alias pęnas incurrit ex Concil. Triden sess 25. cap. 19 de refor. non solum si duellum solemne fuerit, sed etiamsi sit priuatum, & sine vlla solemnitate patrinorum, aut patronorum, & aliarum monitionum, aut diffidationum habitum: ita Greg XIII. Extrauag. Ad tollendum. edi. 1582. secus autem si solummodo voluntatem committendi duellum habeat; cumque Tridentinum Concilium vbi supra. neque Papa duella mentalia puniant, sed tantum realia, argum. c. si de homic. Sicut nec occidendi voluntas irregularem aliquem efficit, sed occisio ipsa realis, c. si aliquis de homicid. Talis autem excommunicatio maior per duellum solemne incursa, per Tridentinum, & etiã per Pium IV. Extrauag. Ea quæ. edit. Ann. 1560. Summo Pontifici reseruata, per præfatam Gregor. XIII. Extrauagantem ad duellum etiam priuatum extenditur.

TITVLVS XX.

De iniurijs, & damno dato.

SVMMARIVM.

1 *Testis iustè interrogatus, reum non detegens damnum fisco non restituit.*
2 *Res mobiles in bello captæ capientium fiunt.*
3 *Pater repetere non potest, quæ ex charitate pro filijs soluit, nisi protestatio præcedat.*
4 *Pœnitens, qui confessario quid restituendum dedit, satisfecit, donec sciat non fuisse restitutum.*
5 *Mercedem iustam officialibus suis respublica assignare tenetur.*
6 *Officialis, aliquid iniuste accipiens ad restitutionem tenetur.*
7 *Iniuria filij redundat in patrem.*
8 *Damnum datum restituere tenetur, qui alteri suadet, vt creditum solutum exigat.*
9 *Debitor incertorum, si sit pauper, potest illa sibi tanquam pauperi retinere.*

DECISIO I.

Ex conf. 1. alias 4.

1 QVando pœna iure ipso ob aliquod delictum imposita est, testis legitime interrogatus, & reum non detegēs, damnum fisco restituere non tenetur; cum testis ille nulla bona suo falso testimonio auferat fisco, nec causa proxima damni alicuius existit; nec pœna in foro conscientiæ ante sententiam debetur; ex Glo. recep. in cap fraternitas, 12. q 2. Restituere autem non tenetur, nisi qui impedit alium ad quærendum id, quo iam habebat ius quæsitum in re, vel ad rem per actionem, vel officium iudicis, ex Nauar. in Manu. c. 17. num. 69 quale in proposito fiscus habere non videtur.

DECISIO II.

Ex conf. 2. alias 3. de restit. spoliat.

2 REs mobiles in bello iusto, siue iniusto captæ, ex tacita quadam Principum conuentione, attenta iustitia belli, quæ ex indictione, & auctoritate suprema temporali facta colligi solet, quamuis alia vera non concurrit, capientium esse censentur, nec postea ab alijs quouis modo recuperatæ, Dominis prioribus necessario restituendæ sunt: nisi fortè sint res, in quibus locum habet ius postliminij, vt sunt naues oneratiæ, & currus, & boues portantes, & trahentes frumenta, & commeatum, & alia huiusmodi, quæ solum causa belli, & prælij feruntur, l 2. & 3 ff. de capt & l. 2. C. de capt. & postlim.

DECISIO III.

Ex conf. 3. alias 5.

3 STante statuto, vt filiusfamilias nondum emancipatus sed in patris potestate constitutus, propter suum delictũ condemnari possit in legitima, quæ ei ex bonis patris deberetur, si tunc pater moreretur, si aliquis filiusfamilias in illa condemnatus sit, & pater mendacijs & periurijs suis, & amicorum, probet se non habere vlla bona, ex quibus legitima filio debeatur, tenetur ea pater fisco, vel iudici, cui debebatur quarta illius legitimæ, restituere; cum pęna etiam in conscientia post condemnationem debeatur; ex S. Thom. 2. 2. q. 62. c. 4 vnicuique enim ius suum, & sibi debitum reddendum est; l. iustitia, ff de iustit. & iure. Nec vlli se, vel bona sua, per mendacia, & periuria defendere licet, ex præcit. S. Thom 2. 2. q. 69. art. 2. Post tamen pater in partem restitutionis computare ea, quæ filius antea patri ad lusus, & alia illicita subtraxit, & quæ alias soluit propter delictum ab eodē filio perpetratum, licet enim repetere non potest pater quæ ex charitate. & pietate pro filijs soluit, nisi prius facta fuerit protestatio, quod ea animo repetendi impenderit; illa tamen,

men, quæ coactè impendit, repetere potest; & in dubio animo repetendi maximè in casibus allatis, impēdisse censetur.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. alias 37. de solution.

4 POenitens, qui confessario pecuniam dat, vt ea creditoribus suis occultis satisfaciat, si confessarius eam in suos vsos bonos, vel malos impenderit, mentitus pœnitenti, quod creditoribus suis satisfecit, ab alia satisfactione excusatur, donec ei confessarij dolus innotuerit; arg. ca. significatur. de pignorib. & confessarius ad satisfaciendum pro eo tenetur; Sin autem Confessarius pœnitentem monuerit, quod non satisfecerit, tenetur pœnitens ad satisfaciendum, nisi confessarius possit, & velit satisfacere: cum ad restituendum non minus ipse, quam pœnitens ex dolo suo obligatur: eo quod subrogatus naturam eius sapiat, cui subrogatur, l. cum qui. §. qui iniuriarum, ff. si quis cautionibus.

DECISIO V.
Ex conf. 1. in Nouis, deest in antiq.

5 CVm in stipendiorum taxatione ad hoc, vt sit iusta, debeat inter cetera respici valor rerum ad victum, & vestitum necessariarum, qui cum modernis temporibus sit auctus, iniustum est, vt antiqua taxa nunc seruetur; & cum respublica iam iure naturali quam diuino, & humano ius officialibus mercedem iustam assignare teneatur, consequenter suffragandi vim habens, & suffragia plura, quam liceat, clā immittens ad hoc, vt officialibus debitum stipendium augeatur, etsi peccet, quia tamen nullum damnum iniustum Reipub. dat, sed potius honori, & decori illius consulit, iniustam mercedis taxationem ad iustam debitam, etsi iniusto modo reducens, ad restitutionem aliquam Reipub. faciendam non obligatur; Sicut qui clam sibi debitum a debitore nolente sibi soluere accipit, etiam si fortè accipiendo peccat, quia tamen damnum iniustum ei non infert, restituere non tenetur, vt ait Glos. in c. ius gentium, d. 1. & Nauar in Man. c. 17. nu. 112.

DECISIO VI.
Ex conf. 2. in Nouis, deest in antiq.

6 OFficialis licet Principis mandatum exequendo, non secundum verba, sed secundum mentem eius non peccet, si tamen ab eo, qui ne iniustè coram Deo puniatur, aliquid dat sponte, quicquam accipiat, danti acceptum restituere tenetur, l. 3. & vlt. ff. de condit. ob turp. cau. & Nauar in Man. ca. 17. nu. 30.

DECISIO VII.
Ex conf. 3. in Nouis, deest in antiq.

7 CVm iniuria filij redundet in patrem, l. 1. § iniuria. patet etsi ad pœnam ciuilem ob mortē filij, & iniuriam filio illatam agere nequit, ob iniuriam tamen ipsimet patri sic illatam iustè agere valet.

DECISIO VIII.
Ex consi. 6. in Nouis, deest in antiq.

8 DAmnum datum restituere tenetur, qui alteri ignorati suadet, vt creditum exigat, quod suadens sciebat, aut scire debebat esse solutum, vt patet ex Toto ti. de condit. indeb.

DECISIO IX.
Ex conf. 9. in Nouis, deest in antiq.

9 DEbitor incertorum, si sit pauper, quamuis illa sibi tanquam pauperi retinere possit, ex Nauar. in Man. ca. 17. nu. 171. quod tamen certis creditoribus debet, illis, si etiam ipsi pauperes sint, restituere tenetur, nisi dilationem ab eis obtineat; quod si habeant creditores vnde viuant, excusatur debitor non habens vltra necessaria sibi, & familiæ suæ, donec ad pinguiorem fortunam deueniat, quæ si nunquam veniat, omnino excusatur, vt ait præcit. Nauar in Man. cap. 17. nu. 54. & 61.

TITVLVS XXI.

De Pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio lata in religiosum solemnizantem coniugium non est per Conc. Trid sublata.*
2 *Damnatus ad carcerem perpetuum cum victu quatuor unciarum panis, & totidem aquæ, ad mortem damnatus censetur.*
3 *Pœna parochi, cuius culpa parochianus sine pœnitentia moritur, est arbitraria.*
4 *Communicans cum suspenso ab oratione, excommunicationem non incurrit.*

DECISIO I.
Ex conf. 14. alias 10. de consit.

1 SAcerdos regularis, vel secularis qui alterius parochi sponsos sine illorum parochi licentia solemniter matrimonio coniungere, aut benedicere ausus fuerit, & excommunicationem Clem. 1. de priuileg. & suspensionem ipso iure incurrit; ex Conc. Trid. ses. 24. c. 1. de reform. matr. nec per suspensionem a Concil. prædicto additam, excommunicatio ipso iure religioso imposita tolli[t]ur: cum lex prior per posteriorem, nisi expressa, aut ei contraria sit, non tollatur: cap. 1. de constit. in 6. & sublatio illius, nec in Tridentin. exprimitur, nec Concil. Clementina contrariatur.

DECISIO II.
Ex conf. 2. alias 1.

2 DAmnatus ad carcerem perpetuum cum victu quatuor vnciarum panis pro cibo, & totidem aquæ pro potu singulis diebus, ad mortem damnatus censetur: cum regulariter ad vitam sustentandam ista non sufficiant, & morte secuta, damnans irregularis efficitur.

DECISIO III.
Ex conf. 1. alias 22. de parochijs.

3 POena parochi, cuius culpa parochianus sine sacramento moritur, arbitraria est, talis tamen mortaliter, peccat, & grauiter puniendus est.

DECISIO IV.
Ex conf. 4. alias 55. de sent. excomm.

4 COmmunicans cum suspenso ab officio, vel oratione, excommunicationem non incurrit, aut irregularitatem, cum id nullo iure sit expressum, irregularitas autem non nisi in casibus a iure expressis contrahitur. c. Is qui de senten. excomm. in 6. & glo. in c. fin. de iui. patron.

TITVLVS XXII.

De pœnitentijs, & remissionibus.

SVMMARIVM.

1 *Naufragorum res, vt eas dominis restituant, vel ignorantes capientes licet non restituant, excommunicationem Bullæ Cœnæ non incurrunt.*
2 *Facultas absoluendi ab omnibus peccatis non est indulgentia, nec per Bullam Iubilæi reuocata.*
3 *Clausula derogatoria in Bullis posterioribus apposita alias priores annullat.*
4 *Confessarius erga pœnitentem rusticum quomodo se gerere debet*
5 *Odium, & rancorem malum, non iniuriarum actionem quis remittere tenetur.*

Locare

6 *Locare meretrici operas, seu domum, absque consensu in peccatum, licet.*
7 *Peccatum vnum committit pluries post fornicationem osculans.*
8 *Scire quæ quisque Christianus teneatur explicitè.*
9 *Ignorantia iuris excusat, nisi sit diuini, vel humani quod quis scire tenetur.*
10 *Consulens superiores credens eos habere sufficientem scientiam, etiamsi erret, non peccat.*
11 *Opinionem eligens quam putat rationi conformem, satisfacit.*
12 *Consulens Doctorem, vbi sunt diuersæ opiniones, sequi tenetur, quam Doctor diffinit.*
13 *Dubitans, agere nequit, nisi ex aliquibus rationibus in alteram partem inclinet.*
14 *Confessiones vt iterabit pœnitens, quando confessor facultatem cum absoluendi, non habuit.*
15 *Absolui potest ab omnibus, qui vnum, vel alterum peccatum ob ignorantiam linguæ confiteri noluit.*
16 *Confessor periclitantes in naui audiens, nisi integrè confessos, non absoluat.*
17 *Confessarius impedire debet, ne confessio iteretur.*
18 *Episcopus approbatum confessorem eligat, si per Iubilæũ absolui velit.*
19 *Pœnitentiarius Maior presbytericidæ occulto publicam pœnitentiam imponere potest.*
20 *Absoluere nequeunt Mendicantes a reseruatis episcopis pœnitentium, etiamsi in vrbe confessiones audiant.*
21 *Absolui potest quisque in articulo mortis a quolibet sacerdote, sed consultè a proprio, si haberi poterit.*
22 *Interdictus vt vnus de Capitulo, cur potest in sacro sepeliri.*
23 *Eucharistia damnato ad mortem, si ieiunus sit, non est neganda.*
24 *Pœnitens confessario suo docto credens, a culpa, & pœna excusatur, licet ipse erraret.*
25 *Regulares virtute Iubilæi etiam sacerdotibus secularibus confiteri possunt.*
26 *Facultas edendi carnes in diebus ieiuniorum dicenti se Nobilem, & infirmum, valet, etsi nobilis non sit.*
27 *Confessor secundus per Cruciatam electus potest ex causa pœnitentiam a primo positam mutare, nõ auditis peccatis, pro quibus posita est.*
28 *Cruciatam præsentis anni suscipiens, gratijs præcedentis anni gaudet.*
29 *Cruciatam habentes, oua, aut pisces alternis diebus edere possunt.*
30 *Ieiunare qui non tenetur, potest per Cruciatam in prandio pisces, & in cœna edere oua.*
31 *Excommunicatus generaliter ab homine non denunciatus, sicut si a iure, absolui potest.*
32 *Religiosus facultatem habẽs audiendi omnes ad eum venientes, quid potest.*
33 *Cruciatæ Commissarius quas gratias suspendere valet.*
34 *Negligentia hæredis causare potest, vt anima testatoris in purgatorio detineatur.*
35 *Seruientes heris concubinarijs, an, & quãdo absolui possunt.*
36 *Cooperando facto malo alterius quando peccatum est.*
37 *Concessio facta ab eo, qui retinet beneficia malè obtenta, reiteranda, & quare.*
38 *Peccatum vnum in genere moris, quando plures actus externi constituunt.*
39 *Vno impetu, qui eundem peccati actum reiterat, an pluries peccet, aut pluries excommunicetur.*
40 *Confiteri sufficit vltimam speciem peccati necessario confitendam tacendo, vltimam peccati necessario non confitendi.*
41 *Aduocati, medici, & quiuis consultores non tenentur ob monitoria publicata, reuelare secreta sibi cõmunicata.*
42 *Casuum reseruatorum relaxationem an episcopus ob largitionem eleemosinæ concedere possit.*
43 *Absolutus a reseruatis vigore Iubilæi, quod intendebat faciendo omnia requisita ad id lucrandum, licet postea omnia non adimpleat, remanet validè absolutus.*
44 *Pœnitentiarius cathedralis ex sola vi sui officij, a casibus reseruatis non absoluit.*
45 *Casus reseruatos episcopo non ideo parochus absoluere potest, quod credat nociturum pœnitenti, vt ad episcopum mittatur.*
46 *Pœnitentiam impositam à superiore in absolutione a casu reseruato, inferior mutare potest.*
47 *Papa facultatem absoluendi a casibus reseruatis episcopo, eo inuito, concedere potest.*
48 *Indulgentia eleemosynam porrigentib. iuste a Papa concedi potest.*
49 *Indulgentia concessa quæri non potest, nisi onus ad eam quærendam impositum adimpleatur.*

DECISIO I.
Ex cons. 1. alias 39. de sent. excom.

1 NAufragorum bona accipientes animo ea Dominis restituendi, aut ea esse rapta, aut ex naufragio accepta, aut naufragorum fuisse ignorantes, licet restituere nolint, & in mora sint restituendi, excommunicationem quidem a Cõcilio Lateranensi latam, nec reseruatam incurunt; c. excommunicamus de raptorib. in excommunicationem autem Bullæ Cœnæ, quæ eos solum excommunicat cum eius reseruatione, qui rapuerint, aut scienter ipsi sibi acceperint, aut ab alijs rapta, aut accepta sciẽter acceperint, non incidunt.

DECISIO II.
Ex cons. 2. alias 17.

2 FAcultas à Papa concessa vt visitantes aliquam ecclesiam, & sua peccata confitentes, ab omnibus peccatis, etiam reseruatis absolui possint, per suspensiones indulgentiarum plenariarum in Bullis Iubilæorum fieri solitas non reuocatur, cum facultas absoluendi a peccatis reseruatis alibi, quam in Bulla cœnæ Domini, ab indulgentia res plane diuersa censeatur.

DECISIO III.

3 CLausula derogatoria derogatoriarum a Papa in concessione apposita, ne in Bulla aliqua secutura Priuilegio concesso derogetur, nisi de illo priori fiat mentio in posteriori de verba ad verbum per clausulas derogatorias Bullæ posterioris, in qua derogatur omnib. clausulis derogatorijs, quæ alicubi inueniri possint, habendo illas prout de verbo ad verbum expressas, tollitur, vt stylus curiæ obseruat.

DECISIO IV.
Ex cons. 4. [alias.] 12.
3. 12.

4 RVsticus, qui inter confitendum asserit se a suo parocho non solere, nec solitum esse interogari de numero peccatorum, nec de speciebus blasphemiæ, sed parochum contentum esse, si ipse pœnitens dicat solum, Ego Deum & sanctos omnibus vel plurib. ac pluribus modis blasphemaui, huiusmodi cõfessiones bona fide factas reiterare non tenetur; obligatur tñ confessarius dictũ pœnitentem interrogare, vt explicet ei verisimilem numerum peccatorum mortalium a se admissorũ, quem antea non fuit confessus, nimirum, vt quoties toto vitæ suæ tempore Deũ, vel sanctos hoc, vel illo modo blasphemauerit, & sic

N de alijs

de alijs peccatis, quorum numerum ex prænarrata ignorantia nunquam expressit, & pœnitens eundem verisimilem numerum peccatorum, quem in alijs confessionibus confessus non sit, confiteri tenetur vt patet per Conc. Tri. sess. 14. c. 5. can. 7. & Nau. in Man. c. 6. nu. 16.

DECISIO. V.

Ex consi. 3. alias 3.

5 INiuriam passus quamuis odium, & rancorem malum, non tamen iniuriarum actionem ex præcepto remittere tenetur, ex Gl. in ca. si quis contristatus. d. 90. sed neque iniurios amore speciali amare, aut pro ipsis specialiter orare, aut specialis amoris signa eis monstrare, loquendo, conuersando, & alia similia exibendo, extra casum necessitatis extremæ tenetur: vt ait S. Tho. 2. 2. q. 25. ar. 8. & 9. vnde & iniuriam post oblatam satisfactionem remittere renuens absolui debet ex Caie. 2. 2. q. 25. ar. 8. & 9. nisi ex non remittendo iniuriam scandalum aliquod oriretur, aut euidens periculum concipiendi odium & rancorem contra iniuriantem ad quæ euitanda tenetur iniuriam passus de necessitate salutis suæ; & nolens id facere confessarius illum absoluere non debet; sicut iure naturali ieiunare tenetur is, qui probabiliter credit se a carnis tentatione victum iri, nisi se ieiunio præmuniat, vt colligitur ex S. Th. 2. 2. quæst. 137. art. 3.

DECISIO VI.

Ex cons. 6. alias 5.

6 PVella quæ meliorem non reperiens conditionem, conuenta mercede menstrua, tãquam serua meretrici publicæ inseruire cogitur, sine peccato, obsequia meretrici, aut alicui alteri peccatori præstare potest, dummodo peccatum illius ipsi non placeat, & obsequia prædicta ob aliquem bonum finem faciat, puta, vt de re, & opera & industria sua, pretium, vel iustam mercedem sibi quærat, ex qua honeste viuere possit. Quamuis enim huiusmodi obsequia, & officia peccato valde coniuncta sint non tamen in sese, & suapte natura peccata sunt, & ideo ab omni peccato per finem diuersum, & seiunctum separari possunt, ratione cuius ea licitè illi præstare queat. ex Nau. in Man. c. 27. nu. 195.

DECISIO VII.

Ex cons. 7. in vtrisque.

7 QVi cum amica fornicatur, & postea delectationis causa eam multoties deosculatur, sine intentione tamen iterum fornicandi, semel tantum peccare videtur quoad necessitatem confitendi numerum; eo quod illa omnia oscula consequentia solum fornicationis iam habitæ videntur. vt ait Nau. in Man. c. 6. nu. 8.

DECISIO VIII.

Ex consil. 8. alias 10.

8 QVilibet Christianus eo ipso quod Christianus est scire debet duodecim fidei articulos, & decem præcepta decalogi, & sancta generalia ecclesiæ præcepta; quod si aliquod officium habet, vel statum, tenetur etiam ea discere quæ ad prædictum officium, vel statum necessaria scitu sunt de præcepto; vel saltem viros doctos, & consiliarios literatos secum habere quoad illas res, in quibus alienum consilium sufficit.

DECISIO IX.

9 SCiens omnia requisita ad statum suum, si aliquem actum faciat qui est peccatum mortale, quem tamen ipse ex ignorantia mortale esse nesciat, a peccato mortali communiter excusatur, nisi fuerit ignorantia alicuius iuris naturalis vel humani, quod omnes suæ conditionis, artis, & status sciunt, vel scire tenentur.

DECISIO X.

10 SVbditus, qui dubitat aliquem actum esse mortalem, superiores suos, scilicet Episcopum, vicarium eius, vel parochum, seu confessarium consulendo, conscientiæ suæ non satisfacit, si illos ita ignorãtes esse credat, vt illius dubio satisfacere nesciant, secus tamen si bona fide, illos sufficientem scientiam habere credat: tunc enim non peccat etiamsi dubium suum ab alijs peritioribus non interroget, casu etiam, quod alij doctiores reperiantur; cum nemo in dubijs suis doctiores semper consulere tenetur, sed sufficit idoneus ad ea dissoluẽda consulere; maximè si superiores sint, quia pauci sunt eminentes reperti, Immo Theologum vnum qui in loco illo bonus, & doctus communiter reputatur, consulere sufficit.

DECISIO XI.

11 COnsulens varios Doctores, in quibus notabilis excessus in doctrina, & virtute non cognoscitur, si ipsi inter se diuersæ opinionis sint, potest ipse quamcunque velit eligere, dummodo eam quam eligit, probabiliorem, & rationi magis conformem arbitretur.

DECISIO XII.

12 COnsulens vnum Doctorem de dubio, si cõsultus respondeat duas esse de illa re opiniones contrarias, quarum vtraque iustè teneri queat, potest consulens, quã voluerit illarum sequi: Sin autem consultus respondeat vnam illarum opinionum esse veram, & alteram non, etiamsi sit communis, tenetur consulens eam sequi, quam Doctor consultus definit esse veram, si aliunde ipsi contrarium non constat; Quia cum consilium petat, ad illud sequendum, si aliud melius non inuenerit, obligatur, nec potest suo iudicio opinionem, quam consultus falsam esse iudicauit, tenere, & sequi.

DECISIO XIII.

13 QVi actionem aliquam facere vult & tempus illi deest ad consulendum aliquem Theologum de modo, quo illa sine peccato mortali facere debeat verè dubius sit, ita vt non magis in vnam, quam in aliam partem incliner, illam, donec dubium deponat, facere non debet, & faciendo mortaliter peccat; Sin vero ex aliqua ratione in vnam potius quam aliam partem incliner scrupulum deponere potest & quod sibi bonum videtur facere sine alia consultatione, defectu commoditatis ad cõsulendum.

DECISIO XIV.

Ex cons. 9 alias 8.

14 QVi confessus est Sacerdoti quem auctoritatem habere putauerit, cum tamen verè non habuerit, postquam id resciuerit, easdem confessione reiterare tenetur, procurando si possit, quod prędicto confessario facultas fiat confessionem eius audiendi, qua obtenta, satis te confiteri ei omnia peccata quæ antea erat confessus tibi, & præterea addat, quæ postea commisit; & satis est quod confessarius prędictus meminerit illa peccata, vel pœnitentia, quam pro eis imposuit, vel quod paulo plus aut minus recordetur statum vitę eius in alijs confessionibus ex Nau. in Man. c. 9. nu. 16.

DECISIO XV.

Ex consil. 10. alias 13.

15 QVi vnum, vel alterum tantum peccatum confitetur, ita vt a confessario intelligatur, & omnia confiteri velit, & conetur id facere, licet nõ possit proferre propter linguę ignorantiam, ita vt confessarius alia intelligere nequeat ab omnibus peccatis Sacramentaliter absolui potest, vt affirmat Nau. in Man. c. 21. nu. 36.

DE-

Digitized by Google

DECISIO. XVI.

16 COnfessarius nautarum, & rectorum periclitantium in naui confessiones audiens, priusquam perficiant confessiones, aut saltem antequam omnia peccata mortalia sibi tunc occurrentia confiteantur, eos absoluere nō potest, vt alios etiam periclitantes audiat; eo quod cōfessarius iudex est ex Concil. Trid. sess. 14. c. 6. & iudex de rebus quas ignorat, ferre non debet sententiam: l. de qua re. ff. de iud. confessio vero quæ integra nō est omnium peccatorum quę memoriæ occurrunt, non est legitima, cap. omnis, de pęnit. & remiss. cūm confessio integra, vna sit trium partium integralium Sacramenti pęnitentiæ, sine quibus illud subsistere nequit.

DECISIO XVII.

Ex consil. 11. alias 27.

17 COnfessarius cum possit impedire tenetur ne peccatum sibi confessum iterum committatur, sine reuelatione tamen personarum confitentium.

DECISIO XVIII.

Ex conf. 12. alias 12. de priuileg.

18 EPiscopus qui per Iubilæum acquirentem vt eligatur confessor approbatus, etiam confessarium approbatus, etiam confessarium approbatum, vt Iubilæum cōsequatur, eligere debet, etsi iure communi posset quēcunque prouidum & discretum eligere; c. fi. de pęn. & remiss. cum forma Iubilæi seruari debeat, ca. cum dilecta. de rescript. Confessarius autem approbatus, & electus virtute Iubilęi, in foro conscientiæ ab excommunicationibus incursis propter ea quæ continentur in Motibus Pij V. de confidentia, & Gregorij XIII. de conuentione, & alijs rebus, quæ pro gratia, vel iustitia a Papa habenda feruntur, absoluere potest.

DECISIO XIX.

Ex consil. 13. alias 28.

19 POenitentiarius Maior occulto presbytericidæ pęnitētiam publicam imponere nequit, nec filijs eius inhabilitatem ad beneficia ecclesiastica.

DECISIO XX.

Ex conf. 14. alias 21.

20 MEndicantes Romæ commorantes, vbi a Papa eius Vicario nulli sunt casus episcopales, aut eis, aut alijs reseruati absoluere non possunt extraneam veniētem ad ipsos, a casibus Episcopalibus, qui de iure episcopis reseruantur, ac quos extra illos ordinarius pęnitentis sibi reseruauit. Cum enim mēdicantes præsentati, ex indulto Cle. Dudum. de sepult. a peccatis reseruatis Episcopo, cui sunt præsentati, absoluere nequeant, nisi in id ab eo facultas fiat, multo minus a peccatis extero episcopo reseruatis, absoluere valent; Habentes tamen casus Episcopales episcoporum, quibus præsentantur, etiam a casibus episcopalibus alijs episcopis reseruatis, absoluere possunt, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 163.

DECISIO XXI.

Ex conf. 15. alias 23.

21 EXistēs in articulo mortis a quocunque Sacerdote, a peccatis, & a cēsuris, etiam reseruatis absolui potest, vt patet ex Concil. Trid. sess. 14. ca. 7. etiamsi pręsens esset superior, vel proprius sacerdos: cum in articulo mortis nulla sit reseruatio; Consultus tamen faceret, qui præsente suo parocho, vel superiore, ab eo potius, quam ab alijs se absolui faceret, vt ait Nau. in Man. c. 26. nu. 16. & c. 27. nu. 272.

DECISIO XXII.

22 CAnonicus interdictus tanquam vnus de Capitulo, ab hæredibus, vel cognatis, vel amicis in loco sacro sepeliri potest; cum talis non sit nominatim interdictus. Quāuis enim interdicto capitulo, singuli de capitulo interdicti sint, cap. Romana, §. vniuersitatem de sentent. excommunicat. in 6. & interdicto populo singuli de populo interdicti censentur, & singuli de clero, interdicto clero, cap. si sententia. titu. eod. & ll. cum tamen aliud sit capitulum & aliud singuli de capitulo, cap. Fanie. de rescrip. & qui non est nominatim interdictus, aut denūciatus in loco sacro sepeliri potest, clement. 1. de sepult. & ibi gl. nec quisquam vitare tenetur excommunicatos, aut interdictos nisi denunciati fuerint, vt habetur ex Extrauag. Ad euitanda, Martini V. etsi capitulum pro interdicto denūciatum sit, singuli tamen de capitulo denunciati, aut nominatim interdicti non censentur.

DECISIO XXIII.

Ex consi. 16. alias 40.

23 DAmnato ad mortem adhuc ieiuno post latam, & intimatam sententiā; Sacramentum Eucharistię ministrare licet eodem mane, quod occidēdus est, ante tres, vel quatuor horas, immo & ante vnam; secus tamen si iā pranius, vel non ieiunus sit, c. Quæsitum. 13. q. 2. & gl. ibi. Quamuis enim infirmus, de quo dubitatur, an in crastinum victurus sit, post cibum sumptum etiam vesperi cōmunicare potest, cap. sanè. de celebr. Miss. cap. Quod in te. de pœn. & remiss. & ait S. Thom. 4. d. 9. & 12. ex eo quod semper se moriturum breui præuidere non potest; Damnatus tamen ad mortem, si ieiunus non fuerit, nulla ratione communicare potest, quia se damnandum ad mortem præuidere poterat, idque sibi sua culpa euenturum, & proinde ad damnationem subeundam paratus manere potuit.

DECISIO XXIV.

Ex conf. 7. [alias] 2.

18. *deest in Nouis.*

24 SCrupulosus iuxta iudicium suum iudicans se esse excommunicatum confessario suo docto, & probo credere tenetur, & se illius iudicio subijcere, & dictis, & responsis eius credens a pœna, & culpa excusatur, etiamsi confessarius erraret, & pęnitēs vere excommunicatus esset prout ipse iudicat, & probabiliter in posterum se non esse excommunicatum iudicare, & conscientiam suam tranquillare debet, subijciendo se humiliter iudicio confessarij sui tam in ijs quæ facti, quam quæ iuris sunt; & eius consilio non acquiescens, sed aliorum adhuc consilium quærens venialiter peccat. vnde & sic excommunicatus per contritionem generalibus suffragijs Ecclesiæ gaudet, vt sentit Nau. in Man. c. 27. nu. 17. & 18. & saluus erit, si moriatur.

DECISIO XXV.

Ex conf. 19. alias 13. de priuileg.

25 REgulares, ex facultate concessa instar Iubilæi omnibus Christi fidelibus eligendi idoneos presbyteros seculares, vel cuiusuis ordinis regulares ab ordinario approbatos, quibus peccata sua confiteantur virtute illius facultatis etiam Sacerdotibus secularibus confiteri possunt. Cum enim concessio illa sit generalis cōfitendi secularibus, vel regularibus approbatis generaliter intelligenda est; c. Solitę §. fi. de maio. & obed. maxime quando cōcessio est fauorabilis, & nemini saltem notabiliter præiudicialis, & etiam iuri antiquo conformis: vnde cum quilibet Christianus secundum iura antiqua cuilibet Sacerdoti confiteri poterat, arg. §. ecce. 16. q. 1. & patet ex Concil. Trid. ses. 14. c. 15. de ref. & lex, per quam reditur ad ius antiquum, fauorabilis, & amplianda sit, & vtile est, vt regulares, aliquando alijs confiteantur, quam confessarijs suis ordinarijs; vt habetur per Cōcil. Trid. ses. 25. c. 10. de reg. etiam regularis, Sacerdoti seculari ab ordinario approbato confiteri potest; pręsertim cū eadem ratio suadeat, vt nō minus ad seculares approbatos, quam ad regulares similiter approbatos extendatur; Quandoquidē vtrique sunt idonei Sacerdotes, vtique approbati, & clausula hæc vtrosque ratione approbationis pareficat. Et quamuis

exemptus, alteri prælato sine consensu proprij regulariter se subdere non possit, fallit tamen, quando se prælato subderet, cui secundum ius antiquum subest, & quando nulli inde præiudicium fit, vt in proposito contingit.

DECISIO XXVI.

Ex consi.52.alias 4.de cland.despon.

26 FAcultas & dispensatio de comedendo carnes diebus ieiuniorum, cum adiectione, *extra Quadragesimam, & de consilio vtriusque medici*, alicui concessa, & dicenti se nobilem, & infirmum, valet, etiamsi nobilis non sit, sed infirmus; cum facultas hęc concedi soleat omnibus petentibus, cuiuscunque conditionis sint, cum prædictis conditionibus; & sola infirmitas causa sufficiens est petendi, & obtinendi tale priuilegium, & ratione infirmitatis, non nobilitatis concedi solet, præsertim cum clausula illa, *de consilio vtriusque medici*, non per nobilitatem, sed per solā infirmitatem verificari possit.

DECISIO XXVII.

Ex consil.21.alias 16.

27 COnfessarius secundus per Bullā cruciatæ electus, pœnitētiam a primo impositam, etiam non auditis peccatis, pro quibus imposita fuit, iusta ex causa commutare potest; sufficit enim cognitio causæ, quæ ad pœnitentiam commutandam iusta videtur; cum ex iusta causa inferior super lege superioris dispensare poterit, vt ait Nau. in Ma. prælud.9.nu.15.

DECISIO XXVIII.

Ex conf.22.alias 17.de priuileg.

28 CRuciatam præsentia anni suscipiens, etiam indulgētijs, & gratijs Bullæ cruciatæ in præterito anno concessis gaudet, quoad illas clausulas, quę per Bullam posteriorem non sunt sublatæ, eo quod gratia semel facta, donec reuocetur, vel suspendatur, durat; c. Si super gratia. de offic. deleg. & si suspendatur, suspensione sublata, tam efficax remanet, quàm ante suspensionem erat, arg. c. Pastoralis, de cau. possess. & propriet. per posterioris autem Bullæ acceptationem, priorum Bullarum suspensio tollitur.

DECISIO XXIX.

29 HAbentes Cruciatam alternis dieb. oua, & lacticinia aut pisces comedere possunt, ita vt vno die pisces, & altero oua, & lacticinia comedant; in eandem tamen cœna, vel in eodē prandio pisces cum ouis, & lacticinijs comedere non licet; quia si pisces sine dāno notabili salutis comedere valent, per tenorē Bullę oua licite comedere nō possunt; vel si piscibus vesci nequeant sine notabili damno, illos comedendo peccant, cum peccatum sit mortifera, vel notabiliter valde lęsiua comedere, potentes iustè alia comedere, vt affirmat Nau. in Ma.c.15.nu.13. & proinde iuste in eodem prandio, vel eadem cœna, simul illa comedere non possunt.

DECISIO. XXX.

30 QVi a ieiunio excusatur, per Cruciatam in prādio pisces, & in cœna oua comedere potest, & ecōtra; sed non vtrumque in vno prandio, aut cœna; quia contingere potest quod in altera illarum pisces, & in altera oua, & lacticinia sine damno salutis comedere possit.

DECISIO XXXI.

Ex conf.23.alias 47 de sent.excomm.

31 MEndicantes religiosi ex suis priuilegijs, vel confessarij ordinarij ex priuilegio Bullę Cruciatæ, ex sententia Nauar. in Manu.c.27.nu.44.48. & 150. non solum excommunicatum generaliter ab homine, vel a iure, nondū tamen denunciatum, sed etiam specialiter excommunicatum ab homine, etiam denunciatum, & notorium clerici percussorem post iustam satisfactionē partis in foro conscientiæ absoluere possunt ex prædicto Nauar. in Manua. cap.26.nume.31. Cum in dictis Priuilegijs, & Bullis data sit potestas generalis indefinita absoluendi excommunicatos a iure, vel ab homine, prævia satisfactione sine vlla exceptione, & proinde vniuersali æquipollet, & omnes cōprehendit, cap. Solitæ. de maior. & obed. & glos. in cap. vt circa de elect. in 6. Sic autem absolutus sacramenta, & beneficia sibi canonice collata accipere, & cum alijs cōmunicare potest, & alij cum illo, etiam in iudicio, & foro exteriori, eo quod sic absolutus non est verè excommunicatus, nec proinde excommunicato communicatur, Arg. l. io delictis. §. a. ff. de ooxalibus.

DECISIO XXXII.

Ex conf.24.alias 16.

32 REligiosus priuilegium habens audiendi cōfessiones omnium eum in confessorem eligentium, accepta Bulla cruciatæ, omnes eum eligentes audire potest; sin autem priuilegium haberet audiendi omnes, qui de licentia ordinarij eum eligerent, non nisi habentes illam, vel accipientes Bullam, (quæ illam saltem eminenter cōtinet) audire posset, cum Priuilegij tenor seruandus, & non extendendus sit. c. Abbate. de verb. sign. & c. porro. de priu.

DECISIO XXXIII.

Ex conf.25.alias 15. de priuileg.

33 CRuciatę commissarius, non omnes gratias & facultates a sede Apostolica quibuscunque concessas virtute illius suspendere valet, sed illas solum, quæ sunt similes eis, quas Bulla cruciatæ concedit, & alias, quæ aliquo propinquo respectu acceptionem Bullæ cruciatæ impedire possunt.

DECISIO XXXIV.

Ex consil.14.alias 32.

34 QVi testatus est, vt centum Missæ celebrarentur pro anima eius post mortem, ex negligentia hæredum, seu executorum, qui eas tardius celebrari faciunt, a pœnis purgatorij tardius liberatur, quam si maturius statim post mortem fierent: quamuis enim meritum testantis, vel pęna animæ luentis in purgatorio, ob culpam hæredum, vel executorum augeri, vel minui non potest, liberatio tamen a pęnis ex eorum negligentia impeditur, dū ea, quæ fieri, aut restitui mandauit facere, & restitoere differant, c. in literis. de raptoribus. & S. Thom. Quodl.6. art.13. & Nau. in Man.c.17.nu.68.

DECISIO XXXV.

Ex conf.4.in Nouis, deest in antiquis.

35 FAmulari quamuis sine peccato liceat malo, etiam idololatræ quoad ea, quæ nec legi diuinæ, nec naturali, nec humanæ obligatoriæ contraria sunt, capit. Non semper. & capit. si Dominus. 11.q.3. illis tamen in illicitis seruire non licet. vnde seruientes heria concubinarija, deferendo nuncia, mādata & alia sui Domini, & renunciādo mandata concubina, aut comitando herum illam adeuntem, & illam ad dominum venientem, & vtique in domo & mensa, & in alijs similibus inseruiendo, peccat, nec nisi Dominum deferendo absolui possunt.

DECISIO XXXVI.

Ex conf.6.in Nouis, deest in antiq.

36 COoperādo facto alieno malo tunc vere, vel præsumptiuè mortaliter peccat, qui verè, vel pręsumptioē facto alterius, quatenus peccatum mortale est, consentit, alias minime.

DECISIO XXXVII.

Ex conf.9.in Nouis, deest in antiquis.

37 COnfessiones ab aliquo factæ, qui post irregularitatem incursam sine dispensatione ordines, aut beneficia accipit, quę multo tempore retinet, & interim semper confitetur, & virtute Iubilæi absoluitur, cum sine debita attritione fiant, reiterandæ sunt, fructusque beneficiorum sic acquisitorum in quibus ius nullum habet, restituere tenetur, nec virtute Iubilęi ab irregularitate dispensatus censetur.

DE-

DECISIO XXXVIII.

Ex consil.14. in Nouis deest in antiquis habetur tamen ad verbum in Manuali authoris c.6.nu.16.17. & 18.

36 Peccatum vnum in genere moris plures actus externi in vnum tendêtes finem, sicut & actus peccatum ipsum principale antecedentes. & confeq entes cõstituunt; ad quos omnes licet cõtratio virtualiter saltem se extendere debet, qu ad obligationem tamen confi en di numerum, & ad pœnitentis statum cognoscendum, actum principalem confiteri sufficit.

DECISIO. XXXIX.

39 Vn impetu quì eundem peccati actum reiterat, plu ribus puta ict bus simul sacerdotem percutiendo, vnam solum excommunicationẽ incurrit, c.cum pro causa de sen.excom.& vnicum peccatum co mittit; sicut & qui ploties idem replicat verbu n iniuriosum, puta appel lãdo ter, aut quater furem aut latronem, arg.c.Lotharius iuncta.gl.in verb.appell.31.q.2.quod si personæ, quibus iniuriatur, puta, tres, aut quatuor sint, vel quas male concupiscit, puta si concupiscat viduam, virginem, nuptã. vel facta ipsa, seu verba iniuriosa sint plura distinct, puta qd sit fur, falsarius, hæreticus, peccata iuxta personarum, aut iniuriarum numerum multiplicari censentur; nisi forte personæ illæ plures, vt vnum corpus, & vnica persona reputentur; tunc enim vnicum solum peccatum erit: vnde qui blasphemat S.Petrum, & omnes Apostolos, duas solum blasphemias perpetrat; Et qui vnam domum vult comburere; vnum solum peccatum committit, & non tot, quot ibi sunt personæ.

DECISIO XL.

Ex consil.15.in Nouis. deest in antiquis.

40 Cum peccatum semel legitimè confessum nemo vllo iure iterũ confiteri teneatur, pœnitens, quæ putatur virgo, & tamen alias peccatũ mollitiei commisit, de quo confessa fuit, si deinde aliud peccatum carnis cum viro committat, confessario interroganti, an virgo esset, vt sciat vltimam speciem peccati, puta, an stuprum, vel simplex fornicatio sit, sicque legitimam pœnitentiam imponat, se antea corruptam fuisse respondere non tenetur; Immo peccatum prius confessum, non solum tacere, sed etiam negare potest pœnitens, commisisse, intelligendo intra se, quod non fuit corrupta, ita vt teneatur illud cõfiteri, & sufficit confiteri vltimam speciem peccati necessario confitendam, tacendo speciem vltimam peccati, nõ necessario confitendam, qualis est prior corruptio, quam antea legitimè confessa fuit.

DECISIO XLI.

Ex consil.16.in Nouis, deest in antiquis.

41 Aduocati, medici, & quiuis consultores, patres spirituales, & similes secreta sibi communicata ita celare tenentur, vt nec ad præceptum superioris concedentis monitorium sub pœna excommunicationis dicendi aliqui quod certo verum esse nouerint, ea reuelare teneantur, nec tacendo excommunicationem incurrunt ex Nauarr.in Manual.cap.25.nu.62.

DECISIO XLII.

Ex consil.18.in Nouis, deest in antiq.

42 Casuum reseruatorum relaxationem etsi Papa per Bullam Cruciatæ ex iustis causis, certa eleemosina, iuuantibus bellum aut aliud pium opus concedere possit; episcopus tamen id cõcedere nequit, sicut interdictum suum etsi episcopus tollere, vel suspendere possit; attamẽ vt eo durante quis etiam ianuis clausis sacro intersit, cõcedere non valet, cum inferior in lege superioris dispensare non possit, c.inferior.d.21.& lege Papæ, qui est superior lege ordinariorum, interdictum etiam ab ordinario latum, seruari iubetur c.Quod in te de pœnit.& remiss.& c.alma mater.de sent.excom.in 6.

DECISIO XLIII.

Ex consil.16.in Nouis, deest in antiquis.

43 Cum confessus semel peccata sua, & absolutus, ea iterum confiteri non teneatur, & absolutio absolutè & non conditionaliter impendatur, ex Nau.in Man.c.9. nu. qui die Lunæ legitimè confitetur, & ab omnibus casibus reseruatis virtute Iubilæi absoluitur, cum proposito firm o faciendi omnia, requisita ad quærendam indulgentiam, & postea ieiunat feria quarta, nõ curans deinde ferijs sexta, & sabbato ieiunare, aut orare, aut die Do minica cõmunicare, vt tenetur, quamuis indulgentiam non lucretur, ita tamẽ valide a peccatis reseruatis absolutus est, vt illa iterum confiteri non teneatur. Secus tamen, quãdo tali fraude vteretur, vt solu n a reseruatis absolueretur, tunc enim nec legitime confessus, nec a reseruatis, vel non reseruatis absolutus esset, quia confessio eius integra non esset, eo quod peccatum illud fraudandi commissum taceret.

DECISIO XLIV.

Ex conf.20 in Nouis, deest in antiquis.

44 Quoniam a iure antiquo recedendũ non est, nisi qua tenus noue id statuitur, l. præcipimus, C.de appell. nihilque de casuum reseruatorum absolutione nouo iure decretum sit, pœnitentiarius ad formam Conc.Tri.sess.14. ca.8.de reso.a casibus episcopo reseruatis, vi officij sui absoluere non potest.

DECISIO XLV.

Ex consil.24.in Nouis, deest in antiquis.

45 Parochus, sicut non competit regulariter potestas iudicandi, an hic, vel ille casus reseruatus episcopo sit, vel non sit ei remittendus, ita nec casus episcopo reseruatos ideo absoluere valet, quod credat fore nociturum pœnitenti, si illum ad episcopum remittat.

DECISIO XLVI.

Ex consil.25.in Nouis, deest in antiquis.

46 Pœnitentiam a superiore in absolutione a peccato reseruato impositam, etsi inferior, adueniente necessitate, vel vtilitate ob præsumptam mentem superioris commutare possit; pœnitentiam tamen in commutatione, vel dispensatione voti iniunctam mutare non valet.

DECISIO XLVII.

Ex consil.30.in Nouis, deest in antiq.

47 Cum Papa super omnes Christianos iurisdictionẽ immediatam a Deo quoad omnia spiritualia habeat, extra vnam sanctam de maior.& obed. absoluendi a casib.episcopis reseruatis cuilibet Sacerdoti facultatem, inuitis episcopis, concedere poterit.

DECISIO XLVIII.

Ex consil.34. in Nouis, deest in antiquis.

48 Indulgentia non ieiunantibus, & orantibus, solum verum etiam eleemosynam porrigentibus a Papa concedi potest, cum ipsa opus pium, & satisfactorium sit.

DECISIO XLIX.

Ex conf.35.in Nouis. deest in antiquis.

49 Indulgentia concessa, cum sit quædam dispensatio, & sic odiosa & strictè interpretanda, ex Palud.4.d.20.q. 4.quæri non potest, nisi onus ad eam quærendam impositum adimpleatur; adeo vt nec vnus dies, nec vnus locus pro alio a parte etiam ex causa iusti impedimenti subrogari poterit: vnde cui concessum est, vt indulgentiam lucretur, si octauo quoquo die confiteatur, & die Dominico communicet, si ob instam aliquam causam loco diei Dominicæ, alio hebdomadæ die communicet, indulgentiã non lucratur. Idque non solũ quod a proprio, & pleno sensu verborũ recedendũ non sit, nisi aliud de mente disponentis constet; l. Non aliter.ff. de legat.3. Sed etiã quod maior ratio concessionem indulgentiæ communicãti die Dominica, ob diei illius celebritatem, quam alio die fe riato suadere videtur, Arg.ca. Quotidie.de consec. dist.

Digitized by Google

TITVLVS XXIII.

De sententia excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicari a solo Notario, etiam ecclesiastico, quamnis ex pacto processerit, nemo potest.*

2 *Irregularis est missans in altari interdicto.*

3 *Monitus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ cōtrafaciendo excommunicatus est, vitandus tamen non est, antequam audiatur.*

4 *Excommunicatio sine monitione lata est iniusta, sed valida, nisi in casibus a iure expressis.*

5 *Excommunicatio in solos Christianos fertur.*

6 *Excommunicatus nominatim ab homine, per Cruciatam parte non satisfacta, absolui nequit.*

7 *Excommunicatus specialiter ab homine, à quo absolui possit.*

8 *Excommunicatus non est per monitorium, qui non reuelat, quando scit petentem non habere ius.*

9 *Complices dantes pro gratia, non denunciantes, pœnam non incurrunt.*

10 *Excommunicatio lata a delegato, qui copiā suæ commissionis petenti non dat, est nulla.*

11 *Declaratoria excommunicationis eam non continet.*

12 *Vicarius generalis episcopi excommunicati, nec excommunicatus est, nec vitandus.*

13 *Communicans cum excommunicato denunciato in ijs, quæ ad salutem spectant, non est excommunicatus.*

14 *Absoluere ab excommunicatione Papæ reseruata potest episcopus pauperes mendicare non assuetos.*

15 *Absolui qui propter impedimentum veniendi Romam potest a percussione clerici, etiam a quacunque alia reseruata poterit.*

16 *Facultas episcopi per Conc. concessa, per Bullam cænæ derogata est.*

17 *Episcopus excommunicatis declaratis, quando excommunicatio est reseruata, facultatem Diuinis interessendi dare non potest.*

18 *Legatorum Apostolicorum facultas excommunicatos absoluendi qualis, de qua est eis credendum.*

19 *Episcopi contra officiales, vel Nuncios Papæ procedere non possunt.*

20 *Excommunicatio in Capitulum, & culpabiles, quos ligat.*

21 *Intimatio facta canonicis capitulariter non congregatis, non est legitima.*

22 *Collationes beneficiorum factæ a Capitulo suspenso & nō declarato, valent.*

23 *Excommunicatio contra Capitulum, vel Collegium lata, nihil addito de singularibus, est nulla.*

24 *Sepeliri in loco sacro Canonicus culpabilis potest, si non erat denunciatus.*

25 *Ius dicere sine iurisdictione nemo potest.*

26 *Bulla Cænæ fertur in laicos ratione peccati, cuius censura ad Papam pertinet.*

27 *Excommunicata expedit fidem absolutionis absentæ in foro conscientiæ, & quomodo illam habere possit.*

28 *Confessarius monere tenetur beneficiarium excommunicatum occultè quod restituat distributiones.*

29 *Licentia suscipiendi ordines per excommunicationem subsecutam non cessat.*

30 *Vicarius foraneus approbatum audire ex causa confessiones prohibens, non peccat.*

31 *Excommunicatus est, per se, vel alium literarum executionem impediens, seu ratam habens.*

32 *Triremes fabricans pro Turcis, an, & quando peccat.*

33 *Iurisdictionem laicus in dignitate ecclesiastica vsurpans, in Bullam Cænæ incidit.*

34 *Literas ad Papam a Regulari directas, Prælatus aperiēs, non est excommunicatus.*

35 *Excommunicationem non incurrit, qui fructus clerici debitoris existantes penes laicum per Iudicem laicum sequestrari facit.*

36 *Fructus beneficij tanquam creditor capiens non excommunicatur.*

37 *Promittens aliquid pro gratia, excommunicatur.*

38 *Excommunicationem non incurrit vadens ad domum Cardinalis ad dandum domui insultum.*

39 *Excommunicatus non est tangens episcopum absque intētione mala.*

40 *Excommunicatus est percutiens clericum aliter, quàm pro defensione propria, vel proximi, & cum moderamine.*

41 *Excommunicatus publicus censendus est, qui coram maiori parte conuentus clericum a sede expellit, vel brachio violenter trahit.*

42 *Clericum casu cum vxore inuentum occidens, non est excommunicatus; secus si ex præcedenti maturo iudicio id faciat.*

43 *Prælati correctionis causa, subditos per se, vel per alios verberare possunt sine excommunicatione.*

44 *Episcopi a casibus, & censuris, ante, & post Concilium Papæ reseruatis, absoluere in foro conscientiæ possunt.*

45 *Clericos arma portantes si apparitores capiant, nec peccant, nec excommunicantur.*

46 *Subdiaconum incarcerans, & tanquam testem, & principalem examinans, in Bullam cænæ non incidit.*

47 *Dantes aliquid pro gratia, an pœnas incurrant.*

48 *Ignorantia an a pœnis excuset, & a quibus.*

49 *Excommunicatus est res alienans Ecclesiæ.*

50 *Cadauera humana exenterantes excommunicantur.*

51 *Monasterium ingredi cogens, ingressu non secuto, non est excommunicatus.*

52 *Excommunicantur quoquo modo cogentes puellas intrare Monasterium.*

53 *Bannitos receptantes, vel adiuuantes, qui excommunicantur.*

54 *Excommunicatus nō est receptans quem dubitat esse Bānitum famosum.*

55 *Excommunicatus non est ad Moniales scribens, si ad eas epistola non perueniat, peccat tamen.*

56 *Missam simoniaci non denunciati audiens non peccat.*

57 *Suspendere censetur Prælatus, subditum in scriptis ministrare in ordinibus prohibens, secus quando verbo tantum.*

58 *Suspensio ab officio generalior est, quam suspensio a Diuinis.*

59 *Suspensus a Diuinis, sicut prius, potest confiteri, & communicare.*

60 *Excommunicatus ante denunciationem non est euitandus.*

61 *Suspensio ex notorio concubinatu tollitur per pœnitentiā, sed non irregularitas.*

62 *Irregularitas per clausulam. [Absoluentes te a censuris.] non tollitur.*

63 *Irregularem non facit defectus partis membri, nisi causet deformitatem, aut vsum ordinis impediat.*

64 *Irregularitatem dispensabilem incurrit, archibusium rota non flexa super scamno dimittens, morte secuta.*

65 *Suspensus ab altaris ministerio, fructus beneficij percipere potest.*

Epi-

66 *Episcopus in aliena diœcesi sine licent. in corporali benedicens suspensus est.*

67 *Irregularis non est Diaconus, qui præsente, & annuente parocho puerum baptizat.*

68 *Irregularis est, ad sacerdotium ante ætatem promotus.*

69 *Excommunicatus, & interdictus ministrans, duas irregularitates incurrit, quarum una sine altera tolli potest.*

70 *Femina ex Papæ priuilegio excommunicare potest.*

71 *Excommunicationem non incurrit, qui legendo chartam, iratus, clericum, qui eam legere volebat, tangendo repellit.*

72 *Cartilagine auris carens, quomodo irregularis sit.*

73 *Excommunicatio absolute in capitulum lata, non valet, sed suspensio sit.*

74 *Gratiæ reualidatio per sordes promissas obtenta, qualiter facienda.*

75 *Donans Cardinali aliquid, vt eueniente vacantia, suo, & aliorum voto suffragetur tertio, est Simoniacus.*

76 *Extrauagans Greg. XIII. lata contra extrahentes granū, qualiter intelligenda.*

77 *Suspensi, & interdicti simpliciter, non sunt prohibiti prædicare.*

DECISIO I.

Ex cons. 1. alias 51.

1 EXcommunicari à solo Notario, etiam ecclesiastico, quamuis ex pacto procedat, addiecta clausula, vt nisi contenta intra diem constitutum adimpleat, excommunicationem latæ sententiæ incurrat, nemo potest, siue clericus, siue laicus fuerit; Quando quidem excommunicatio in aliquem sine iurisdictione ecclesiastica ferri nequit. c. L. & G. de offic. deleg. Notarius autem etiam Ecclesiasticus, quatenus est talis, nec iudex est, nec vllam iurisdictionem habet, & ideo nec absolute, nec sub conditione, si vsque ad talem diem non soluerit, debitorem excommunicare potest.

DECISIO II.

Ex cons. 2. alias 11. declar. excom. ministr.

2 CElebrans in altari interdicto, sicut si in ecclesia interdicta celebraret, irregularis efficitur; cum celebrans in loco interdicto, irregularis fit, c. Is qui. de sent. excomm. in 6. altare autem est locus, immo locus, vbi celebratur.

DECISIO III.

Ex cons. 3. alias 2.

3 MOnitus sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, contra monitionem peccans, excommunicatus est, non tamen ab aliquo, donec per suum iudicem competentem citatus, & auditus denunciatur esse excommunicatus, euitandus est. Extr. Ad euitāda. Martini V. & Na. in Man. c. 27. num. 35.

DECISIO IV.

Ex cons. 4. in vtrisque.

4 QVamuis excommunicatio maior pro culpa præterita sine monitione ferenda non sit, ex Nau. in Man. c. 27. nu. a 9. & 11 & habetur c. omnes. 16. q. 7. & c. Sacro. de sent. excom. & Conc. Trid. ses. 25. c. 3. de ref. & si ne monitione lata, iniusta sit, valida tamen est nisi in casibus a iure expressis; c. si episcopus 11. q. 3. & c. Sacro. & ibi glos. de sent. excomm. & sic excommunicatus absolutione regulariter indiget, & ante absolutionem celebrans, irregularis efficitur.

DECISIO V.

Ex cons. 5. alias 52.

5 EXcōmunicatio in solos Christianos baptizatos, mortales, & superiorem habentes ferri potest, cap. omnis Christianus. 11. q. 3. & Nau. in Man. c. 27. num. 13.

DECISIO VI.

Ex cons. 6. [alias] 49. 11. 48.

6 EXcommunicatus ab homine nominatim, per Bullam Cruciatæ confessario, non præmissa partis satisfactione, absolui nequit, & absolutio aliter facta non valet, & celebrando, irregularitatem incurrit.

DECISIO VII.

7 EXcommunicatus specialiter ab homine non nisi ab excommunicante, vel successore, vel superiore eius absolui potest, sed neque id illi facere possunt, nisi satisfacta, vel consentiente parte aduersa.

DECISIO VIII.

Ex cons. 7. alias 34.

8 SI alter ex collitigantibus super beneficio possideat, & alter sciat, vel probabiliter credat eum non habere ius, non reddendo, nec reuelando fructus ad illud beneficium pertinentes etiamsi ad instantiam possessoris publicari sciat literas monitorias, vt sub pœna excommunicationis latæ sententia reddat, vel reuelet quicunque tenet, vel scit res ad illud beneficium pertinentes intra certum terminum, excommunicationem non incurrit: quia nemo ob literas eiusmodi monitorias ea reuelare tenetur, quæ iustè credit esse sua, vel ad se, vel ad alterum pertinere, & non ad eum, ad cuius instantiam literæ illæ datæ sunt; Non enim fructus beneficii ei debentur qui canonico titulo caret, & ius non habet, & ideo neque qui eos tenet, illi reddere, neque qui illos ab alio teneri nouit, ei reuelare tenetur; secus autem si dubitet, vel leuiter credat, an sibi, vel alteri colligāti ius esset; tunc enim non reddendo, vel nō reuelando in excommunicationem incidit, cum in dubio credendum sit beneficij fructus ad possessorem bonæ fidei pertinere. Arg. l. illud. ff. de petit. hær.

DECISIO IX.

Ex cons. 8. alias 40.

9 EXtrauag. Gregor. XIII. inci. Ab ipso Pont. edi. Ann. 1574. quæ obligat ad denunciandum eos, qui sciunt aliquem esse in culpa transgressionis illius eo quod promiserit, dederit, vel acceperit pecuniam, vel aliquid aliud pro gratia obtinenda; quamuis ex vi verborum ad denunciandum complices extendi videatur, ex mente tamen legislatoris ad solum principalem transgressorem denunciandum, vel ad summum ad solos illos, qui principales actores in dando, vel accipiendo fuerunt, extenditur; quoad alios vero complices denunciandos non est recepta. ex Nauar. in Man. c. 23. num. 62.

DECISIO X.

Ex cons. 9 alias 5.

10 EXcommunicatio a delegato lata, qui copiam commissionis suæ petenti dare non vult, non solum iniusta, sed etiam nulla censenda est. ex Innocent. in cap. venerabilis, num. 5. de censib.

DECISIO XI.

Ex cons. 10. alias 3.

11 IVdex debitorem monens vt sub pœna excommunicationis soluat, si illo non soluente, nec comparente, nec allegante cur soluere non debeat, idem iudex declaratoriam decerni iubeat, qua excommunicatus declaratur, nullo alio modo sententia excommunicationis lata, talis debitor se excommunicatum non esse iustè credere potest cum neque primum monitorium excommunicationem contineat, sed eius comminationem, ita Gloss. in c. 1. de sagitar. neque mandatum declaratorium, quia declaratoria excommunicationis eam non continet, sed quod factum est, declarat, l. Hæredes. palam, §. 1. ff. de test. & ante declaratoria eum excommunicatum non fuisse constat.

DECISIO XII.

12 Vicarius Generalis episcopi, qui ob pretensam innouationem excommunicatus, & nominatim declaratus est, a qua declaratione appellauit, cum eodem Episcopo communicans in actis, quæ episcopus innouando fecisse dicitur, nec excommunicandus est, nec euitandus; non solum ex eo, quod excommunicatio Episcopo, non censetur excommunicatus Vicarius eius, c. 1. de offic. vica. in 6. sed etiam quia Episcopus appellauit a declaratione, qua excommunicatus declaratus fuit, vnde & ipsa declaratio suspensa fuit: quamuis enim excommunicatio per appellationem non suspenditur, c. is qui, de sent. ex com. in 6. & gl. in c. cupientes, de elect. in 6. declaratio tamen, qua quis in excommunicationem incidisse declaratur, per appellationem suspenditur, vnde talis Episcopus nec alios vitare nec alij illum vitare tenentur, lite super declaratione durante.

DECISIO XIII.
Ex conf. 13. alias 13. de heret.

13 Excommunicans cum hæretico excommunicato denunciato in ijs, quæ ad animæ salutē pertinent, & ad aliqua alia incidenter, quæ vt magis proficiat, intenta sunt, c. cum voluntate, de sent. excomm. nullam censuram etiam ex communicationis minoris incurrit: sed neque aduocatus pro consilio ab hæretico pecunias accipiens, excommunicatus est, c. Non liceat. 11. q. 3.

DECISIO XIV.
Ex conf. 14 alias 14.

14 Episcopus pauperes mendicare non assuetos, ab excōmunicatione Papæ reseruata absoluere potest, Arg. c. quod de his & c. quamuis, de sent. excomm. & c. eos, tit. eod. in 6. & sic absoluti ab Episcopo propter impedimentum veniendi Romam, ad veniendum postea Romam non sunt obligati.

DECISIO XV.

15 Qui propter impedimentum veniendi Romam a percussione clerici absolui potest, etiam a quacunque alia excommunicatione reseruata pari ratione absolui potest.

DECISIO XVI.
Ex conf. 15. alias 11. de priuil.

16 Facultas concessa Episcopis absoluendi ab hæresi in foro conscientiæ tantum à Concilio Tridentino, sess. 24. c. de ref. per Bullam Cœnę Domini, ibi, [Ac eniuscuius Concilij decreta,] abrogata est: Et potestas data olim a Concilio vt posset Episcopus ab ea in foro conscientiæ absoluere, absoluto, quoad forum exterius nihil prodesse potuit; in hoc enim foro, perinde se habuit, ac si absolutus non esset. Potuit autem episcopus ab excommunicatione ob hæresim incursa extra confessionem sacramentalē absoluere, data ei facultate, vt ab alio in foro conscientiæ, & sacramentali absolueretur.

DECISIO XVII.
Ex conf. 16 alias 42.

17 Episcopus, vel Vicarius generalis, qui aliquem in excommunicationem Papę reseruatam incidisse declarat, ei facultatem audiendi Missas, & officia diuina, & communicandi cum alijs, dare non potest.

[Consilium decimum septimum, quia idem omnino est cum illo secundo de conditionibus appositis, lib. 4. titu. 4. hoc in loco omissum est, ne frustra bis repetatur.]

DECISIO XVIII.
Ex conf. 18. alias 45.

18 Declaratus excommunicatus ab Auditore Rotæ, & de consensu Procuratoris aduersarij absolutus a Nūcio Sedis Apostolicæ ad certum tempus, dicente habere facultatem absoluendi illum auctoritate Apostolica debitis circumstantijs obseruatis; si sic absolutus intra tempus illud celebret, in excommunicationem non incurrit, & fructus beneficij facit suos; cum legati facultatem absoluendi, saltem ad tempus, in huiusmodi casibus propter absentiam eius, ad quem pertinet absolutio, habere soleant; c. eos, idē statuimus, de sent. excom. in 6. & Nau. in Man. c. 27. num. 46. Auctoritas autem Nuncij dicentis se facultatem illam habere, & facientis facultatem celebrandi per tempus absolutionis præfixum, iusta causa est cur alter se bene absolutum esse credat, & quod celebrare possit, & etiam a dolo & contemptu excusetur, sine quo irregularitas non incurritur, Pan. in pastoralis. de appell.

DECISIO XIX.
Ex conf. 10. alias 10. de verb. sign.

19 Episcopi contra officiales, & Nuncios sedis Apostolicæ, sine Papæ licentia procedere, aut vllam in eos cēsuram ferre, non possunt. Extr. cum Matthæus, de hæret.

DECISIO XX.
Ex conf. 10. [alias] 9.
22. deest in nouis.

20 Excommunicatio in vniuersum Capitulum, non simpliciter, & absolutè sed cum conditione lata, & etiam in singulos eius Canonicos, qui culpabiles forent, culpa mortali ligat, c. Romana. §. vniuersitatem, de sent. exc. in 6. suspensio capitulo non censentur singulares eius suspensi, nisi culpabiles sint, etiamsi sit suspensio ab ingressu ecclesiæ, ex Nau. in Man. c. 27. num. 152.

DECISIO XXI.
Ex conf. 21. alias 1. de dolo, & cont.

21 Intimatio facta Canonicis non congregatis in Capitulo, nec in alio loco legitimè vocatis prout requiritur ad hoc, vt Capitulum faciant, ex Fel. in c. eam te. de rescri. nec legitima est, nec pro tali habenda, nisi clausula apposita, si non pater rursus ad Capitulum accessus, vel nisi capitulum intimationem impediat; nec ad pœnas incurrendas sufficit.

DECISIO XXII.
Ex conf. 23. alias 57.

22 Collationes beneficiorum factę a capitulo suspenso, & non declarato, validæ sunt; cum legitima declaratio ad incurrendas pœnas, etiam ipso iure incursas, requiratur; Gl. in Cle. 1. de cens. & Fel. in c. Rodulphus, de rescr. maximè cum gesta à capitulo etiam suspenso fiant tanquam a persona publica, cuius gesta valent, donec toleratur. c. Ad probandum. de re iudic.

DECISIO XXIII.
Ex conf. 24. alias 7.

23 Excommunicatio contra capitulum, vel collegiū absolute lata, nihil addito de singularibus eorum, nulla est, c. Romana, §. vniuersitatem, de sent. excomm. in 6. secus autem si contra capitulum, & singulos culpabiles feratur, tunc enim culpabiles mortaliter ligat, quamuis nō culpabiles venialiter solum; Nemo enim excommunicationem generaliter latam, nisi ob culpam mortalem incurrit. c. Nullus. 11. q. 3.

DECISIO XXIV.

24 Canonicus mortaliter culpabilis, collegij, vel Capituli excommunicati cum singularibus culpabilibus, celebrando irregularis efficitur, c. clerici c. latores, & c. si celebrat de cleric. exc. ministr. potest tamen in loco sacro sepeliri, si denunciatus non fuerit; quia nemo excommunicatum vitare tenetur, nisi denūciatus, aut mortuum, si denūciatus non fuerit, vitare tenetur; vt habetur per Extrau. ad euitāda. Martini V. & per Nau. in Man. c. 27. nu. 35. ipse tamen viuens,

Digitized by Google

alios vitare obligatur, cum Extrauagans Papæ, nihil ipsimet culpabiliter excommunicato, sed solum alijs cum excommunicato non denunciato communicantibus prosit.

DECISIO XXV.
Ex cons. 25. alias 1. de foro comp.

25 IVs dicere sine iurisdictione nemo potest, nullumq; ius in ecclesiasticos laica potestas absque priuilegio sedis Apostolicæ habere potest, c. Nunquam c. si Imperator, & c. cum ad verum. d. 96.

DECISIO XXVI.

26 BVlla Cœnæ Domini, & omnia, quæ in ea sunt contenta, spiritualia censentur, & in laicos ratione peccati mortalis fertur, cuius censura ad Papam pertinet, qui de peccato mortali quoscunque Christianos, etiam Reges, & Imperatores corripere, & si non se correxerint, censura ecclesiastica ad id cogere potest; maxime cum Papa in Bulla cœnæ, non pro se, sed pro vniuersali salute animarum, pro Republica Christiana, pro libertate ecclesiastica; & sedis Apostolicæ conseruatione, & vnitatis sibi a Deo commendatæ, sententias fert: cui, quoad ea, quæ ad veram religionem, & animarum salutem spectant, Reges, & Imperatores subditi sunt, nihilque de eis statuere possunt.

DECISIO XXVII.
Ex cons. 26. alias 3. de fide instr.

27 ABsoluto ab excommunicatione vel ab irregularitate quoad forum conscientiæ tantum, expedit aliquando multum ad euitandam pœnam, quæ in foro exteriori propter contemptu excommunicationis, vel legis, ei imponi posset, literas eiusmodi absolutionis habere quales sine violatione secreti habere possit, curando vt confessarius, qui virtute literarum pœnitentiariæ in foro tantum conscientiæ absoluit, coram Notario, & testibus absoluto schedulam clausam, & signatam tradat, dicendo, quod ipse absoluit eum confessum eo modo, & de eo quod continetur in ea; & Notarius postea in dorso eius scribat, quod tali anno, mense, & die rogatus fuit coram illis testibus, a tali confessario, & absoluto, vt eiusdem rei fidem faceret, & ibi sigillum suum publicum poneret; eo modo quo in testamento in scriptis facto iure fieri debet, & consueuit.

DECISIO XXVIII.
Ex cons. 27. alias 59.

28 COnfessarius beneficiarium occulte excommunicatū & qui ob excommunicationem distributiones quotidianas sibi non acquirit, ex Glo. in c. pastoralis, § verum, de appell. ad eas restituendas eis, qui interfuerunt, monere tenetur, alios vero fructus ex beneficio tēpore excommunicationis occultæ perceptos absolutus restituere non tenetur.

DECISIO XXIX.
Ex cons. 28. alias 44.

29 LIcentia suscipiendi ordines a quocunque voluerit, ab Episcopo concessa ante excommunicationem per solam excommunicationem superuenientem iure, nec cessat, nec perit: c. pia. de excep. in 6. & gl. in c. 1. eod. titu. & lib. cum huiusmodi pœna nullibi sit statuta; vnde absolutione ab excommunicatione obtenta, vti quis potest licentia præfata Episcopi; antea tamen ea iustè vti nō poterit: Quia licet illa per excommunicationem non cessat, vsus tamen eius impeditur: sicut & vsus alius cuiusque communicationis: c. cum excommunicatio. 11. qu. 3. Si tamen in excommunicatione primam tonsuram, aut ordines Minores assumat, irregularis non efficitur; cum in nullo corporis iuris loco huiusmodi culpæ irregularitatis pœna imposita sit, & pœna irregularitatis in solis casibus a iure expressis incurritur; c. is qui, de sent. excom. in 6. Nec inhabilis ipso iure ad beneficium assumendum, eosdem ordines in excommunicatione sumendo efficitur.

DECISIO XXX.
Ex cons. 29. alias 36.

30 VIcarius foraneus, cum animarum periculis occurrere teneatur, maxime, sibi subditorum; approbatum ab ordinario iusta ex causa, præsertim inscium & ignarum, confessiones virtute Iubilæi audire prohibens, nō peccat; nec excommunicationem Bullæ cœnæ Domini incurrit; cum illa non omnes quomodocunque executionem illarū impedientes excommunicet, sed eos solum, qui auctoritatiuè id faciunt, volentes quærere, vel vsurpare sibi aliquā auctoritatem super literis, & mandatis Apostolicis, & earum executione, quæ Vicarius prædictus sic prohibendo non facit, sed solum declararet, mentem Pontificis non esse vt presbyter adeo ignarus, & male vtens officio confessarij, tanta potestate & auctoritate vtatur, quæ per Iubilæum confessariis dari & concedi solet.

DECISIO XXXI.
Ex cons. 30. alias 37.

31 QVi vel per se, vel per alium suo nomine factam literarum Apostolicarum executionem impedit, aut post factam ratam habet, Arg. c. cum quis. de sent. excom. in 6. & Reg. ratihabitionem. de reg. iur. in 6. excommunicationem Bullæ cœnæ quoad vtrumq. forum incurrit, si mandatum, vel ratificatio probetur, sin autem probari nō possit, eā in foro exteriori non incurret, sed solum in interiori, si vere mandatum, vel eius ratificatio interuenerit. Non tamen præsumitur interuenisse mandatum, vel ratificatio eius, ex eo solo quod sit frater eius, qui Bullæ contrauenerit; quia nemo in dubio delinquere pręsumitur, nec alterius delictum, nec solam cognationem approbate. ca. x. de reg. iur.

DECISIO XXXII.
Ex cons. 4. alias 37. de Iudæis.

32 CAptiuus coactus timore mortis, triremes fabricans, quibus piratæ contra Christianos venire solēt, si plus operæ nauibus fabricandis, quam vitæ suæ conseruatio requirit, non impendat, neque peccat, neque in excommunicationem incidit: cum huiusmodi actiones illicita nō sit, & res illa in bonum, & malum finem fieri possit.

DECISIO XXXIII.
Ex cons. 32. alias 2. de immun. eccl.

33 LAicus iurisdictionem ad personas ecclesiasticas ratione dignitatis ecclesiasticæ pertinentem vsurpans, aut onus insolitum personis ecclesiasticis imponens, in excommunicationem Bullæ Cœnæ decimam quartam incidit, ex Nau. in Man. c. 17. num. 69.

DECISIO XXXIV.
Ex cons. 33. alias 16. de statu monach.

34 REligiosum sine licentia Pręlati sui ad Curiam facultatem animo nocendi Monasterio proficiscentem, & literas ad aliis religiosis scriptas ad Papam deferētem Pręlatus vbicunque etiam extra territorium eius capere, & carceribus mancipare, easdemque literas ad Papā directas aperire, & legere potest; arg. l. 1. Cod. vbi Curialis, vel cohortalis & l. 1. C. vbi causa status Nec aliquam exinde censuram, aut pęnam incurrit, cum nullibi censura, aut pęna huic imponatur. argum. c. cum olim. 1. de off. delega. Neque enim literę illę ad Papam legitime dirigi, aut ab alius religiosis scribi, aut sine Pręlati consensu mandari possunt. cap. Non dicatis. 12. quęst. 1. & cap. cum ad Monasterium de statu Monach. Cum omnia, quę religiosi habent, ad Monasterium pertineant, & ad Pręlati eiusdem administrationem. cap. Nullam. 18. qu. 2. Regularis autem Curiam sęcularem animo nocendi Monasterio adiens, excō. municatur. Clem. 1. de statu Monach. & Concil. Trid. sess. 25. c. 4. de regul.

DE-

DECISIO XXXV.
Ex conf.34. alias 7.

35 LAicus, fructus clerici debitoris sui apud laicum aliquē existentes sed ad clericum ratione sui beneficij pertinentes, per Iudicem laicum sequestrari faciens, excōmunicationem decimam septimam Bullæ Cœnæ non incurrit, cum Bulla hæc pœnalis sit, nec ad alium casum extendenda, c. pœnæ, de pœnit. presertum cum hæc solum vsurpantem, & sequestrantem fructus ecclesiasticos sine licentia Papæ, vel alterius ad quem pertinet, illam licentiā dare, excommunicet: excommunicatio autem contra facientem aliquid lata, nec procurantem, nec consulentem, nec mandantem fieri includit, nisi per alia iura id declaretur, & Nau. in Man. c. 27. num. 51.

DECISIO XXXVI.
Ex conf.35. alias 30.

36 EPiscopus nepoti centum aureos debens, quos sæpius rogatus soluere noluit, si nepos nocte granariū eius adiens, & exinde granum pro aureis debitis accipiēs, ab eodem Episcopo denunciatur excommunicatus, & in Bullam Cœnæ Domini incidisse declaretur; Quamuis nepos sic auferendo granum, peccat, declaratio tamen, qua Episcopus Nepotem suum excommunicatum esse denūciat, sine citatione facta, iniusta est, & ipso iure nulla: ex Glos. cle. 1. de censib. Nec sic granum auferendo in excommunicationem decimam quartam præfatæ Bullæ incidit; eo quod granum illud, neque vsurpando sibi vllam auctoritatem publicam ordinariam, vel delegatam, neque vt fructus, & reditus ecclesiasticos, sed solum tamquam creditor, accipit bona fide existimans licere sibi tantū de bonis sui debitoris capere, quantum sibi debetur, præsertim quia granum illud non tanquam res ecclesiasticas, sed tanquam res particulares sui debitoris, qui nullatenus ei soluere volebat, accipere intendit. ex Nau. in Man. c. 27. n. 26.

DECISIO XXXVII.
Ex conf.36. alias 33.

37 PRomittens, & promissionem acceptans pro gratia tēporaria a Papa obtinenda excōicatur. Extrauag. 1. de sent. excō. Greg. xiij. Extr. Ab ipso edit. 1574. const. 27.

DECISIO XXXVIII.
Ex conf.37. alias 31.

38 CArdinales, vel Episcopos præeuntes, & fugientes in domos suas, vel in partes tutiores eius hostiliter insequentes animo eis iniuriam inferendi, excommunicationem Bullæ cœnę incurrunt; secus tamen qui domos eorum adeunt, postquam illi iam non fugerant, an si in domos eorum adeunt, postquam illi iam non fugerāt, aut se in domos suas receperant, & in eis manēt; sicut oec qui vadunt ad domos illorum, ad insultum aliquem palatijs eorum dandum excommunicationem incurrere censentur, vt ait Nau. in Man. c. 26. num. 67. & 97.

DECISIO XXXIX.
Ex conf.38. alias 29.

39 EPiscopum, vel clericum, quemcumque tangens, aut retrahens absque intentione mala, vt futurum aliquod scandalum, aut peccatum ab eo committendū impediat excommunicationem non incurrit: Cum talis retractio, & apprehensio non peccatum sed meritum sit, excommunicatio autem sine peccato mortali, aut dolo nō incurritur. ex Nau. in Man. c. 78. num. 87. & 89.

DECISIO XL.
Ex conf.39. alias 43.

40 CLericum aliter quam pro defensione propria, vel proximi cum moderamine inculpatæ tutelæ percutiens, excommunicationem incurrit, & si percussio enormis sit, Papæ reseruatur; c. si quis suadente. 17. q. 4. & Nau. in Man. c. 27. num. 90. si vero leuis fuerit, ab ea Episcopus absoluere poterit.

DECISIO XLI.
Ex conf.40. alias 25.

41 MOnachus coram magna parte conuentus, manus in alium religiosum iniecens, cum a pectore eacunēs, vel a sede expellens, vel brachio violenter extrahens, mortaliter peccat, & excommunicatus publicus censendus est, & ab alijs sine alia Iudicis declaratione vitari debet; cum talis notorius clerici percussor censeatur. vt habetur per Extrau. Adr. ad euitanda Mart. V.

DECISIO XLII.
Ex conf.41. alias 25.

42 CLericum casu cum vxore inuentum, & ex continenti occidens, excommunicationem nō incurrit; secus autem qui postea, & remisso dolore, aut ex præcedenti maturo iudicio, & deliberatione, id facit, c. si vero de sent. excō. Angel. ver. excomm. 1. §. 19.

DECISIO XLIII.
Ex conf.24. alias 28.

43 PRælatus causa iustæ correctionis subditos suos religiosos per se, vel per alium verberare potest, dummodo verberans Monachus, vel clericus sit; secus tamen si laicus fuerit, tunc enim per laicum verberans excommunicatur, c. vniuersitatis. de sent. excomm.

DECISIO XLIV.
Ex conf.7. alias 3.

44 EPiscopus a casibus, & censuris, ante, & post Conciliū Tridentinum, sess. 24. c. 6. de ref. Papæ reseruatis in motibus proprijs, & specialiter in constitutione cōtra receptores Banniitorum promulgata Anno 1590. & alijs cōstitutionibus editis, in foro conscientiæ absoluere potest, præterquam in casibus cum clausula derogatoria reseruatis, per quam sufficienter dicto Concilio derogatur.

DECISIO XLV.
Ex conf.44. alias 27.

45 APparitores, clericos arma nocte portantes capiendo non peccant, nec excommunicationem vllam incurrunt, c. si quis suadente. 17. q. 4. cum clericus noctu cum armis incedens ad delinquendum ire instē præsumi possit, ex Panor. in cap. vt famæ de sent. excommunic. quod inste apparitores illi impedire possunt, nec illis in tali euētu metum iniuste, sed iustissime inferunt, eosque ad suos iudices iuste ducere possunt: Huiusmodi enim metus violentiam aliquam non inducit, quæ tamen ad pœnam canonis incurrendam est necessaria.

DECISIO XLVI.
Ex conf.45. alias 32.

46 SVbdiaconum incarcerans, & tanquam testē, aut principalem examinans, vlius excommunicationē Canonis, c. si quis suadente, 17. q. 4. inexcommunicationem etiam vndecimam, vel duodecimam Bullæ cœnę incidit.

DECISIO XLVII.
Ex conf.46. alias 54. de simonia.

47 DAntes, seu promittentes aliquid famulis, & ministris, Papæ, vt pro gratia, seu beneficio, concedēdo preces interponant, simoniam committunt, & excommunicationem, & alias iuris pœnas incurrunt: Extr. 1. de sent. excom. & Extrau. Gregor. XIII. Ab ipso edit. anno 1574. constit. 28. Quamuis secus si illis aliquid debet, aut promittant, vt tantum causas eorum sollicitent, aut eos ad memoriam reducant.

DECISIO XLVIII.

	47		16
	48		13
Ex conf.	49	*alias*	12
	50		11
	51		14
	52		10
	in antiquis.		*in nouis.*

49 PRomittens extra curiam aliquid ministris Papæ, pro Protonotariatu, vel beneficio, vel dispensatione, vel aliqua alia gratia in eadem Curia obtinenda, ignorando penitus Extrauagantem Gregorij xiij. de Datis & promissis, extr. Ab ipso. Quamuis ex ignorantia saltem quoad forum conscientiæ, ex S. Thom. 1.2.q.76.artí.3. ex Nau.in Man.c.27.num.274. aliqua ex parte a peccato, & a pęnis grauibus, & etiam extraordinarijs in pędicta Extrauaganti Gregorij xiij. contentis, excusetur; pœnas tamen excommunicationis & annullationis gratiæ a Bonifacio viij. Extrau. de sent. excomm. impositas, incurrit, ex Nau.in Man.cap.27.num.274.

DECISIO IL.

Ex conf.53.alias 3.de reb.eccl.non alie.

49 EPiscopus res, & bona ecclesiæ alienans, excommunicationem incurrit; Extr.a.de reb.eccl non alie. potest tamen, & tenetur bona illa recuperara, c.si quis presbyterornm. tit.eod. cum excommunicato nondum denũciato ecclesiæ bona administrare non sit prohibitum, Extrau. Ad editanda Martini V. aut etiam sic alienata repetere, imo ipsi restitui debent, ex Nau.in Man.c.17.num.29. cum prodigo, & dissipatori nõ sit ipso iure administratio interdicta, sed solum interdicenda, c. vetitatis, de dolo. & cont.

DECISIO L.

Ex conf.54.alias 10.de sepult.

50 CAdauera humana exenterantes, vel inhumaniter tractantes, seu mandantes, excommunicationem incurrunt, Extr.a. Bonif. viij. de sepult. & Na.in Ma.c.27.n.105. Non tamen consentientes vt id fiat; cum lex excommunicans aliquod delictum facientem, consulentem non includat, nisi eadem lea, vel alia similis, cuius auctor id statuere possit, illud exprimit. ex Nau.in Man.c.27.num.51.

DECISIO LI.

Ex conf.55.alias 5.de regul.

51 MVlierem, Monasterium ingredi cogens, non secuto ingressu, excommunicationem incurrit, consecuto autem ingressu, non solum cogens, vt ait Concil. Trid. ses. 25.c.18. de regul. sed etiam fauens, consulens, & auxilians, accessoriè excommunicati videntur ita Nauar. in Manua. c.27. num.51.

DECISIO LII.

Ex conf.56.alias 6.7.de regul.

52 REligiosus neptem patre carentem habens; si ob timorem quem habet, ne in errorem incidat, vt Monasterium ingrediatur, cum effectu procuret, donec ad nubilem ætate perueniat, ipsa, & matre nolẽtibus, quãuis in foro exteriori excommunicatus iudicatur, ex Conc. Trid. sess.25.c.18. de regul. & si celebret, irregularis efficitur; in foro tamen conscientiæ non peccat, & ideo nec excommunicationem, nec irregularitatem incurrit; cum error legis dubiæ, & intellectu difficilis (qualis hæc est) a culpa mortali excuset, vt ait Innocen.in c. per tuas, de simon. sine qua excommunicatio non incurritur. c. nullus. 11.qu. 3.& Nau.in Manual.cap.27.num.9. Raro tamen, & maxima cum moderatione procurandum est, vt puellæ tales in Monasteria includantur, vt ibi honeste vsque ad nubẽdi ætatem maneant.

DECISIO LIII.

Ex conf.57.[alias] 21.
58. 23.

53 POntifex receptantes, & quomodolibet auxilium, cõsilium, vel fauorem Bannitis præstantes, excommunicans eos solum intelligit, qui receptant, vel iuuant directe, vel indirecte Bannitos, quoad delicta, quę exercent, non autem illos, qui neque directe, neque indirecte eos, vt tales adiuuant, eo quod in huiusmodi statutis, non rigor verborum, sed intentio legislatori ponderari debet; c. intelligentia, de verb. sig. præsertim, quia in Bullæ proęmio significat se illos solos excommunicare velle, qui eos præsumptiue receptarent, vel ad malefaciendum, aut in peccato perseuerandum iuuarent, non autem eos qui salutem animarum eorum quouis modo procurarent, vel cibum eis in necessitate ministrarent, aut etiam eos iuuarent ad euadendum manus iustitiæ sine scandalo, & violentia, ad finem melius se conuertendi, & pœnitendi. Arg. c. cum voluntate, de sent. excommun. & c. pasce. d.86.

DECISIO LIV.

Ex conf.59 alias 22.

54 EXcommunicatus non est receptans, quem dubitat esse Bannitum famosum, cum mens Conditoris nõ sit includere omnes mortaliter palam, vel occulte delinquentes; sed eos solum qui banniti famosi sunt, & ex professo huiusmodi delicta exercent, ita patet per Extra. Gregor. xiij. contra Bannitos, quæ incipit, Tanta. edit. 1580. constitut.66.

DECISIO LV.

Ex conf 60.alias 19.

55 PApa sub pęna excõmunicationis latæ sententiæ prohibens, vt habetur per Greg. xiij. Extrau. Pro nostri. edit. 1579. const. 91. ne cuiusuis ordinis fratres ad aliquas moniales sui ordinis scribant, scribente ad aliquam non includit, dummodo ad illam epistola non perueniat. Quamuis enim verba illa Conditoris. [Nemo fratrum scripta mittere audeat,] propriè non requirant, vt scriptũ ad monialem perueniat, illud tamen voluisse præsumitur, quia scripturę missio nisi perueniat ad quam mittitur non nocet; sic tamen scribens peccat.

DECISIO LVI.

Ex conf.61. alias 54.

56 MIssam simoniaci, & proinde excommunicati per Extrauа.2.de simonia audiens, non peccat, nisi Missans denunciatus sit; quia communicans cum excommunicato specialiter, seu nominatim non denunciato peccare nõ censetur. Extra. Ad euitanda Martini V. & Nau.in Man. c.27.nu.35. sufficit tamen fama excommunicationis cum denunciatione ad hoc, vt excommunicatos denunciatos vitare teneamur. Sicut enim iure antiquo ad excommunicatum euitandum fama sufficiebat; c. Illud. de cle. excõ. ministr. ita & de iure nouo fama de excommunicatione cum denunciatione sufficere videtur; cum eadem ratio, & æquitas in vtroque casu sit, & ideo idem ius erit. c. Dudum de elect.

DECISIO LVII.

Ex conf.62.alias 17.de priuileg.

57 PRohibitus a prælatione celebret, suspensus esse censetur, dummodo illam prohibitionem Prælatus in scriptis faciat; secus vero si tantum verbo prohibeat: Tunc autem solum Prælatus suspendere censetur, quando subditũ in scriptis, in ordinibus ministrare prohibet; solo autem verbo prohibens, simplicem tantum prohibitionem facere præsumitur; Arg. l. si procurator. ff. de cond. indeb. quia in dubio nemo actum eo modo velle facere censetur, quo sit delictum, prohibens autem celebrare sine scriptura, si id animo suspendendi faciat, delinquit, ipsoque iure suspensionem incurrit; c.1. de sent. excom. in 6. sin vero id faciat animo non suspendendi, sed simpliciter prohibendi, non peccat, & ideo in dubio sic prohibendo, nolle suspendere præsumi debet.

D E-

Digitized by Google

DECISIO LVIII.
Ex conf.63. alias.58.

58 CVm suspensio ab officio generalior sit, quam suspensio a diuinis, suspensus a diuinis, illis interessendo, plusquam suspensus ab officio irregularis non erit. Ita Innoc.in c.fi.de excel.prel.& Na.in Man.c.27.num.163.

DECISIO LIX.
Ex conf.64. alias 4. de cler. excom. minist.

59 EPiscopus a diuinis suspensus, quamuis actus ordinis, & officij exercere non possit, & exercendo irregularitatem incurrit; c.2.§.fi.de re iud.in 6. Missam tamē, & officia diuina audire, confiteri, communicare, non solū extra suam diœcesim, sed etiam intra eam, immo intra ecclesiam cathedralem, vt quilibet alius Dominus laicus, potest, dummodo Missam coram se auctoritatiuè celebrari non faciat.

DECISIO LX.
Ex conf.65. alias 56.

60 SVspensus excommunicatus, vel interdictus ante denunciationem euitandus non est, & iurisdictionem publicam valide exercere potest. Extrau.ad euitanda Mart.V.

DECISIO XLI.
Ex conf.66. alias 17. de cle. exc. minist.

61 SVspensio, quæ per concubinatum notorium incurritur, c.nullus, c.præter.d.32.c.sicut ita nobis, 15.q.8. ipso iure per pœnitentiam tollitur, c.si qui sunt.d.81.& gl. ibi, & ait Na.in Man.c.25.nu.77.& c.27.nu.154. irregularitas tamen orta, vel ex concubinato publico, vel ex celebratione publici fornicarii ipso iure per pœnitentiam non tollitur, ita Nau.in Man.c.25.num.77.

DECISIO LXII.

62 PApa ab irregularitate nec absoluit vnquam, nec ab ea facultatem absoluendi facere censetur; nisi id exprimat, etiamsi in Bullis clausula illa, [Te a quibusuis censuris absoluentes,] addatur.

DECISIO LXIII.
Ex conf.67. alias 4. de corp. vitiat.

63 CLericus minorum ordinum, qui per infirmitatem, & ægritudinem omnes digitos vtriusque pedis, exceptis pollicibus amittit, irregularis non efficitur, sed ad maiores ordines ascendere, & beneficium obtentum retinere potest; c.qui partem.c.si quis a medicis, & c.si quis in ægritudine d.55.cum nullus defectus, partus membri irregularem quempiam reddat, nisi magnam deformitatem inducat, aut impotentem ad vtendum ordinibus faciat, c.2.de corp.viti.& Nau.in Man.c.27.num.298.& 206.

DECISIO LXIV.
Ex conf.68. alias 41. de homicidio.

64 QVi archibusium, tota nō flexa, super scamno dimitti, & eainde aliquis ex rotæ tactu occidutur, irregularitatem ea homicidio casuali, & dispensabili ob huiusmodi actum illicitum, & in non flectendo rotam commissam negligentiam incurrit, & Nau.in Man.c.27.num. 219.& 239.

DECISIO LXV.

65 SVspensus ab Altaris ministerio, nulla facta mentione de fructuum receptione in sententia ab ordinario suo lata, fructus beneficij ante suspensionem, & irregularitatem quæsiti, cuius neque titulum, neque administrationem fructuum, irregularitas superueniens tollit, ex Inn. in c.cum nostras, de concess.præb.percipere potest: eo quod suspensio, & suspensio ab altaris ministerio, res diuersæ sunt; Glos.in Clem.cupientes.de pœn. a diuersis autem non fit illatio, l.Papinianus, ff.de minoribus. præsertim ad pœnam ampliandam, c.pœnæ.de pœnit.d.1.

DECISIO LXVI.
Ex conf.69. alias 12. de cler. exc. minist.

66 EPiscopus bona fide, & sine animo contraueniendi decretis Concilij Tridentini, sess.6.c.5.de refor. Pontificalia in aliena diœcesi, vbi enim mutari contingit, sine licentia Episcopi diœcesis exercens, consecrando munitum Calices, vel Corporalia suspensionem incurrit, & si postea celebret, aut alia munera episcopalia administret, irregularis efficitur.

DECISIO LXVII.
Ex conf.70. alias 3. de cler. non ord. ministr.

67 DIaconus, qui vt talem se gereus, & non vt sacerdos, puerum solemniter baptizat, præsente & annuente parocho quamuis in foro exteriori irregularis iudicari possit, quia præsumitur baptizasse tanquam presbyter, vsurpando officium presbyteri, ea Nau.in Man.c.27. num. 242. si tamen sine dolo, aut contemptu id faceret putans id sibi licere ea licentia parochi, in foro conscientiæ irregularis non erit. Pan.in c.pastoralis, §.verum de appell.

DECISIO LXVIII.
Ex conf.71. alias 6. de ata. & qual.ord.

68 SAcerdos ante legitimam ætatem ordinatus, irregularis efficitur, & sicut interdictus ad Missam celebrandam, & alios quoscumque actus specialiter ordinibus deputatos inhabilis redditur, nec fine peccato in officiis, defunctorum, verba illa [Dominus vobiscum] aut orationes, quas presbyteri soli in huiusmodi officij proferre solem, dicere potest, cum hi actus peculiares presbyterorum sint: sic tamen irregularis nouam irregularitatem celebrando non incurrit, cum nullus irregularis celebrando contra iura, aut ministrando in officio, nouam irregularitatem incurrat, Inno.recep.in c.si celebr.de cler.excom. ministr. & Nau.in Man. c.27. num.194. quamuis ante obtentam dispensationem celebrando mortaliter peccet. Argu.c.fi.de tempor. ord.& c.inquisitionis, de accusat.quia irregularitas neque vera suspensio est, neque censura ecclesiastica, & ita celebrans illa irretitus nullam violat censuram, nec aliquid aliud, cuius violatio nouam infligat irregularitatem, nemo autem fit irregularis, nisi in casibus a iure expressis, c.is qui, de sent.excom.in 6.& Nau.in Man. ca.17. num.194.

DECISIO LXIX.
Ex conf.72. alias 15. de cle excom. minist.

69 EXcommunicatus, & interdictus celebrando duas irregularitates, seu vnam ea duplici causa incurrit, arg.c. cum pro causa, de sen.exc.& c.ea parte, de offi.ordin. sed vna fine altera tolli potest; cum non sit maior ratio, cur ea vna, quam ex alia causa incurratur, dici autem non potest ex neutra incurri, sicut etiam qui contra duo præcepta vno actu peccat, totidem peccata committit, quo præcepta transgreditur, aut vnum peccatum tot circumstantijs necessario confitendum, quot præcepta est transgressus: vnde duplici dispensatione indiget, aut vna ea duplici causa, & vna fine altera tolli potest, sed tamen donec altera tollitur, sublatione alterius vti nequit, d.c.ex parte.

DECISIO LXX.
Ex conf.73. alias 1.

70 FEmina quamuis non iure communi, ea Papæ tamen priuilegio excommunicare, & prædicare, sicut & laicus, potest, eo quod femina iurisdictionē ecclesiasticā habere potest, c.dilecta de maior.& obedien.c.dilectæ. de excess. prælat. qui vero iurisdictionem ecclesiasticam haber, etiamsi claues non habeat excommunicare valet. ex S.Th.4.d.18.q.2.ar.2.q.2.

DE-

Digitized by Google

DECISIO LXXI.
Ex conf. 74. alias 26.

71 QVia subitatus ob quædam contenta in schedula, quã legit, clericum socium petentem vt sibi copiam eam legendi faciat, a se repellit, tangendo eum manu, qui tamen illud in iniuriam non accipit, excommunicationem non incurrit; eo quod excommunicatio maior sine peccato mortali non incurritur, cap. Nullus & c. nemo 11. q. 3. huiusmodi autem repulsio inter amicos, & conuersantes familiariter, culpa mortalis non est, cum in omni materia paruitas rei a culpa mortifera excusare censetur. ex Nau. in Man. prælud. 9. nu. 12.

DECISIO LXXII.
Ex conf. 75. alias 5. de corp. vitiat.

72 CArtilaginis auris parua carens particula, quæ legi potest, vel ita dissimulari, vt scandalum nõ inducat, vtendo capillo corone dimissiore, saltem in illa parte, irregularis non est, nec ad celebrandum dispensatione indiget; secus autem si tota, aut dimidiata, aut etiam tertia parte auris careat, ita Nau. in Man. c. 27. nu. 199. & 223.

DECISIO LXXIII.
Ex conf. 8. in Nouis, deest in antiquis.

73 EXcommunicatio generaliter in capitulum lata, licet valere non censeatur, c. Romana. §. in diuersitatem. de sent. excom. in 6. suspensio tamen sic absolutè cõtra illud lata valet; & singulos de capitulo existentes ligat. c. si sententia. de senten. exc. in 6.

DECISIO LXXIV.
Ex conf. 15 in Nouis, deest in antiquis.

74 PRomittens in pactum certam pecuniarum quantitatem ei, qui dispensationem Apostolicam expeditã traderet, sub Extrauagante Gregorij XIII. incip. Ab ipso. & est 28. in ordine, comprehenditur; & gratia facta, nulla, & irrita est, etiamsi tertius, qui illam impetrauit, huius promissionis esset ignarus. Gratiæ autẽ reualidatio sic per sordes promissas obtenta, ita danda videtur, vt non quod promisit, sed quod labor iustè meretur, persoluatur.

DECISIO. LXXV.
Ex conf. 17. in Nouis, deest in antiquis.

75 CVm Papatus beneficium sit, c. 1. de maledict. omnisque simoniacus in ordine, vel beneficio ipso iure excommunicationem incurrat. Extra. 2. de simo. consequenter donans aliquid Cardinali, vt eueniente vacantia Sedis Apostolicæ, suo, & aliorum voto suffragetur tertio alicui digno pœna Extrauagantis Pauli IV. Extra. cum secundum Apostolum. & est constitutio 38. in ordine eiusdem aduersus ambientes Papatum editę, ligatur, & simoniam committit, quæ licet ex sola donatione istius, conuẽtionalis sit, si tamen postea Cardinalis dicto tertio det, procuretve votum & suffragium, realis efficitur ex vtraq; parte completa, quæ prędictam excommunicationem inducit. ex Nau. in Man. c. 23. nu. 105.

DECISIO LXXVI.
Ex conf. 18 in Nouis, deest in antiquis.

76 EXtrauagans Gregorij XIII. incip. volentes edita anno 1577. & est 53. in ordine eiusdem lata contra extrahentes frumentum ex statu ecclesiastico, vel ementes, ad alium vsum, quam suæ familię sustentandę, sub pœna excommunicationis, de imponenda, non autem de ipso iure incurrenda excommunicatione intelligitur, nisi eius officiales ipsi illam in suis proclamatis addiderint. Quia vero pęna facienti imposita, nec mandantem ligat, nec facere conantẽ, nisi ad factum perueotum sit, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 51. nec extraxisse dicitur, qui extrahere tentauit, etiamsi a loco cœpisset auferri dũ modo ad territorium non exiuerit, qui non extraxit, sed emit extrahendum, & negociandum, soluitque stipẽdia extracturis, nec etiam per aliqua milliaria versus extremũ status ecclesiastici, per quod extrahendum erat, solummodo adduxerit, excommunicatus non est.

DECISIO LXXVII.
Ex consil. 53. in Nouis, deest in antiquis.

77 SVspensi, & interdicti simpliciter, ab officio prædicandi non suspenduntur, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 176. cũ prædicatio de officiorum diuinorum numero non sit quę interdicto personali, vel ab officio diuino suspenso interdicuntur, vnde cum pœna extra proprios casus extendi non debeat, c. pęna de pænit. d. 1. & c. odia. de regul. iur. in 6. quamuis Missam interdicti; aut suspensi denunciati audire, peccatum sit, Extra. Ad euitanda scandala, prædicantes tamen huiusmodi audiri licitè possunt, dummodo ab officio prædicandi expressè interdicti, aut suspensi non fuerint.

TITVLVS XXIV.

De verborum significatione.

SVMMARIVM.

1 *Probibitio ab ingressu Ecclesiæ, interdictum, & suspensio, diuersis respectibus appellatur.*
2 *Suspensi, seu interdicti in probibitis actionibus vitandi sunt, si sint denunciati.*
3 *Fortunam pinguiorem sortitur, qui deducto ne egeat, soluere potest.*
4 *Locus insignis dicitur, qui in ordine locorum quiddam habet præcipuum.*
5 *Concilium Prouinciale, quid, & a quo congregari potest.*
6 *Verbum. Non suffragetur positiuum in Conc. Trid. sess. 24. cap. 12. quid denotat.*
7 *Concubinarij, non solum tertia parte fructuum, sed etiam distributionum, per cap. 14. sess. 24. priuantur.*

DECISIO I.
Ex conf. 1. alias 9.

1 PRohibitio ab ingressu ecclesiæ, diuersis respectib. in iure interdictum, & suspensio, appellatur: c. sacro. de sent. excom. c. 1. & c. si quis autem. de sent. excom. in 6. Suspensio enim dicitur, si ob culpam propriam fiat, & non ob alienam; Interdictum vero siue ob culpam propriã, siue ob alienam fiat. ita Nau. in Man. c. 27. nu. 156. & 170. Sicut etiam duos ordines sacros vna die suscipiens, aliquando suspensus dicitur, c. literas & c. dilectus. de tempor. ordin. & Nau. in Man. c. 25. nu. 71. generaliter sumpta suspensione: Aliquando autem & propriè irregularis dicitur, ex Nau. in Man. c. 27. nu. 241. ex eo quod irregularitas ex susceptione duplicis ordinis eodem die nata, sit duplex, vna quæ accipitur contra excommunicationem latam, ne furtim acciperetur; Altera vero ex eo, quod accipitur furtim tantum, quę est longe minor priore; d. c. literas & c. dilectus & glo. ibi. & Pan. in d. c. litteras. affectata vero breuitas effecit, vt Papa verbo suspensionis vteretur, ad significandũ debiliorem esse irregularitatem, quæ oritur ex sola furtim acceptione, de qua ibi loquutus est, quam irregularitatem, quæ ex furtim assumptione, & contra excommunicationem simul nascitur, ne in re rarissimè contingente Papa magis quam opus est se extenderet.

DECISIO II.

2 INterdicti, & suspensi, si nominatim pro interdictis, & si suspensis denũciati sint in illis actionibus, a quibus eis interdicitur, vel a quibus suspenduntur, vitandi sunt, Extr. ad euitanda Martini V. & non in alijs, cum pęnæ extra casus proprios extendi non debeant. c. pęnæ. de pœn. d. 1. & reg. odia. de reg. iur. in 6. & Nau. in Man. c. 27. nu. 151. 172. & 176.

Digitized by Google

INDEX QVARTVS

Concordantiarum, Numerorum, & Dispositionis Consiliorum Primæ, & Antiquæ editionis, cum Secunda, & Noua, iuxta ordinem Librorum, & Titulorum Iuris Canonici.

LIBRI PRIMI.

Titulus I.

De summa Trinitate, & fide Catholica.
Antiq.edi.habet 8.cons.
Noua editio vnum.
Consil.1. alias cons. 7. & 9.de iure iur.
2. alias cons 10.de iureiur.
3. alias consi 12.de iureiu.
4. cons.11.de iureiur.

Titulus II.

De Constitutionibus.
Antiq.edi.habet 7.cons.
Noua editio II.
Consi.1 alias 1
2 alias 3
3 alias 11
4 alias 3
5 alias 7
6 alias 2
7 alias 20.de sen.exc.

Titulus III.

De rescriptis.
Antiq.edit.habet 2.cons.
Noua editio 23.
Consil.1. alias 12
2 alias 8

Titulus IV.

De consuetudine.
Antiq.edi.habet 2.cons.
Noua editio 2.
Consi.1. alias 2
2 alias 1

Titulus V.

De Electione, & Electi potestate.
Antiq edi. habet 23.cons.
Noua editio 15.
Consi.1. alias 2
2 alias 8
3 alias 7
4 alias 9
5 alias 5
6 alias 6. de verb.sign.
7 alias 4
8 alias 6.de appellat.
9 alias 10
10 alias 11
21 alias
12 alias 12
13 alias 3

Titulus VI.

De Renunciatione.
Antiq.edi. habet 6.cons.
Noua editio 12.
Consi.1 alias 5
2 alias 7
3 alias 8
4 alias 1
5 alias 10
6 alias 21

Titulus VII.

De temporib.ord.
Antiq.edi.habet 51.cons.
Noua editio 46.
Consil.1. alias 2 . de in int.res.
2. alias 7.de off. iud.del.
3. alias 5.de ætate & qualit.
4. alias 8.de priuileg.
5 deest in Nouis.
6. alias 1.de eo qui fure. ord.suscep.
7 deest in Nouis.
8 alias 1.de eo qui furt. ord.suscep.
9. alias 8. de sacr. non iter.
10 alias 2
11 alias 3
12 alias 4.de sacr.non iter.
13 alias 18
14 alias 21
15 alias 15
6 alias 22
17 alias 6.de sac.non ite.
18 alias 23
19 alias 27
20 alias 28
21 alias 41
22 alias 36
23 alias 37
24 alias 11
25 alias 31
26 alias 5.de cle.exc.mi.
27 alias 12
28 alias 13
29 alias 34
30 alias 19
31. alias 7.de filijs presby.
32 alias 30
33 alias 29
34 alias 25
35 alias 17
36.alias 1. de sac.non iter.
37.alias 6. de corp.vit.
38. alias 10.de homicid.
39.alias 3.de fil.presb.
40.alias 7.de cle.exc.mi.
41. alias 1. de his, quæ vi met. cau.fiunt.
42 alias 17
43 alias 38
44 alias 24
45 alias 30
46 deest in Nouis.
47 alias 46
48 alias 6
49 alias 5.de rescr.
50 alias 8
51 alias 26

Titulus VIII.

De Ætate & qualit.ordinandorum.
Antiq.edi.habet 9 cons.
Noua editio 7.
Cons.1.alias 45.de temp.ord.
2.alias 4.de præsumpt.
3.alias 4.de filijs presb.
4 alias 2
5.alias 35. de temp.ord.
6.alias 9.de temp. ord.
7.alias 9. de cler.exc.mi.
8.alias 47.de regular.
9.alias 48. de regular.

Titulus IX.

De sacra vnctione.
Editio vtraque vnicum, & idem consilium habet.

Titulus X.

De sacramen. non ite.
Hic tit.deest in antiq.

Titulus XI.

De filijs presbyt.
Antiq.edi. habet 5.cons.
Noua editio 10.
Consi.1. alias 1
2 deest in Nouis.
3 alias 6
4 alias 9 de presb.
5 alias 2

Titulus XII.

De seruis non ord.
Hic tit. deest in Nouis.
Antiqua editio vnum habet consilium.
Cons.1. alias 2.de restitut.spol.

Titulus XIII.

De corpore vitiatis.
Antiq.edit. habet vnum cons.
Noua editio 7.
Cons.1 alias 20. de rescrip.

Titulus XIV.

De Bigamis non ord.
Antiq.edi habet 3.cons.
Noua editio 4.
Cons.1 1
2 2
3 3

Titulus XV.

De clericis peregri.
Antiq.edi.habet vnum cons.
Noua editio vnum.
Cons.1.alias 4.de fo.comp.

Titulus XVI.

De officio vicarij.
Antiq.edi.habet 2.cons.
Noua editio 1.
Cons.1.alias 3.de cri. falsi.2. alias 1.in Nouis & etiam 2. de maior. obed.

Titulus XVII.

De offic.iud.deleg.
Antiq.edi. habet 3.cons.
Noua editio 10.
2 alias 6
Cons.1 alias 3
3 deest in Nouis.

Titulus XVIII.

De offic.iud.ord.
Antiq.edi. habet 15.cons.
Noua editio 21.
Cons.1. alias 10 de clan.desp.
2 alias 7
3 alias 2
5 alias 15. de foro comp.
6 alias 9
7 alias 3.de maio. & obe.
8 alias 31 de pœn. & re.
9 alias 3
10 alias 7.de maio. & ob.
1 alias 12.de ma.& ob.
11 deest in Nouis.
12 alias 45. de hom.
13 alias 4
15 alias 22. de pœ. & re.

Titulus XIX.

De officio iudicis.
Editio vtraque vnicum, & idem consilium habet.

Titulus XX.

De maior.& obed.
Antiq.edi.habet 5.cons.
Noua editio 12.
Cons.1. alias 5
2 alias 3
3 alias 4
4 alias 1
5 alias 6. de off. iu. or.

Titulus XXI.

De pactis.
Antiq.edi.habet 6. consilia.
Noua editio 7.
Cons.1. alias 4.de præscr.
2 alias 6
3 alias 5
4 alias 2.de conuer.infid.
5 alias 7
6 alias 1

Titulus XXII.

De procuratoribus.
Antiq.edi.habet 3.consil.
Noua editio 1.
Consil.1.alias 4.de pactis.
2 alias 2.de deposito.
3 alias 1

Titulus XXIII.

De his, quæ vi, met.cau.fiunt.
Antiq.edi.habet 7.consil.
Noua editio 13.
Consi.1. alias 3
2 alias 4
3 alias 5
4 alias 2
5 alias 9
6 deest in Nouis.
7 alias 6

Titulus XXIV.

De integ.rest.
Antiq.edi. habet vnum consi.
Noua editio vnum.
Consi.1.alias 3.de iudic.

Titulus XXV.

De Arbitris.
Hic tit.deest in antiq.

LIBRI SECVNDI.

Titulus I.

De iudicijs.
Antiq.edi.habet 2.consil.
Noua editio 4.

Digitized by Google

Digitized by Google

4. alias 8. de reb. ecc. non al.
5 alias 2. de Iudæis.
6 alias 12
7 alias 14
8 alias 7
9 alias 13
10 alias 3
11 alias 6
12 alias 10
13 alias 9
14 alias 8

Titulus XIX.
De successionibus ab intestato,
Antiq. edit. habet 4. consil.
Noua editio 9.
Consil. 1 alias 2
2 alias 3
3 alias 5
4 4

Titulus XX.

De sepulturis.
Antiq. edit. habet 7. consil.
Noua editio 10.
Consil. 1. alias 2
2 alias 1
3 alias 4
4 alias 6
5 alias 9
6 alias 7
7 alias 8

Titulus XXI.

De parochijs.
Antiq. edit. habet vnum consil.
Noua editio 3.
Consil. 1. alias. 1

Titulus XXII.

De Decimis.
Antiq. edit. habet duo consil.
Noua editio 3.
Consil. 1 alias 2
2 alias 1

Titulus XXIII.
de Regularibus.
Antiq. edit. habet 85. consil.
Noua editio 90.
Consil. 1. alias 4
2 alias 9
3 alias 60
4 alias 2. de statu monac.
5 alias 26
6 alias 40
7 alias 49
8. alias 7. de conuer. coniu.
9 alias 43
10 alias 51
11 alias 15
12 alias 35
13 alias 11
14 alias 7. de solu.
15 alias 6. de don.
16 alias 8. de statu mona.
17 alias 16
18 alias 39
19 alias 54
20 alias 14. de stat. mon.
21 alias 12
22 alias 25
23 alias 56
24 alias 50
25 alias 48
26 alias 3
27 deest in Nouis.
28 alias 46
29 alias 30
30 alias 20
31 alias 14
32 alias 38
33 alias 62
34 alias 34
35 alias 28
36 alias 19
37 alias 17
38 alias 4. de diuort.
39 alias 18
40 alias 21
41 alias 41
42 alias 32
43 alias 29
44 alias 24
45 alias 33
46 alias 27
47 alias 15. de stat. mon.
48 alias 5. de stat. monac.
49 alias 61
50 alias 77
51 alias 70
52 alias 1. de regularibus.
53 alias 73
54 alias 72
55 alias 71
56 alias 56
57 alias 66
58 alias 5. de stat. monac.
59 alias 52
60 alias 11. de maio. & ob.
61 alias 64
62 alias 37
63 alias 65
64 alias 80
65 alias 70
66 alias 5. de verb. sig.
67 alias 68
68 alias 53
69 alias 75
70. alias 13. de stat. monac.
71 alias 7. de donat.
72 alias 59
73 alias 85
74 alias 86
75. alias 3. de statu mon.
76. alias 30. de priuileg.
77. alias 1. de præsump.
78. alias 15. de rescript.
79. alias 83. de pœn. & rem.
80 alias 17. de statu mon.
81. alias 6 de statu mona.
82. alias 7. de statu mona.
83. alias 18. de statu mon.
84. alias 3. de conuer. coni.
85 alias 76

Titulus XXIV.
De Mendicantibus.
Antiq. edit. vnicū habet consil.
Hic titu. deest in Nouis.
Consil. 1. alias 4. de cri. fals.

Titulus XXV.

De conuersat. coniugat.

Antiq. edit. habet 6. consil.
Noua editio 15.
Consil. 1. alias 2
2 alias 8
3 alias 6
4 alias 5
5 alias 14
6 alias 11

Titulus XXVI.

De conuer. infidel.

Antiq. edit. habet 2. consil.
Noua editio 4.
Consil. 1. alias 3
2 alias 1

Titulus XXVII.

De voto.
Antiq. edi. habet 35. consil.
Noua editio 44.
Consil. 1. alias 4
2 alias 28
3 alias 8
4 alias 13
5 alias 29
6 alias 3
7 alias 1
8 alias 5
9 alias 6
10 alias 6
11. deest in nouis.
12 alias 27
13 alias 56
14. alias 55. de regular.
15. alias 45. de regular.
16 alias 36
17 alias 15
18 alias 26
19 alias 25
20 alias 33
21 alias 23
22 alias 42
23 alias 7
24 alias 30
25 alias 42. de regul.
26 alias 22
27 alias 35
28 alias 20
29 alias 24
30 alias 40
31 alias 34
32 alias 18
33 alias 31
34 alias 14
35 alias 32

Titulus XXVIII.

De statu monach.
Antiq. edit. habet 6. consil.
Noua editio 18.
Consil. 1. 9. de success. ab int.
2. deest in Nouis.
3 79. de regularibus.
4 10. de Maior. & obed.
5 10
6 9

Titulus XXIX.

De Religiosis domibus.
Antiq. edit. habet vnum consil.
Noua editio 3. 1
Consil. 1 8

Titulus XXX.
De Iurepatronatus.
Antiq. edit. habet 8. consil.
Noua editio 8.
Consil. 1. deest in nouis.
2
3
4 desunt in Nouis.
5
6 alias 1
7 alias 5
8 deest in Nouis.

Titulus XXXI.
De Censibus.
Antiq. edi. habet 14. consil.
Noua editio 9.
Consil. 1. 1
2 8
3 35. de sent. excom.
4 37. de emp. & vend.
5 4. de conduct. & loc.
6 10 de empt. & vend.
7 3
8 12
9 18 de empt. & vend.
10 5
11 2
12 5. de immun. eccl.
13 7
14 19 de empt. & vend.

Titulus XXXII.
De consecratione Ecclesiarum,
Antiq. edit. habet vnum consil.
Noua editio 2.
Consil. 1. 9. de Maior. & ob.

Titulus XXXIII.
De Celebratio Miss.
Antiq. edit. habet 19. consil.
Noua editio 23.
Consil. 1 1
2 3
3 4
4 7
5 1. de cleric peregrinis.
6 2
7 8
8 1
9 2
10 41. de pœn. & remis.
11 16
12 19
13 13
14 17
15 14
16 15
17 12
18 22
19 5

Titulus XXXIV.
De Baptismo.
Antiq. edit. habet 4. consil.
Noua editio 6.
Consil. 1 1
2 3. de sepult.
3 1. de cognat. spirit.
4 1

Titulus XXXV.
De Rel. & Ven. San.
Antiq. edi. habet 3. consil.
Noua editio 3.
Consil. 1 2
2 1
3 3

Titulus XXXVI.
De obser. ieiuni.
Antiq. edit. habet 5. consil.
Noua editio 6.
Consil. 1. 1
2 3
3 4
4 5
5 18. de priuileg.

Titulus XXXVII.

De immun. Eccl.

Antiq. edit. habet 3. consil.
Noua editio 6.
Consil. 1 4
2 6
3 1

Titulus XXXVIII.
De eccl. Aedific.
Hic titulus deest in anti.

Titulus XXXIX.

De cle. vel mon. fac. neg. se im.

Digitized by Google

Digitized by Google

Consil.1	38
2	42
3	43 & 14.de rescript.
4	18 de rescript.
5	5
6	15
7	3
8	36
9	12.dub.1
10	19
11	11
12	8
13	20
14	14
15	7
16	10
17	13
18	12.dub.2
19	23
20	2
21	4
22	46
23	23
24	48
25	22
26	25
27	27
28	deest in Nouis.
29	21
30	34
31	28
32	24
33	32
34	39
35	44
36	11
37	18
38	16

Titulus IX.

De forneamentis.

Hic titu. deest in antiq.

Titulus X.

De Adulterijs.

Antiq.edi.habet 4.consil.

Noua editio 1.

Consil.1	9.de conu.coniu.
2	1
3	8.de offic.iud ord.
4	2.de coh. cler.& mu.

Titulus XI.

De Raptoribus.

Antiq.edi.habet 1.cons.

Noua editio 4.

Consil.1	1

Titulus XII.

De furtis.

Antiq.edit.habet 8.consi.

Noua editio.6.6.

Consil.1.	1
2	2
3	6
4	7.de iniu.& dam.da.
5	3
6	de iniu.& dam.da.
7	4
8	5

Titulus XIII.

De vsuris.

Antiq.edit.habet 35.consil.

Noua editio 35.

Consil.1	31
2	11
3	8
4	13
5	21
6	18
7	3
8	25
9	1
10	9
11	2
12	2.de emp.& ven.
13	26
14	27
15	6.de constitut.
16	22
17	2
18	15
19	20
20	4
21	23
22	5
23	12
24	28
25	29
26	7.de verb.signifi.
27	deiunt in
28	antiq.
29	19
30	4.de empt.& vend.
31	deest in Nouis.
32	17
33	2.de condu.& loc.
34	deest in nouis.
35	14

Titulus XIV.

De crimine falsi.

Antiq edit.habet 2.consil.

Noua editio 6.

Consil.1	10.de iniu.& dam.dat.
2	6

Titulus XV.

De sortilegijs.

Editio vtraque duo, & eadem consilia habet.

Titulus XVI.

De cleric.exc.minist.

Antiq.edi.habet 5.consi.

Noua editio 18.

Consi.1	16
2	14
3	13
4	8
5	20

Titulus XVII.

De cler.non ord.min.

Antiq.edi.habet 2.consil.

Noua editio 4.

Consi.1	4
2	2

Titulus XVIII.

De eo,qui fur.ord.susc.

Hic tit. deest in antiquis.

Titulus XIX.

De Priuilegijs.

Antiq.edit.habet 17.consi.

Noua editio.25

Consil.1	2.de offic.iud.del.
2	3
3	10.de celebr Missar.
4	4.de rescript.
5	4.de iudicijs.
6	3
7	23.de celebr.Missar.
8	39 de poen.& remiss.
9	38.de poen.& remis.
10	36.de poen.& remis.
11	2.de rescript.
12	6.de temp.ordin.
13	14
14	37.de poen.& remis.
15	6
16	5
17	25

Titulus XX.

De purgatione can.

Editio vtraque duo, & eadem habet consilia.

Titulus XXI.

De iniur.& dam.da.

Antiq.edi.habet 4.consi.

Noua editio 11.

Consil.1	4
2	3.de restit.spol.
3	5
4	5.de solutionib.

Titulus XXII.

De Poenis.

Antiq.edi.habet 4. cons.

Noua editio 1.

Consil.1	10.de constit.
2	1
3	3.de Parochis.
4	55.de sent.excom.

Titulus XXIII.

De Poen.& remiss.

Antiq.edi. habet 26.cons.

Noua editio 41.

Consil.1	39.de sent.excom.
2	27
3	12
4	11
5	3
6	5
7	7
8	10
9	1
10	13
11	27
12	11.de priuileg.
13	28
14	21
15	23
16	40
17	2
18	deest in Nouis.
19	13.de priuilegijs.
20	7.de rescrip.
21	26
22	17.de priuil.
23	47.de sent.excomm.
24	16
25	15.de priuileg.
26	32

Titulus XXIV.

De sent excomm.

Antiq.edi habet 75.cons.

Noua editio 57.

Consil.1	51
2	31.de cler.exc.min.
3	2
4	4
5	52
6	49
7	34
8	40
9	5
10	3
11	48
12	6
13	13.de hereticis.
14	41
15	11.de priuileg.
16	42
17	deest in Nouis.
18	45
19	10.de verb.sign.
20	9
21	1.de dolo & cont.
22	deest in Nouis.
23	57
24	7
25	1.de foro comp.
26	3.de fide instrum.
27	50
28	44
29	36
30	37
31	5.de Iudæis.
32	2. de immu. eccl.
33	16.de sta.mona.
34	38
35	30
36	33
37	31
38	29
39	43
40	24
41	25
42	28
43	20.de priuileg.
44	27
45	32
46	54.de simonia.
47	16
48	13
49	12
50	11
51	14
52	10
53.	3.de reb.ecc.non alien.
54	10.de sepult.
55	5.de regularib.
56	6.& 7.de regular.
57	23
58	21
59	22
60	19
61	54
62	6.de præsumpt.
63	58
64.	4.de cler.excom. ministr.
65	56
66.	17.de cler. exc.ministr.
67	de corp.viciatis.
68	41. de homicidio
69.	32.de cler.exc ministr.
70.	3.de cler.non or min.
71	6. de æta & qual.ord.
72	15.de cler.exc.mini.
73	1
74	26
75	5.de corp.vitiat.

Titulus XXV.

De verb signific.

Antiq.edi habet 6. consil.

Noua editio 12.

Consil.1	9
2	3
3	1
4	8
5	3
6	deest in Nouis.

FINIS.

INDEX QVINTVS

Concordantiarum, Numerorum, & Dispositionis Consiliorum Nouæ editionis, cum Prima, & Antiqua, iuxta ordinem Librorum, & Titulorum Iuris Canonici.

5 3
6 2
7 5

Titulus XXII.

De Procurator.
Noua edit habet vnum consil.
Antiq.editio 3.
Consil. 1. 3

Titulus XXIII.

De His, quæ vi, met. cau. fiunt.
Noua edi.habet 10.cons.
Antiq.editio 7.
Cons 1. 41.de temp.ord.
2 4
3 1
4 2
5 3
6 7
7 deest in antiq.
8 27.de Regularib.
9 5
10 36.de sponsal.

Titulus XXIV.

De in integ.restitu.
Noua edi. habet vnum consil.
Antiq.editio 1.
Cons.1 3.de temp.ord.

Titulus XXV.

De arbitris.
Hic titulus deest in antiq.
Noua edi. vnum habet consil.
Cons.1 deest in antiq.

LIRRI SECVNDI.

Titulus I.

De iudicijs.
Noua edit.habet 4. consil.
Antiq.editio 2.
Consil.1. 1
2 2
3 1.de in integrum rest.
4 5.de priuileg.

Titulus II.

De foro compet.
Noua edi.habet 6.cons.
Antiq. editio 2.
Cons.1 25.de sent exc.
2 1
3 5.de offic.iud.ord.
4 2.de cleric.peregr.
5 deest in antiq.
6 58.de Regul.

Titulus III.

De Ferijs.
Noua edi.habet 6.consi.
Antiq.editio 5.
Cons.1 1
2 3
3 2
4 4
5 5
6 deest in antiq.

Titulus IV.

De Causa possessio.
Noua edi. habet vnum consil.
Antiq.editio 1.
Cons.1. 4.de iurepatron.

Titulus V.

De restitut.spol.
Noua edit. habet 3.consil.
Antiq.editio 2.

Cons.1 1
2 1. de seruis non ord.
3 2.de iniu.& dam.da.

Titulus VI.

Vt lite pendente.
Hic titul deest in Nouis.

Titulus vacat.

De dolo & contum.
Hic titul.deest in antiquis.
Cons.vnicum. 21
de sent.excom.

Titulus VII.

De sequestratione.
Editio vtraque vnicum, & idem habet consilium.

Titulus VIII.

De confessis.
Editio vtraque vnicum, & idem habet consilium.

Titulus IX.

De probationibus.
Hic titul. deest in Nouis.

Titulus X.

De Test. & attesta.
Noua edi.habet 2 consi.
Antiq.editio 1.
Cons.1. 39.de præbend.
2 deest in antiquis.

Titulus XI.

De Test.cogen.vel non.
Hic titulus deest in antiq.
Noua edit.duo cons. habet.
Cons. desunt in antiq.
7 quauis 2.idē fere sic.
cons.21.de off.iud.ord.

Titulus XII.

De Fide instrum.
Hic titulus deest in antiq.
Noua editio habet 4. consil.
Cons 1. 1.de probat.
2 deest in antiquis.
3 26.de sent.excom.
4 deest in antiq.

Titulus vacat.

De Præsumptionib
Hic titulus deest in antiq.
Noua editio habet 4.consi.
Cons.1 77.de Regul.
2 6.de donationib.
3 62.de sent.excomm.
4 7.de ætat.& qual.or.

Titulus XIII.

De iureiurando.
Noua edit.habet 11 cons.
Antiq.editio 4.
Cons.1 3
2 41
3
4 2.de donationib.
5 2
6 deest in antiquis.
7 2.de su.tr.& fide cat.
8 5.de verb.sign.
9 app.ad 1.de sum.Tr.
10 2.de su.Tr.& fid.Ca.
11 4.de su.Tr.& fid.Ca.

Titulus XIV.

De Præsumptionib.
Noua edit. habet 5.cons.
Antiq.editio 1.
Cons.1 1
2 8. de reb.eccl. non alie.
3 deest in antiquis.
4 2.de pactis.
5 deest in antiquis.

Titulus XV.

De sent. & re iudic.
Noua edi.habet 2.consil.
Antiq. editio 1.
Cons 1. 8.de sponsa.
2 deest in antiq.

Titulus XVI.

De Appellatione.
Noua edi.habet 7.consi.
Antiq.editio 4.
Consi. 1. 2
2 3
3 1
4 4
5 2.de sent.& re iud.
6 8 de elect.
7 4.de præbend.

LIBRI TERTII.

Titulus.

De vita & hone.cle.
Hic titulus deest in antiq.
Noua edit.habet 3. consil.
Cons.1. 65.de præb.
2 59.de præbend.
3 55.de præbend.

Titulus I.

De cohabitatione clericorum & mulierum.
Noua edit. habet 2.consil.
Antiq.editio 1.
Cons. 4.de adulterijs.
2 1.

Titulus II.

De cler. non resid.
Noua edit. habet 22. consil.
Antiq.editio.13.
Consi.1 2
2 11
3 63.de præbend.
4 1
5 6
6 7
7 deest in antiq.
8 10
9 8
m
11 9
12 3
13 desunt in antiq.
14
15 4
16 24. de præbend.
17 16.de præbend.
18 12
19 5
20 desunt in antiq.
21
22 13

Titulus III.

De Præb.& dign.
Noua edit.habet 34. consil.
Antiq.editio.68.
Consi.1 1
2 deest in antiquis.
3 8
4 deest in antiquis.
5 5
6 7
7 6
8 2
9 4.de filijs presbit.
10 32
11 14
12 deest in antiquis.
13 26
14 31
15 27
16 35
17 34
18 32
19 12
20 37
21 deest in antiq.
22 36
23 28
24 29
25 25
26 33
27 deest in antiquis.
28 30
29 deest in antiquis.
30 42
31 18
32 91
33 desunt in antiq.
34 56

Titulus IV.

De Cler. Aegrotant.
Noua edi.habet 3.consil.
Antiq.editio 2.
Consi.1 deest in antiq.
2 1
3 2

Titulus vacat.

Ne sede vacante.
Hic tit.deest in antiq.
Noua ed. vnum habet consi.
Consi.1 20.de præbend.

Titulus V.

De Concess.præb.
Hic tit.deest in nouis.

Titulus VI.

De His quæ fiunt a prælato sine consensu ca.
Noua edi. habet 1. consil.
Antiq.editio 2.
Consi.1 1

Titulus VII.

De his, quæ fiunt a maiori parte capituli.
Editio vtraque vnicum, & idem consilium habet.

Titulus vacat.

Vt eccl.benef. sine diminutione confer.
Hic tit.deest in antiq.
Noua edi. vnum cons. habet.
Consi.1 1. de conc.præb.

Titulus VIII.

De Reb.eccl.non alie.
Noua edi. habet 19.consil.
Antiq.editio 11.
Cons.1. deest in antiq.
2 11
3 53.de sent.excomm.
4 5
5 10
6 6
7 7
8 4.de testamentis.
9 9
10 4
11 57.de præbend.
12 64.de præben.
13 deest in antiq.
14 22.de præben.
15 2
16 1
17 deest in antiq.
18 3
19 deest in antiquis.

Ti-

Digitized by Google

Titulus IX.

De deposito.
Noua edi. habet 5. conf.
Antiq. editio 5.
Consi. 1.
2 2. de procurator.
3 3. de testamentis.
4 4
5 5

Titulus X.

De empt. & vend.
Noua edit. habet 22. consil.
Antiq. editio 12.
Consi. 1 8
2 12. de vsuris.
3 3
4 30. de vsuris.
5 deest in antiquis.
6 6
7 deest in antiq.
8 4
9 5
10 6. de censibus.
11 4. de censibus.
12 8. de censibus.
13 1
14 11
15 7
16 9
17 10
18 9. de censibus.
19 14. de censibus.
20 desunt in antiquis.
21
22 2. Ne pre vices suas.

Titulus XI.

De locato & cond.
Noua edit. habet 4. conf.
Antiq. editio 1.
Consi. 1 1
2 33. de vsuris.
3 deest in antiq.
4 5. de censibus.

Titulus XII.

De rerum permut.
Hic titulus deest in Nouis.

Titulus XIII.

De Feudis.
Editio vtraque vnicum, & idem habet consilium.

Titulus XIV.

De fideiussoribus.
Hic titul. deest in Nouis.

Titulus XV.

De solutionibus.
Noua edit. habet 7. conf.
Antiq. editio 3.
Consi. 1 46. de præbend.
2 deest in antiq.
3 67. de præbend.
4 1. de fideiuss.
5 4. de iniu. & dam da.
6 2. de solutionib.
7 24. de Regularib.

Titulus XVI.

De donationibus.
Noua edit. habet 10. consil.
Antiq. editio 9.
Consi. 1 1
2 4
3 9
4 5
5 deest in antiq.
6 15. de regular.
7 71. de regular.
8 2. de don. in VI. & VI.
9 desunt in antiq.
10

Titulus XVII.

De Peculio clericorum.
Hic tit. deest in antiq.
Conf. 1 deest in antiq.
2 69. de præben.
3 deest in antiq.

Titulus XVIII.

De Testamentis.
Noua edi. habet 17. conf.
Antiq. editio 14.
Conf. 1 desunt in antiq.
2 antiquis.
3 10
4 desunt in antiquis.
5
6 11
7 8
8 14
9 13
10 12
11 deest in antiq.
12 6
13 9
14 7
15 deest in antiquis.
16 12
17 8

Titulus XIX.

De successionibus ab intestato.
Noua edi. habet 9. consi.
Antiq. editio 2.
Consi. 1 29. de sponsal.
2 1
3 2
4 4
5 3
6 deest in antiq.
7 61. de præbend.
8 deest in antiq.
9 1. de statu monach.

Titulus XX.

De sepulturis.
Noua edi. habet 10. conf.
Antiq. editio 7.
Consi. 1 2
2 1
3 2. de baptismo.
4 3
5 deest in antiq.
6 4
7 6
8 7
9 5
10 54. de sent. excom.

Titulus XXI.

De parochijs.
Noua edi. habet 3. conf.
Antiq. editio 1.
Conf. 1 1
2 41. de præbend.
3 3. de pœnis.

Titulus XXII.

De decimis.
Noua edit. habet 3. conf.
Antiq. edit. 2
Conf. 1 7
2 1
3 deest in antiq.

Titulus XXIII.

De Regularibus.
Noua edi. habet 91. conf.
Antiq. edit. 85.
Consi. 1 52
2 deest in antiquis.
3 26
4 1
5 65. de sent. excomm.
6 56. de sent. ex. dub. 2
7 56. de sent. exc. dub. 2
8 deest in antiq.
9 2
10 23
11 13
12 21
13 deest in antiq.
14 31
15 11
16 17
17 37
18 39
19 36
20 30
21 40
22 desunt in antiq.
23
24 44
25 22
26 5
27 48
28 35
29 43
30 24
31 32
32 42
33 45
34 34
35 1
36 2. de his quæ fiunt a prel. sine consen. capi.
37 62
38 deest in antiq.
39 18
40 6
41 47
42 29. de voto.
43 9
44 deest in antiq.
45 15
46 28
47 8. de æta. & qual. ord.
48 25
49 7
50 24
51 80.
52 69
53 68
54 25
55 14. de voto.
56 56
57 desunt in antiq.
58
59 72
60 13
61 49
62 73
63 deest in antiquis.
64 61
65 63
66 57
67 deest in antiquis.
68 67
69
70 desunt in antiq.
71 55
72 54
73 53
74 65
75 69
76 85
77 50
78 51
79 3. de statu monac.
80 64
81 8. de donation.
82 7. de donation.
83 deest in antiq.
84 9. de ætate & qual. or.
85 73
86 74
87
88 desunt in antiq.
89 9. de his quæ vi, met. caus.
90 deest in antiq.
91 4. dubio 2. [illegible]

Titulus XIV.

De Mendicantibus.
Hic tit. deest in Nouis.

Titulus XXV.

De conuers. coniugat.
Noua edi. habet 15. conf.
Antiq. edisio 6.
Consi. 1. 40. de sponsal.
2 1
3 84. de regulari.
4 29. de sponsal.
5 4
6 3
7 2
8 8. de regularibus.
9 2. de adulterijs.
10 deest in antiq.
11
12
13 desunt in antiq.
14 5
15 23. de sponsal.

Titulus XXVI.

De conuer. infidel.
Noua edi. habet 4. conf.
Antiq. editio 2.
Conf. 1 2
2 4. de pactis.
3
4 deest in antiq.

Titulus XXVII.

De voto.
Noua edi. habet 44. conf.
Antiq. editio 35.
Consi. 1. 7
2 deest in antiq.
3 6
4 1
5 8
6 10
7 23
8 3
9 9
10 deest in antiq.
11 18. de sponsal.
12 deest in antiq.
13 4
14 34
15 27
16 28

17

Digitized by Google

Titulus

Titulus XII.

Qui filij sint legit.

Noua edit. habet 3. Consil. Antiq. editio 2.

Consil. 1	1
2	3. de sponsal.
3	7. de consang. & affin.

Titulus XIII.

De diuortijs.

Noua edit. habet 7. Consil. Antiq. editio 3.

Consil. 1	1
2	2
3	3
4	38. de Regular.
5	deest in antiquis.
6	3. de cland. desp. du. 9
7	deest in antiquis.

Titulus XIV.

De donationibus inter virum, & vxorem.

Noua edit. habet 2. Consil. Antiq. editio 1.

Consil. 1	2
2	deest in antiquis.

Titulus XV.

De secundis nuptijs.

Noua edit. habet 3. Consil. Antiq. editio 2.

Consil. 1	1
2	25. de sponsal.
3	22. de sponsal.

LIBRI QVINTI.

Titulus I.

De accusationib.

Noua edit. habet 8. Consil. Antiq. editio 6.

Consil. 1	desunt in
2	antiquis.
3	1
4	desunt in
5	antiquis.
6	2
7	3
8	4

Titulus II.

De Simonia.

Noua edit. habet 101. Consil. Antiq. editio 76.

Consil. 1	13
2	7
3	1
4	20
5	12
6	8
7	72
8	21
9	deest in antiquis.
10	10
11	44
12	25
13	24
14	23
15	36
16	9
17	38
18	desunt in
19	in antiquis.
20	
21	
22	50
23	51
24	53
25	5
26	desunt in antiquis.
27	49
28	74
29	75
30	desunt in
31	antiquis.
32	
33	48
34	40
35	71
36	14
37	46
38	70
39	42
40	3
41	54
42	deest in antiquis.
43	22
44	69
45	65
46	64
47	6
48	deest in antiquis.
49	41.
50	deest in antiquis.
51	4
52	desunt in
53	antiquis.
54	46. de sent. excom.
55	17
56	deest in antiquis.
57	45
58	31
59	39
60	52
61	54. de præbend.
62	63
63	52. de præbend.
64	deest in antiquis.
65	46. de præbend.
66	16
67	58
68	deest in antiquis.
69	56
70	15
71	deest in antiquis.
72	62
73	30
74	desunt in
75	antiquis.
76	77
77	26
78	deest in antiquis.
79	27
80	33
81	29
82	18
83	desunt in
84	antiquis.
85	
86	71
87	67
88	66
89	47
90	55
91	35
92	34
93	deest in antiquis.
94	deest in antiquis.
95	60
96	73
97	desunt in
98	antiquis.
99	
100	57
101	2

Titulus III.

Ne prælati vices suas.

Noua edit. habet 2. Consil. Antiq. editio 2.

Consil. 1	68. de Simonia.
2	2

Titulus IV.

De Magistris.

Editio vtraque vnicum, & idē Consil. habet.

Titulus V.

De Iudæis.

Noua edit. habet 6. Consil. Antiq. editio 5.

Consil. 1	2
2	5. de testamentis.
3	3. de cland. desponс. du. 6 & 7.
4	3. de cland. desp. du. 8.
5	31. de sent. excom.
6	deest in antiquis.

Titulus VI.

De Hæreticis.

Noua edit. habet 24. Consil. Antiq. editio 17

Consil. 1	10
2	3
3	9
4	7
5	8
6	17
7	desunt in
8	antiquis.
9	3
10	14
11	4
12	15
13	33. de sen. excom.
14	11
15	13
16	desunt in
17	antiquis.
18	5
19	6
20	12
21	deest in antiquis.
22	1. de Iudæis.
23	deest in antiquis.
24	16

Titulus VII.

De Apostatis.

Editio vtraque vnicum & idē Consilium habet.

Titulus VIII.

De homicidio.

Noua edit. habet 50. Consil. Antiq. editio 38.

Consil. 1	deest in antiquis.
2	20
3	7
4	21
5	5
6	11
7	15
8	12
9	9. dub. 2.
10	16
11	36
12	9
13	17
14	14
15	6
16	18
17	deest in antiquis.
18	37
19	10
20	13
21	29
22	25
23	19
24	32
25	26
26	deest in antiquis.
27	27
28	31
29	desunt in
30	antiquis.
31	
32	3
33	deest in antiquis.
34	30
35	deest in antiquis.
36	8
37	deest in antiquis.
38	1
39	34
40	38. de temp. ordin.
41	67. de sent. excom.
42	2
43	3
44	35
45	13. de offic. iud. ord.
46	22
47	deest in antiquis.
48	24
49	desunt in
50	antiquis.

Titulus IX.

De torneamentis.

Hic Titul. deest in antiquis.

Noua edit. vnum habet Consil.

Consil. 1	deest in antiq.

Titulus X.

De adulterijs.

Noua edit. habet vnum Consil. Antiq. editio 4.

Consil. 1	1

Titulus XI.

De Raptoribus.

Noua edit. habet 4. Consil. Antiq. editio 1

Consil. 1	1
2	31. de sponsal.
3	deest in antiq. tit 5
4	3. de consangu. & affinit. dub. 2

Titulus XII.

De furtis.

Noua edit. habet 6. Consil. Antiq. editio 2

Consil. 1	1
2	2
3	5
4	7
5	8
6	3

Titulus XIII.

De vsuris.

Noua edit. habet 35. Cōs. Antiq. editio 35

Consil. 1	9
2	17
3	7
4	20
5	22
6	desunt in
7	antiquis.
	8

8	3
9	10
10	deest in antiq.
11	2
12	23
13	4
14	35
15	18
16	deest in antiq.
17	32
18	25.dub.4
19	29
20	39
21	5
22	6
23	21
24	26
25	8
26	23
27	14
28	24
29	25.dub.2.3. & 5.deest
30	in antiq.
31	1
32	11
33	3.de Iudæis.
34	4.de Iudæis.
35	5.de Iudæis.

Titulus XIV.

De crimine falsi.

Noua edit.habet 6. Conf. Antiq. editio 2.

Consil.1	desunt in
2	antiq.
3	1. de offic. vicarij.
4	1. de mendicant.
5	1.de testib.
6	2

Titulus XV.

De sortilegijs.

Editio vtraque duo, & eadem cõsilia habet.

Titulus XVI.

De Cler.excom.ministr.

Noua edit.habet 18.Cõf. Antiq. editio 5.

Consil.1	
2	desunt in antiq.
3	
4	64.de sen.excom.
5	26.de temp.ord.
6	deest in antiq.
7	40.de temp.ord.
8	4
9	7.de æta.& qual.ord.
10	5
11	72.de sent.excom.
12	69.de sent.excom.
13	3
14	2
15	72.de sent.excom.
16	1
17	66.de sent.excommun.
18	deest in antiq.

Titulus XVII.

De Cler. non ordin.minist.

Noua edi.habet 4.Consi. Antiq. editio 2.

Consil.1	deest in antiq.
2	2
3	70.de sent. excommun.
4	1

Titulus XVIII.

De eo, qui fur.ord.susc.

Hic tit.deest in antiquis.

Noua edi.habet duo Conf.

Consil.1	6.de temp.ord.
2	8.de temp.ordin.

Titulus XIX.

De Priuilegijs.

Noua edi. habet 25. Conf. Antiq.editio 17

Consil.1	deest in antiq.
2	6
3	2
4	deest in antiq.
5	16
6	15
7	deest in antiq.
8	4.de temp.ord.
9	2.de foro comp.
10	43.de sent.excom.
11	15.de sen exc.
12	12.de pœn.& rem.
13	19.de pœn.& rem.
14	23
15	25.de pœn.& rem.
16	24.de pœn.& rem.
17	22.de pœn.& rem.
18	5.de obseru.ieiu.
19	deest in antiq.
20	76.de regularib.
21	
22	
23	desunt in antiq.
24	
25	17

Titulus XX.

De purgatione can.

Editio vtraque duo,& eadem habet consilia.

Titulus XXI.

De iniur.& dam.dat.

Noua edit.habet 11. Conf. Antiq.editio 4.

Consil.1.	
2	desunt in antiq.
3	
4	1
5	3
6	deest in antiq.
7	4.de furtis.
8	6.de furtis.
9	deest in antiq.
10	1. de crimine fals.
11	45.de præben.

Titulus XXII.

De Pœnis.

Noua edi.habet 1.Conf. Antiq. editio 2.

Conf.1	2

Titulus XXIII.

De Pœn.& remiss.

Noua edit. habet 41.Conf. Antiq.editio 26

Consil.1	9
2	17
3	5
4	deest in antiq.
5	6
6	deest in antiq.
7	7
8	15.de præbend.
9	deest in antiq.
10	8
11	4
12	3
13	10
14	Manualis c. 26. nu. 17.& 18
15	desunt in
16	antiq.
17	2
18	
19	desunt in antiq
20	
21	14
22	25.de off.iud.ord.
23	15
24	desunt in
25	antiq.
26	21
27	11
28	13
29	50.de sponsal.
30	deest in antiq.
31	8.de off.iud.
32	26
33	79.de regul.
34	desunt in
35	antiq.
36	10.de priuil.
37	14.de priuil.
38	9.de priuil.
39	8.de priuil.
40	16
42	10.de celeb.Miss.

Titulus XXIV.

De senten.excommun.

Noua edit. habet 58. Conf. Antiq. edit. 75

Consil.1	73
2	3
3	10
4	4
5	9
6	12
7	24
8	deest in antiq.
9	20
10	52
11	50
12	49
13	48
14	51
15	deest in antiq.
16	47
17	desunt in
18	antiq.
19	60
20	7.de const.
21	58
22	59
23	57
24	40
25	41
26	74
27	44
28	42
29	38
30	35
31	37
32	45
33	36
34	7
35	3.de censib.
36	29
37	30
38	34
39	1.de pæn.& rem.
40	8
41	14
42	16
43	39
44	28
45	18
46	2.de cond.appos.
47	23.de pæn.& rem.
48	11
49	6
50	27
51	1
52	5
53	deest in antiq.
54	61
55	4.de pænit.
56	65
57	25
58	63

Titulus XXV.

De verb.signific.

Noua edit.habet 11.Consil. Antiq.editio 6.

Consil.1	3
2	2
3	5
4	47.de præbend.
5	66.de regul.
6	6.de electione.
7	26.de vsuris.
8	4
9	1
10	19.de sent.excomm.
11	44.de præb.

F I N I S.

INDEX SEXTVS

ET GENERALIS RERVM OMNIVM NOTATV dignissimarum, quæ in hoc Opere continentur.

A

Bannitos

B

Digitized by Google

C.a,;us

Digitized by Google

D

Digitized by Google

Excom-

Digitized by Google

F

Digitized by Google

Irregu-

L

Digitized by Google

Q

pro

O

P

præla-

R

Digitized by Google

Simo-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

F I N I S.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google